COMPENDIVM VERITATVM AD FIDEM PERTINENTIum, contra erroneas Lutheranorum assertiones: ex dictis & actis in concilio prouinciali Senonensi, apud Parisios celebrato, anno millesimo quingentesimo vigesimooctauo. per Iudocum Clichtoueum Neoportuensem, doctorem theologum Parisiensem, & canonicum Carnotensem: elaboratum, ac in lucem emissum.

PARISIIS
Ex officina Simonis Colinæi.
1529.

COMPENDIVM VERITATVM AD FIDEM PERTINENTIum, contra erroneas Lutheranorum assertiones: ex dictis & actis in concilio prouinciali Senonensi, apud Parisios celebrato, anno millesimo quingentesimo vigesimooctauo. per Iudocũ Clichtoueum Neoportuensem, doctorem theologum Parisiensem, & canonicum Carnotensem: elaboratum, ac in lucem emissum.

PARISIIS
Ex officina Simonis Colinæi.
1 5 2 9

CHRISTIANISSIMO FRANCORVM REGI, ET PRO FIDE CATHOLICA AC LIBERTAte ecclesiæ propugnatori inuictissimo, Francisco, huius nominis primo: Iudocus Clichtoueus Neoportuēsis, perpetuum offert cum humili & debita subiectione obsequium.

POtestatem omnem in terris, a deo indultam mortalibus, imaginem gerere & symbolum supremæ dominationis ipsius dei in toto mūdo: perhibēt omnes vno ore patres orthodoxi, rex Christianissime, sacræq; fidei protector acerrime. Vt quemadmodū deus ipse in vniuersam creaturā suam, monarchiam obtinet & amplissimum dominatū: ita & sui principatus in terra constituerit ecclesiasticæ ditionis primores, antistites & ecclesiarum rectores. ciuilis quoq; reipublicæ moderatores: reges & principes. qui particularibus ecclesijs, populis etiam & regnis præsideāt: suosq; subditos ad iustitiam & omne opus bonum dirigant. Ad hunc enim scopum & finem: omnis potestas a domino deo est, vt deiloquus testatur Paulus. Quocirca pro viribus eniti debent, cum omnes in sublimitate moderaminis aliorum cōstituti, tum fastigio regali solioq; cōspicui: vt ipsi summo regi & principi regū terrę, assimilentur in denominationibus & sanctis proprietatibus: illi per supereminentem excellentiā congruentibus, cuius vices gerunt in terris. vtpote in iustitia, misericordia, mansuetudine, bonitate: & cæteris id genus diuinis conditionibus. quo propinquius referāt ipsius immensæ maiestatis dei effigiem: & clarius exprimāt eius similitudinem. Porro inter eas denominationes eximias, quas sacræ literæ deo attribuūt: veritas ipsa præcipuum certe locum sortitur. cum de seipso cōtestetur ipse dominus & deus noster. Ego sum via, veritas & vita. seq; ad hoc natum esse & venisse in mundum asseueret: vt testimoniū perhibeat veritati. & q̄ omnis qui est ex veritate: audit vocem eius. Illam igitur studiose debent amplecti reges terrę, sibiq; vendicare: vt egregiam quandam virtutē, diuinæq; bonitatis æmulam. Et eā præsertim veritatem: quæ inter cęteras culmen obtinet ac fastigiū. veritatem inquam, catholicæ fidei & Christianæ religionis: in professione syncæra eorum quæ credenda sunt, & operum bonorum illam approbantium actione: consistentem. At vero huiusmodi veritatē capessere debent reges inclyti, non solum integra illius in seipsis obseruatione: verum etiā animosa eiusdē contra aduersarios ecclesiæ & improbos fidei hostes defensione. In quos enim, gladiū (quem non sine causa, teste apostolo, portant) distringere rectius aut æquius possent re-

Roma. 13.

Ioan. 14.

Ioan. 18

Roma. 13.

ges pietate inſignes & armis: q̃ in hęreticos & tranſſugas a caſtris domini ad inimicas acies? Qua itidem ratione, regiam authoritatem qua præfulgent, honeſtius aut religioſius exercere valerent: q̃ in extirpatione noxiarũ hæreſum, ne proſerpant latius in ſuo regno, ſanæq; doctrinę ad fidem & mores ſpectantis propagatione? ¶ Cæterũ cum ipſa veritas catholica cælo demiſſa ad hominum ſalutẽ, ab exordio legis euangelicæ multimodos perpeſſa ſit impetus & graues inſultus ab hæreticis: qui per diuerſa temporum curricula eam obnubilare, diſcerpere, & dilaniare conati ſunt doctrinis varijs & peregrinis, immo perniciosis & impijs. nouiſſime hac tẽpeſtate eadem miſeris afflictata eſt modis: a factione Lutherana. Quę, ſuſcitata in ſanctam dei eccleſiam cõiuratione grauiſſima: toto molimine ſtuduit orthodoxã veritatẽ prorſus ſuis ſedibus eliminare, & in eius locum: erronea dogmata a patre mendacij adinuenta ſuperinducere, quibus omnes pertrahat ad interitũ. Verum non defuerũt generoſi catholicæ veritatis propugnatores: qui varijs ſtudijs ac vijs non dubitarunt contraniti & occurrere tam improbis hæreticorũ conatibus. hi quidem armis, iſti cenſura eccleſiaſtica: illi elucubratione librorũ, alij vero alijs modis: ad id feliciter cõficiendum accõmodis. Inter quos, Reuerendiſſimus in Chriſto pater ac dominus, Antonius a prato: tituli ſanctæ Anaſtaſiæ ſacroſanctæ eccleſiæ Romanæ cardinalis, archiepiſcopus Senonenſis, ac Albigenſis eccleſiæ antiſtes, ampliſſimiq; regni tui Franciæ Cancellarius prudentiſſimus, & in bonis literis ac rebus agendis omni ex parte cõſummatiſſimus: hanc triſtem eccleſiæ dei ſortem & caſum miſeratus, ſuperiore anno concilium prouinciale cõuocari apud Lutetiam Pariſiorum ſedulo curauit, ſuoſq; ſuffraganeos epiſcopos eccleſiæ ſuæ Senonẽſi metropolitanæ ſubiectos: cum alijs compluribus, & diuini & humani iuris eruditione profeſſioneq; clariſſimis viris acciri: ad ſyncęrę fidei corroborationem, rectamq; morum ipſius cleri reformationẽ. tua quidem regia ſublimitate etiam annuẽte huic ſalutari inſtituto: idq; fieri debere, impenſius adhortante, quinimmo & imperante. In quo inter cætera multa: ad ſalubrem morũ caſtigationẽ ſpectantia, etiam pertractatæ ſunt frequenti agitatione, & diligenti trutina examinatæ materię cõplures, admodum arduæ & magni ponderis: ad fidem potiſſimum ſpectantes, in quibus hac noſtra tempeſtate a catholicis diſſident Lutherani: tunicam Chriſti
Ioannis.19. inconſutilem (quam milites ethnici integram reliquerunt) dirumpere ac diſcindere deteſtabili temeritate & inſolentia tentantes. Et quoniã hiſce diſcuſſionibus cũ agerentur interfui: vna cum alijs nonnullis theologicæ profeſſionis viris inſignibus, ad idem cõciliũ vocatus. operæpreciũ duxi eaſdem materias in vnum quaſi compendium coadunare: & per capita

certo quodam ordine digerere. Quorũ vnumquodq;, earũ vnam ſingulatim complectatur: & rationibus diuerſis pro parte vera atq; catholica ſuffultam, & reſponſionibus ad cauillationes aduerſæ partis corroboratam. vti ex auditis in eo doctiſſimorũ virorum cœtu: memoriæ eas cõmendare, mentiq; tenacius infigere potui. Siquidem ratus ſum hac mea quantulacũq; elaboratione, me nõ contemnendam daturum operam: vt depulſa errorum denſa nebula, & atra prauorum dogmatum (quæ nunc paſſim diſſeminantur) caligine: veritas catholica planius eluceſcat, ſuoq; demum reſtituatur priſtino ſplendori. ¶ Hoc autẽ opus compendiariũ emiſſioni iam paratũ: auguſtiſſimæ tuæ maieſtati nuncupãdum cenſui rex generoſiſſime. in teſtificationẽ atq; indicium humillimæ ſubiectionis & perpetuæ ſeruitutis: quam tibi vt naturali atq; ſupremo meo principi, & iure originis & ratione ſoli natalis debeo. Huius autẽ multo iam tempore debitæ ſubmiſſionis comprobationẽ erga præclariſſimã tuam eminentiam, cũ necdum præſtiterim: q̃ hactenus nulla mihi fuerit oblata conueniens occaſio, ad illam ipſo opere exhibendã. hoc officioſiſſimo nuncupãdi tuo celebratiſſimo nomini huius voluminis obſequio: ipſam apud eandem, teſtatam eſſe & declaratã volui. Accedit huic & altera nũcupationis iſtius ratio: q̃ ad neminem potius q̃ ad teipſum, attineat in hoc florẽtiſſimo & opulentiſſimo tuo regno, orthodoxæ veritatis defenſio. Tum ob ampliſſimam ac ſupremam iubendi (qua præter omnes vales) authoritatem. tum etiam ob maximã coercendi rebelles & iuſſis tuis non audientes poteſtatem: quam ſupra cæteros obtines. Neq; illibenter id veritatis patrociniũ ſuſcipiet præſtãtiſſima tua celſitudo, prout hactenus ſemper generoſe illud ſuſcepit: cũ attentius animo perſpexerit, quanta ſit illius officij præſtandi dignitas: pariter & honeſtas. Enimuero quid dignius vnquam dari queat: q̃ ipſi deo (qui ſuprema veritas eſt) ad huiuſce ſuæ nomenclaturæ magnificationem & exaltationẽ, animoſe militare: & contra ſubdolos veritatis hoſtes ſtare ſemper in acie, manuſq; cõſerere? Quid identidem honeſtius cenſeri poſſit aut exhiberi: q̃ poteſtatem adminiſtrandi regni a deo acceptam, per regem magnanimum conuerti ad gloriam & honorem diuini nominis? Quod ſane nulla via ac ratione commodius præſtari poterit, q̃ indefeſſa Chriſtianæ fidei contra nefandos hæreticorum inſultus propugnatione, ac defenſione. Cũq; ad mortem vſq; certandum eſſe pro iuſtitia, admoneat Sapiens: nõne æquo Eccli.4.
iure quaſi pro focis & aris dimicandum eſt etiã pro veritate? quæ ipſius iuſtitię indiuidua eſt comes: eidemq; indiſſolubili glutino cohærens. Pro qua ſtrenue defenſanda: qui egregiam nauarunt operam, totiſq; & animi & corporis neruis contenderunt: immortale ſibi decus peperere, nullo

vnq̃ æuo abolendum,perpetuoq; apud homines præconio habẽtur celeberrimi. Quales fuerunt inter cæteros,quondam inclyti Francorũ reges: Carolus Martellus,Pipinus,Carolus Magnus,Ludouicus Philippi Auguſti filius,ſanctus Ludouicus: paternæ pietatis hæres, & alij ex maioribus tuis nõ pauci:qui impigre deſudarũt ad extirpandas hæreſes,& eccleſiam dei protegendam. A quorũ præclaris moribus non degenerans nec exorbitans religioſa tua pietas:ſemper hæreticorum improbitati fuit infenſa,veritatiq; catholicę ſyncæro animo patrocinata. propoſitis non ſemel regijs edictis: quibus peſtiferos eorũ libros vulgo legi,diſtricte prohibuit. conſtituto itidem publico decreto:quo debitam pœnam illis pro iuſtitiæ rectitudine inferendam,omnino definiuit. ſeueramq; in eos animaduerſionem fieri,ſtudioſe procurauit ſæpius:& iuſſit. Vt & verbo & opere palam excellentiſſima tua ſublimitas declarauerit, ſe hæreticos graiuiter inſectari:& ſyncæritati orthodoxę fidei integro animi affectu faue reatq; ſuffragari. Quod vel vno illo argumẽto luculẽter innotuit omnibus:quoniam euoluto iam anno,apud Lutetiam Pariſiorum:cũ quidam
Ioannis.3. tartareis agitatus furijs,intempeſta nocte(nam qui male agit,odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius) nefarijs manibus imaginem quandam ſacratiſſimæ virginis in publica vrbis via ac vico ad parietẽ (vt fit)collocatam,violaſſet & cõfregiſſet: tam execrandam impietatẽ,auguſtiſſimæ cæli reginę in ſua illatã effigie,grauiter indolens religioſiſſima animi tui pietas: protinus publica præconis voce propoſuit grandis pecuniæ præmium illi,qui tam infandi facinoris authorem detegeret ac reuelaret:ad ſumendum de illo(quod iuſte meritus fuerat) ſupplicium. Inſuper ignominioſam illam iniuriã,omni laude & honore digniſſimæ virgini irrogatam: non alieno ſed tuo ipſius officio & opere emendare ac reparare ſtuduiſti,cum ſumma humilitate tædam accenſam manibus geſtãs:& coram ſancta deiparæ virginis imagine, in commiſſi ſceleris loco,ſuppliciter ad genua procũbens. Mirata quidem ſum regem Dauid quondam eſt Iudæa: cithara ludentem ante arcam domini, cum
2.Reg.6 tranſferretur in ciuitatem Hieruſalem, & totis viribus ſaltantem coram illa,poſito regalis purpuræ faſtigio. Nũc vero ſuum debet etiam regem admirari tota Gallia:in ſolẽni & publica ſupplicatione,numeroſoq; procerum tum aulicorũ,tum eccleſiaſticorum cœtu,regiam illius ſublimitatem comitante:alieni criminis emendatorẽ,& confractę imaginis ſacræ, per alterius melioris(vtpote argẽteæ,fuluo decoratæ auro: & rutilo fulgore ſpectabilis) ſurrogationem, factum reſtauratorem. Huius autem religioſi tui affectus & obſequij in cælites: teſtis eſt & tota Lutetia, ad memorabile illud eximiæ tuæ pietatis ſpectaculum,certatim accurrẽs. &

in egregio illo facto perpetuaq; digno memoria,tanq̃ in libro quodam aperto lectitans:q̃ ſit aliena & abhorrens religioſæ tuæ mentis ſyncęritas a deteſtabili veſania iconomachorum,imagineſq; ſacras impugnãtium: quinimmo & in deum & ſanctos, more gigantũ,dira bella mouẽtium, dum cuncta eorum monumenta e templis & compitis viarũ abolere nequiter contendunt. Quos & in vno capitum huius operis: inſtructa & Cap.22.
authoritatibus & rationibus nõ paucis acie, expugnare & profligare ſumus annixi. Et quoniam vt author eſt Claudianus,regis ad exemplũ to- Claudianus
tus componitur orbis: tuo reuera pientiſſimo ſtudio excitata ciuitas Pariſienſis,in feruentiorem ad Chriſtiferam virginem,deuotionem,& venerationem honorabilis eius imaginis:in dies magis ac magis (vti apud Pariſios poſtea aliquãtiſper diuerſatus:ipſe conſpexi) ſuccenditur & inardeſcit. Vnde merito præclarũ illum Chriſtianiſſimi nominis titulum: quo inſignita eſt eminentiſſima tua ſublimitas more maiorum ſuorum, dinoſcitur ipſa & illabefactũ hactenus ſeruaſſe,& in ſua integritate continuiſſe intemeratum. certoq; nobis perſuademus: eandem in illo nobiliſſimi animi inſtituto, felicius ſemper & auctius, atque auguſtius permanſuram. Itaq; tuo ipſius exemplo prouocati & alij, clemẽtiſſimæ tuæ dominationi ſubiecti,aſſidue quoq; debent elaborare:vt Chriſtianę fidei ſyncæritatem pro viribus promoueãt,& exitiales hæreticorũ ſectas tanq̃ extremam animarum peſtem,animoſe propulſent. Ad quod,facilius efciundum:hoc ipſum quod ſuperioribus diebus ſum molitus ſuccinctum opus: aliquantas(vt confido) feret ſuppetias, & nonnihil præſtabit adminiculi. Ipſum igitur, excellentiſſimæ & quidem ſacræ tuæ maieſtatis patrocinio:tutare obſecro. & ſub anguſtiſſimi nominis tui protectione ac tutela,illud in omnium manus & ora trãſfundendum:benigno fauore proſequere. Vt autem totum præſentis operis argumentũ,ſubijciatur vno ferme obtutu,legentium oculis:breuis hic ſubnectitur index, in totius libri frontiſpicio collocatus. Cuius indicio & demõſtratione,omnes materiæ quæ hic agitantur: in promptu habentur. & ſingula quæq; earum,per numerum & ordinem capitis,illi reſpondentis:facile comperietur. quove in loco ipſius libri quærenda ſit: protinus deprehendetur. Valeat perpetuo,auguſtiſſimæ tuę maieſtatis ſublimis apex,& regia celſitudo:atq; poſt hoc temporale regnum,feliciter tranſferatur ad æternũ. Ex ciuitate tua Carnotenſi. Anno ab incarnatione domini viceſimo nono,ſupra milleſimum & quingenteſimum.

¶INDEX MATERIARVM QVAE IN HOC VOLVmine pertractantur:per capitum ordinem digestus.

DE ecclesiæ indeuiabilitate:in fide & moribus. Cap.I.
Ecclesiam militantem:esse visibilem. II.
De conciliorum generalium indeuiabilitate : in fide & moribus. III.
De libris canonicis sacræ scripturæ:& eius sensu. IIII.
De non expressis in scriptura:firmiter tenendis. V.
De potestate ecclesiæ:ad condendas leges. VI.
Ecclesiam obligare fideles:ad nonnulla extra scripturam. VII.
De ieiunio:& delectu ciborum,siue abstinentia VIII.
De cęlibatu sacerdotum nouæ legis. IX.
De votis monasticis:integre seruandis. X.
De communione laicorum sub vna specie. XI.
De potestate excommunicandi: collata ecclesiæ. XII.
De hęreticis puniendis:secundum iuris determinationem. XIII.
De diuitijs ecclesiæ,non auferendis ab ea. XIIII.
De sacramentis ecclesiasticis :& eorum efficacia. XV.
De minoribus ecclesiæ ordinibus. XVI.
De sacrificio missæ:quod in ecclesia frequentatur. XVII.
De contritione,confessione & satisfactione. XVIII.
De purgatorio:& suffragijs pro defunctis. XIX.
De morte Christi:pie deflenda. XX.
De veneratione sanctorum:nequaq̃ tollenda. XXI.
De imaginibus sanctorum venerandis. XXII.
De libero hominis arbitrio. XXIII.
De pręceptis & consilijs euangelicis. XXIIII.
De fide & operibus,meritoq; & gratia. XXV.

¶Indicis huius operis:finis.

AD CANDIDOS ET PIOS LECTORES:IN SEQVENS opus,authoris præfatio.

ECclesiæ sanctæ structura in euangelicis parabolis, assimilatur apud Matthæum domui ædificatæ a viro sapiente supra petram:lectores candidissimi,& Christianæ religionis pietate insignes. Contra quam descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti: & irruerunt in domum illam, & non cecidit.fundata enim erat:supra petrã. Enimuero a Christo domino(qui est dei virtus & dei sapientia:& in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt abscõditi) ædificata est ipsa ecclesia sancta: non super alienum aut infirmum fundamentum,sed super seipsum:firmam petram.de qua ait apostolus. Petra autem:erat Christus. Et rursum idem. Fundamentum autem aliud, nemo potest ponere: præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Contra hanc autem domum, ab architecto sapiente & cælesti mirifice erectam:descendit pluuia aeriarum potestatum & dæmonicarũ tentationum,veneruntq; flumina immaniũ persecutionũ,& flauerunt venti hæreticarum impugnationum. Haud tamen eam suo gradu & sede potuerunt dimouere:nec ad ruinam præcipitiumq; obtrudere. q; solido petræ fundamento innixa:inter tempestuosas pluuiæ,fluminũq; ac ventorum procellas:illæsa incõcussaq; permanserit. Quod & ipse fundator ecclesiæ Christus:futurum suo spirituali ędificio,pollicitus est hisce verbis,de ecclesia sua prolatis. Et portæ inferi:non præualebũt aduersus eã. Quinimmo & seipsum,protectrice sua virtute nunq̃ suæ defuturũ esse ecclesiæ:contestatus est.cum in cælum ascensurus:suis discipulis,& omnibus post ipsos ecclesiæ rectoribus,dixit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus:vsq; ad consummationẽ seculi. Hanc autẽ geminam pollicitationẽ suam, tanta compleuit integritate, ipse qui fidelis est in omnibus verbis suis & verax:& ad finẽ vsq; mundi tanta fidelitate eandem est plenissime completurus. vt domus eius mystica, sancta scilicet ecclesia catholica,ipsius adiutorio suffulta: in nullam vnq̃ errorũ circa fidem & mores præcipitari & decidere queat voraginẽ aut barathrum. Quẽadmodum ex primo præsentis operis capite: multimodis vijs, authoritatum scilicet & rationũ,liquido constabit. Ad cuius quidem primi capitis,& propositionis principalis in eo discussæ maiorem corroborationem,amplioremq; confirmationem:plurimum etiam faciunt ea,quæ in præsenti præfatione de ecclesia edisseruntur. Hanc quoq; illabefactam ecclesiæ dei synceritatẽ designat propheta psalmographus : cũ ait ad dominum. Domũ tuam decet sanctitudo domine:in longitudinẽ dierum.

Matth.7.
1.Corin.1
Colossen.2
1.Corin.10
1.Corin.3
Matth.16
Matth.28
Psalmo 144
Psalmo.92

Cassiodorus. Vbi domus domini(vt ait ibidem Cassiodorus:locum illum exponens) dicitur vniuersalis ecclesia: quæ per mundi ambitum noscitur constituta. Hanc autem decet sanctitudo;& incontaminata puritas a tetra errorum & vitiorum labe: quo digna sit ipsius sancti sanctorum inhabitatione. Et hæc quidem sanctimonia, dominicæ domui conuenire debet: non ad momentũ, aut certum aliquod tempus. sed iuxta prædicta prophetæ verba: in longitudinem dierum. id est,per totum præsentis vitæ decursum: & continuũ dierum huius seculi curriculum. vt nullum futurum sit incolatus huius tempus:quo domus ipsa domini supra dicta,sanctitate & spiritualis munditiæ decore est in totum caritura. Verũtamen eandem dei domũ, frequẽtibus prauorum infestationibus esse afflictandam:qui munditiam & syncęritatem illius commaculare atra errorũ & vitiorum nebula studeant. liquet etiam aperte ex illo Christi apud Lucam verbo,de domo ædificata a viro sapiente:qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta: illisum est flumen domui illi. & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petrã. Quod iam adductæ ex Matthęo consimili sententię:magna sensus conformitate respondet. ¶Cæterum vt nunc alia perturbationum genera,quibus a tyrannis & ministris satanæ sæpius agitata est,& grauiuiter afflictata ecclesia:interim prætermittamus. quis nescit impia hęreticorũ molimina (vt Simonis magi,Ebionis & Cherinti:ac cæterorum illius ætatis perditissimorum dogmatistarum)in eam,vix iacto eiusdem fundamento,insurrexisse? Quorum tamen inanes fuerunt & irriti conatus:quoniam ipsa dei domus in suo perstitit vigore incolumis. Cum vero postea per totum orbem dilatata ac diffusa foret ecclesia, sopita iam tyrannorũ in sanctos martyres rabie:tum denso agmine irruperunt Arrius, Sabellius,Eunomius,ac cætera satanicorũ canum turba,cateruatim in ecclesiam dei. Et deinceps per varia ætatum curricula, ad nostra vsq; tempora: turbidæ inundationes hæreticorum identidem factæ leguntur in hanc sacram dei domũ. Quæ tamẽ diuina protectione munita:nunq̃ eorum cessit aut succubuit improbitati. Demũ nouissimis istis diebus, vehemens vẽtus Lutheranę factionis erupit ab aquilone:& turbine magno totum concussit orbem,commouit regna & populos omnes:vt ecclesiam ipsam solo ęquaret,& funditus euerteret. Haud tamen subruere illam, aut ad terrã prosternere potuit nefarijs suis conatibus, hæc coniuratorum caterua:q̃ huiusce domus fabrica,firmissimæ petræ solidata sit basi & fulcimento. ¶Porro ventus iste postremus hæreticæ concussionis:maxime omnium impetuosus esse deprehenditur atq; turbulentus. q̃ Lutherana vesania propemodum sit omniũ colluuies & sentina

Lucæ.6

hæresum:cũ Iouiniano,Vigilantio, Valdensibus, Albigensibus, Viclefo & Hussitanis,ac cæteris hęresiarchis:in q̃plurimis illorũ articulis conspirans,atq; ex putidis eorũ lacunis insalubres aquas & pestilentes hauriens: animarum peremptrices. Vnde nõ tam vnius venti nomine: q̃ complurium ventorum est designanda hæc Lutherana conspiratio. q̃ multorũ cõtineat coaceruationem & accumulationem prauorũ dogmatum: iam olim publica authoritate ecclesiæ,& orthodoxorum patrum, sæpius reiectorum:sed nunc infelici germine & pullulatione noxia rursum in auras productorũ. Et hi profecto sunt venti aquilonares & gelidi:qui nostra tempestate,horrisono tumultu ac fremitu flauerunt contra domum domini:vt eam in ruinam & præcipitium pertraherẽt. Hæc etiam sunt flumina tempestuosa:quæ procellosis suis fluctibus irruerũt in eandem domum,vt eam penitus suis vndis obruerent. Hæc deniq; est pluuia illa nimbosa:quę iuxta euãgelicum verbum in principio adductum,intempestiua decidit in eandem domum: & stillis suis mortiferis eandem disperdere est molita. Verũ tutante suas ædes superna virtute,contra quam irrita est omnis aliena virtus:neq; præualuit eis pluuia,neq; nocuerũt flumina,neq; venti incommodarunt. ¶Cęterum quoniam necdum sedata est illa pluuia exitialis,Lutheranæ impietatis:sed adhuc grauiter distillat in sanctum dei habitaculum. nõdum etiam quieuerunt illa flumina periculosa:sed tumido adhuc & rapido cursu illiduntur parietibus domus domini. Deniq; quoniã necdum itidem mitigatus est læthalium huiusmodi ventorum turbo violẽtus & horridus:sed adhuc cum ingenti fragore vndiquaq; illi circunstrepunt & debacchantur. ne quempiam infirmorum importuna illa pluuia, flumina & venti: suo impetu abripiant, suisq; inuoluant vorticibus. neve pusillos horrendo fremitu abducant a via veritatis:ad foueam perditionis & deuia errorum. elaborauimus pro virium nostrarum facultate,hisce tribus humanę salutis incommodis,& nostra ætate syncæritati fidei supra modum præiudicantibus: obstaculũ aliquod & obicem opponere, quo prohibeantur ab inferendo fidelibus detrimento & iactura. Et id quidem,elucubratione huius operis: quod quasi vallum & aggerem firmum obijciamus fluminibus istis hæreticarum infestationum. ne licentiosa & libera aquarum suarum incursione: obuia quæq; prosternãt humi,suisq; adoperiãt læthiferis fluctibus. Idem etiam opus,tanquam munimentum quoddam obiectemus inundationi pluuiæ færalis,& ventorum immaniũ terrificis flatibus. ne pestifero suo humore, aut impetu violento ac turbido: domũ dei in suis lapidibus labefactent aut concutiant. Etenim hac via,multorum saluti cõsultum iri nobis persuasimus:ne amplius circunferantur omni vento doctrinę,sed

Matth.7.

ſtabiliant corda ſua in eccleſiaſticis & ſacræ fidei dogmatibus: quæ per ſingula huius libri capita,latius ediſſeruntur. Sic itidem puſillorum animos,fluctuantes in tanta rerum controuerſia & perturbatione, quanta nunc graſſari cernitur: confirmandos in ſana doctrina eorum quæ credenda ſunt & agenda,duximus:ac firmiter continendos in officio & rectitudine fidei. Sic deniq; multimodos errores, noſtra male repullulãtes ætate,extirpandos reuellendoſq; cenſuimus:& veritatem fidei,morumq; ſynceritatem,antiquo ſuo decori vtcũq; reſtituẽdam. vt eo enite ſcat fulgore,eaq; ſerenitate palam refulgeat:quam ante hæc tẽpora nubila, omniũ oculis contuẽdam exhibuit. ¶Porro nõ diffiteor & alia multa eſſe rerũ capita:in quibus,ab orthodoxis diſſident Lutherani: q̃ ea ipſa quæ in pręſenti opere diſcuſſimus. Verum illa ab alijs,eruditione pręſtantiſſimis viris,luculenter & copioſe pertractata ſunt in ſuis literarijs monumentis & operibus: quæ ad tutandas fidei & veritatis catholicæ partes, ſedulo iampridem conſcripſerunt,ne in cæcos errorũ anfractus deciderent incauti:occultoſq; laqueos hęreticorum , admoniti tantorũ periculorum,effugerent. Eas ſane tantum attigiſſe nunc materias,nobis viſum eſt ſatis : quę in concilio prouinciali Senonenſi, exacto iam anno, apud Pariſios celebrati(vt in epiſtola nuncupatoria & liminari:iam explicuimus)agitatę & diſcuſſę fuerunt. Harum itaq; determinationem hic exhibitam,candido ſuſcipite animo benigni lectores : noſtroſq; quãtuloſcunq; labores,gratos & acceptos habete. Valete.

COMPENDIVM VERITATVM AD FIDEM PERTINENTIVM:CONTRA PESTIferas Lutheranorum aſſertiones. Quæ anno domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimooctauo,in cõcilio prouinciali Senonenſi apud Pariſios celebrato,agitatæ fuerunt:& per Iudocum Clichtoueum Neoportuẽſem, doctorem theologũ Pariſienſem,& canonicum Carnotenſem:in vnum codicem compactæ.

¶Eccleſiam vniuerſalem:in fide & moribus errare non poſſe. Cap.I.



IN parabola zizaniorũ apud Matthęum conſcripta: legimus inimicũ hominem nocte ſuperſeminaſſe zizania bono ſemini , quod cæleſtis paterfamilias ſuo mandauerat agro. Quæ quidem zizania,ſi myſticum attendamus ſenſum:& pernicioſæ ſunt hæreſes,cõtra fidei ſyncæritatem: & corruptelæ morum, contra vitæ Chriſtianæ integritatem,inductæ. Quas ſerpens ille antiquus, omnis veritatis & bonitatis oſor:cum obtorpeſceret hominum vigilantia,nocturnis fretus tenebris,in eccleſiam dei clanculum inuexit. Et vt de morum multiplici improbitate,per illum hominem inimicum ſparſim inter fideles diſſeminata:interim taceamus. certe à legis euangelicæ exordio non deſijt ille pater mendacij,agro dominico, bonũ ſanæ & catholicæ doctrinæ ſemen continenti:ſuperſeminare ſectas,& peſtilentes diuerſarum hæreſum adinuentiones:ad corrumpendam orthodoxæ fidei veritatem. Per totum itidem eiuſdem nouæ legis ad noſtra vſq; tempora decurſum:idem opus multifariam eſt molitus, per diuerſos ſuæ malitiæ ſatellites & miniſtros. quos excitauit ad varias hæreſes diuulgandas:in ſubuerſionem fidelium. Nouiſſime vero diebus iſtis,idem ſummo conamine exercuit ſtudium:corrumpendi inquam ſalutarem fidei Chriſtianæ doctrinam , per Martinum Lutherum & aſſeclas eius. qui iniqua conſpiratione,& coniuratione quadam maligna,contra ſanctam dei eccleſiam facta:conati ſunt eam funditus euertere,& per triſtia ſuorum prauorum dogmatum zizania,ſalutare doctrinæ catholicæ ſemen penitus ſuffocare. Horum itaq; improbis conatibus vt pro viribus oc-

Matth.13.

Martinus Lutherus.

curramus, & obluctemur: elaborauimus nõnullas veritates ad sacrosanctæ fidei robur ac firmamentum attinentes, in concilio prouinciali Senonensi: anno domini Millesimo quingẽtesimo vigesimooctauo apud Lutetiam Parisiorũ celebrato, examinatas (vt ibidem tum pręsentes audiuimus) per viros eruditissimos diuinique & humani iuris peritissimos: in vnum quasi corpus & fascem colligere. adductis pro fulcienda (quam sequi debeant omnes) parte, rationibus: ex diuinis literis, ecclesiasticisque doctoribus, concilijs itidem sacris, & canonicis sanctionibus. Aduersæ vero partis rationes in obiectionum formam redactas, diluere deinceps adnitemur: vt hac via clarius elucescat ipsa rei veritas. Persuasum siquidem habemus, huiusmodi nostro studio non parũ consultum iri multorum saluti: qui infirmitate animi in hac tanta rerum fluctuatione vacillant, quodam modo incerti, vtram debeãt amplecti ac sequi partem: catholicorũ ne, an Lutheranorũ. Nempe nutabũdus eorũ ac titubans animus, hoc nostro qualicunque labore stabilietur in solida doctrina: & rectam in partem (vti speramus) firmabitur. Est itaque hæc primaria veritas: & tanquam reliquarum omnium basis & substerniculum.

Ecclesia vniuersalis: in fide & moribus errare non potest.

¶ Oblatrãtium in sanctam dei ecclesiam Lutheranorum ora, & obgarriẽtium illam errore corrumpi in vniuersum posse, atque a recto morum tramite desciscere: & proinde ipsam impudentissime paruipẽdentium, hæc veritas penitus obstruit ac obfirmat. Quam & ex symbolo fidei, & multiplici sacræ scripturę testimonio, cum ex veteri tum ex noua pagina desumpto: comprobare nitemur, atque varijs rationibus elucidare.

¶ In primis siquidem ex symbolo Niceno quod in missæ officio legi- 1
tur: profitemur nos credere, vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam: & tanq̃ articulum fidei id ratum habemus. Sanctum autẽ dicitur, quod nulla macula aut labe penitus est inquinatũ: sed omnino syncerum. ecclesia igitur cũ sancta sit: nec errorum nec vitiorum tabe, tota corrumpi potest. ¶ Secundo. deus de Christo capite ecclesię & de spiri- 2
tuali eius semine, scilicet ecclesia sancta, per diuinũ psaltem loquens: ait.
Psal. 88. Et ponam in seculũ seculi semẽ eius: & thronum eius sicut dies cæli. Et paulo post. Semel iuraui in sancto meo, si dauid mentiar: semen eius in æternũ manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ: & testis in cælo fidelis. In quo quidem psalmo, si-
Augustinus. cut & in multis alijs scripturę locis, Augustino teste: per Dauid intelligitur ipse Christus, & per semen & filios eius: ij qui in eum credunt, & ex deo nati sunt. Quocirca in prædictis illius psalmi verbis: deus pollicetur & iurat se semper permansurũ cum ecclesia militante, Christi spirituali

semine. De qua intelligendum esse propheticum illud oraculum: conuincit idipsum, quod prædictis verbis interponitur: scilicet. Si autẽ de- Ibidem.
reliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint: & mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorũ. Siquidem ecclesię triũphantis filij: nulli amplius peccato aut lapsui in malum, sunt obnoxij. Quomodo autẽ cum ecclesia militante semper erit deus, tanq̃ assiduus protector & indiuiduus rector: si ipsa in totum, aut in fi-
3 de aut moribus aberrare posset? ¶ Insuper, in cãticis canticorũ Christus ecclesiam sponsam suam dilectam, dicit totam esse pulchram: & macu- Canti. 4.
lam nõ esse in ea. Eandem quoque perfectã nuncupat, & vnam columbã: Canti. 6.
ob vnitatem fidei, & rectam morum in ea concinnitatem ac simplicitatem. At quanã ratione hæc in veritate constabũt: si errorum nebulis aut atra morũ caligine fuerit omnino offuscata? In eodẽ itidem sacro epithalamio: & de ecclesia loquẽs Christus, ait. Vinea mea: corã me est. Quod Cantico. 8.
vtique dictum est propter assiduam eius assistentiam: qua illam dirigit & gubernat. Si autem errore coinquinata esset ecclesia tota, aut morũ improbitate: profecto non esset amplius coram eo, sed abiecta retrorsum.
4 ¶ Pręterea, Esaias de Christo loquens & eius ecclesia: ait. Multiplicabi- Esaiæ. 9.
tur eius imperiũ: & pacis non erit finis. Super soliũ Dauid & super regnum eius sedebit: vt cõfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & vsque in sempiternum. Quæ quidem verba, mira conformitate respõdent hisce verbis angeli Gabrielis: ad sacrosanctã virginem prolatis. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in Luce. 1.
domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Atqui nõ esset perpetuo corroborata ecclesia, & pacis eius foret finis: si aut errorũ labe fusca-
5 ta, aut corruptela morum esset in vniuersum polluta. ¶ Accedit huic & Hieremias propheta: per quem deus de ecclesia, per populũ Israel mystice intellecta, ait. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te mise- Hiere. 31.
rans. Quod quidem diuinum oraculum: de synagoga demum repudiata, recte accipi non potest. Neque itidem de ecclesia congrue intelligeretur: si in eã error fidei aut exorbitatio morũ, omnimodis cadere posset.
6 Non enim tunc ipsa ecclesia: charitate perpetua, a deo diligeretur. ¶ Per Osee quoque prophetam, dominus ad ecclesiam suam verba dirigens: inquit. Sponsabo te mihi in sempiternum: sponsabo te mihi in iustitia & Osee. 2.
iudicio, & misericordia & miserationibus: sponsabo te mihi in fide. Quæ de triumphãte ecclesia haud recte accipi omnino possunt: cum in illa cælesti ecclesia, fides locũ nõ habeat, sed clara visio diuinę maiestatis. Cum desponsatione autem sempiterna ecclesiæ, & in fide, a deo facta:

locum habere non potest aut error totius ecclesiæ aut morum deuiatio.
¶Cæterũ nunc ad noui testamenti depromẽda testimonia accingamur. 7
Beatus Petrus postq̃ dominum nostrũ confessus est esse filium dei viui,
non carnis & sanguinis reuelatione sed dei patris interna inspiratione:
Matth. 16. hoc a Christo accepit responsum. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, &
super hanc Petram (soliditatem scilicet & firmitudinem confessionis: a
te prolatæ) ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt
aduersus eam. Portæ autem inferi: sunt hæreses & peccata, bonis aduer-
santia moribus, quæ deducunt ad inferos, & per quæ: ad æternam dam-
nationem fit introitus. Ex hac igitur Christi (qui caput est ecclesię) pro-
missione, conspicuũ est: nec errorem in fide nec exorbitationẽ morum,
vnq̃ occupaturam totã ecclesiam. Quod etiam supra dictis subiungitur
Ibidem. Christi verbum ad Petrum: scilicet. Et tibi dabo claues regni cælorũ. Et
quodcunq; ligaueris super terram: erit ligatum & in cælis. & quodcunq;
solueris super terrã: erit solutum & in cælis. multum cõfirmat rem pro-
positã. Ostendit enim: prædicta verba, de ecclesia militante intelligi de-
bere: in qua sola, est potestas ligandi & soluendi. ¶Consonat eidem sen- 8
tentiæ & illud promissoriũ Christi verbum apud Matthæũ: quod disci-
Matth. 28. pulis suis cælos cõscẽsurus dixit. Euntes docete omnes gentes: baptizã-
tes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docẽtes eos seruare om
nia: quæcũq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus:
vsq; ad consummationẽ seculi. Quod postremũ: nequaq̃ solis apostolis
dictum intelligi debet, cum non essent illi permansuri in vitæ præsentis
incolatu ad finem vsq; mundi: sed & eorum in statu & moderatione ec-
clesię, successoribus. Quibus se affuturum promisit Christus virtute di-
rectrice, & protectrice potentia in ecclesię defensionem: vsq; ad cõsum-
mationem seculi. Cum hac autem assidua Christi assistẽtia, & pręsentia
assistrice: quomodo stabit in vniuersali ecclesia aut error fidei aut mo-
rum? Tunc enim deseruisse conuinceretur Christus suã ecclesiam: sub-
duxisseq; ab ea suã pręsentiam, cõtra hanc suam pollicitationẽ. ¶Huic 9
accedit, q; discessurus a discipulis dominus noster: ipsis hæc cõsolatoria
Ioan. 14. dixit verba. Ego rogabo patrem: & aliũ paraclitum dabit vobis, vt ma-
neat vobiscũ in æternũ. Quibus sane verbis, spiritus sancti directionẽ
& assistentiã: significauit ipsi ecclesiæ ad finem vsq; mundi affuturam.
Quod & ipsa sancta mater ecclesia, in vna oratione sua supplicatoria
ad deum, clare insinuat: in hunc modum. Deus cuius spiritu: totum cor-
pus ecclesiæ vegetatur & regitur. Atqui spiritus ille superbonus, spiritus
Ioan. 16. est veritatis: iuxta illud Christi in eodem euãgelio verbũ. Cum venerit
ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Idem quoq;, totius

bonitatis est spiritus: & a quo bonitas omnis in cælum & terrã profluit.
Quomodo igitur ipso, perpetuo cũ ecclesia dei manente, & assiduo do-
norum suorum influxu ipsam regente ac vegetante: irrepet in eam to-
10 tam aut error fidei aut morum improbitas? ¶Rursus. eximius doctor
gentium Paulus ad Ephesios scribens, & explicans quomodo Christus
ascendens in altum dederit dona hominibus: inquit. Et ipse dedit quos- Ephe. 4.
dam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euange-
listas, alios autem pastores & doctores: ad consummationẽ sanctorum,
in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus
omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei: in virum perfectum, in
mensurã ętatis plenitudinis Christi. vt iam nõ simus paruuli fluctuãtes,
& circunferamur omni vento doctrinæ: in nequitia hominũ, in astutia,
ad circunuentionem erroris. Quibus verbis plane indicat diuinus apo-
stolus: perpetuum futurũ ipsius sanctæ ecclesiæ decursum, in donis gra-
tiarum & gradibus a Christo cõstitutis, vsq; ad consummationẽ mun-
di: & donec plene ædificatum & perfectum fuerit corpus Christi my-
sticum. Et id quidem opus ministerij, exercendum continua serie denũ-
ciat: ne inuoluamur erroribus, & circũueniamur hominũ nequitia. Ma-
nifeste igitur hisce verbis insinuat, nec errorem doctrinæ nec morum
peruersitatem: per totum ecclesiæ decursum, in ea locũ habituram, nec
11 præualiturã aduersus eam. ¶Insuper beatus Paulus in alio eiusdem epi-
stolæ ad Ephesios loco: hanc salutarẽ scribit admonitionem. Viri diligi- Ephe. 5.
te vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam: & seipsum tradidit
pro ea vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.
vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam: non habentem maculam aut
rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Quæ
sane verba: de ecclesia militante præsertim accipienda sunt. cum in tri-
umphante & cælesti ciuitate, non abluantur illius ciues & incolæ laua-
cro aquæ baptismalis. Cum itaque ipsam militantem ecclesiam exhi-
buerit Christus, attestante hic Paulo, sanctam & immaculatam: quo-
nam pacto comperietur in ea, macula erroris aut ruga iniquitatis, pro-
serpens in vniuersum? Deinde eodem in loco de matrimonio loquens Ibidem.
apostolus, ait. Sacramentum hoc: magnum est. ego autem dico: in
Christo & ecclesia. Ex quo verbo ostenditur spirituale matrimonium
Christi & ecclesiæ, perpetuo esse duraturum: & ergo ecclesiam nunq̃
errori & vitijs in totum subijciendam. Quod & ex his Pauli verbis,
in primæ ad Timotheum epistolæ tertio capite. etiam conuincitur. Vt I. Timo. 3.
scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari: quæ est in ecclesia
dei viui, columna & firmamentũ veritatis. In quibus apostoli ad Timo-

theum verbis,cũ dicatur domus dei(quæ est ecclesia)esse columna & fir
mamẽtum veritatis:quomodo illi in vniuersum poterit error irrepere?
¶Deniq; beatus Ioannes apostolus in sacra sua apocalypsi de eadem lo 12
Apoca.21 quens ecclesia militãte:ait. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem,nouam
descendentem de cælo: a deo paratam,sicut sponsam ornatam viro suo.
Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei
cum hominibus,& habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse
deus cum eis erit eorum deus. Quæ quidem verba,nõ vsqueadeo apte de
triumphante possunt accipi ecclesia. q̃ ipsa de cælo non descendat, sed
perpetuo sit regni cælestis incola. Militans vero ecclesia,& adhuc desu-
dans in agone: recte de cælo descendere dicitur, q̃ ad formam, statum,
& modum triumphantis ecclesiæ: sit in suis gradibus, functionibus, &
Dionysius officijs efformata. vt præclare idipsum ostẽdit diuinus pater Dionysius
Areopagita. Areopagita: in libro de ecclesiastica hierarchia. Hęc autem adhuc in ca-
stris decertans ecclesia:dicitur hic a deo parata,pulchroq; ordine institu-
ta. dicitur & sponsa:Christo sponso suo ornata. dicitur & sancta,immu
nisq; omnis contagionis:& tabernaculum dei cum hominibus. Sed nũ-
quid deus in tabernaculo tenebris errorum obducto, aut morũ fœdita-
te contaminato:habitare dignabitur? Nunquid item sponsam suam di-
lectam ita negliget:vt sinat eam in totum erroribus inuolui, aut spurci-
tia vitiorum commaculari? Perspicuũ est igitur,quod in principio pro-
positum est:ecclesiam scilicet vniuersalem non posse deuio trahi errore,
circa ea quæ fidei sunt & morum. ¶Porro nunc reliquum est: aliquot 1
aduersariorum cauillationibus contra prædictam veritatem obijci soli-
Matth.8. tis,respondere. Et primo quidem obiectant,nauiculã in qua Petrus erat
& cæteri discipuli: graui iactatam fuisse tempestate, ventorumq; pro-
cellis:ita vt pene operiretur fluctibus. Per illam autem,intelligitur secũ-
dum sacros expositores præsens ecclesia: in hoc mari magno & spacio-
so adhuc fluctuans. Igitur illa,& errorum perpetitur procellas:& ventis.
iniquitatum,peruersorumq; morum pulsatur. Quare tandem in illa tot
aduersis euicta:dabitur errori fidei & morũ locus. ¶Respõsio. Agita-
ta quidẽ fuit nauicula illa fluctibus:sed non submersa,quinimmo ipsius
Christi a somno per discipulorũ sedulitatem excitati imperio: ab omni
periculo penitus erepta. Sic & ecclesia sancta, permittente deo, interdũ
tribulationibus exercetur,tyrannorũ oppressione afflictatur:hæretico-
rumq; improbitate vexatur. sed illis nunq̃ cedit aut succũbit:quinimmo
tandẽ a deo(qui peruigil in illius custodiã semper intentus est)liberatur
ab omni discrimine. Et quẽadmodũ legimus nauẽ,in qua discipuli remi
gãtes versabãtur in graui periculo:sedata tẽpestate fuisse ereptã ab omni

discrimine naufragij. non modo quando in ea erat Christus vna cum
discipulis:sed & alio tempore,cum ascẽderat in montem solus orare:& Matth.14.
discipuli soli fretum tempestuosum nauigabant. Sic & Christus domi-
nus noster,non solum ecclesiam tutatus est & vindicauit ab ingruenti-
bus malis:quando hanc mortalem degebat vitam,in terris visus & cum Baruch.3.
hominibus cõuersatus. Verum etiam postquam in montem sublimem
cælestis gloriæ per gloriosam ascensionẽ suam est subuectus,& sedet ad
dexterã patris,interpellans pro nobis:eandem suã ecclesiam protectrice Roma.8.
manu defendit,ad eã venit per misericordiæ suæ subsidiũ,& a procellis
2 huius seculi cõseruat illęsam. ¶Secũdo insistunt aduersarij:fidem in so-
lo vno homine cõseruari posse,& permanere illæsam: cæteris omnibus
prolapsis in infidelitatem. Quẽadmodum(inquiunt) tempore passio-
nis dominicæ,in sola sacratissima virgine & dei matre benedicta,mãsit
integra fides:reliquis omnibus scandalum tunc passis,& a fide collapsis.
In cuius rei argumentum:in officio matutino quod vesperi agitur feria
quarta,quinta,& sexta hebdomadæ sanctę,& tenebrarũ nomine vulgo
nuncupatur: extinctis subinde cæreis omnibus primũ succensis, vnicus
seruatur cæreus accensus, vt symbolũ fidei:in sola sacra virgine Maria
tunc superstitis. Atqui solus vnus homo nõ est ecclesia: cum ecclesia sit
fidelium cõgregatio. Et per hypothesim,tota reliqua hominũ multitu-
do constituens ecclesiam:teneretur errore fidei, infidelitateq; occupare-
tur. Potest igitur ecclesia etiam tota:in fide aberrare. ¶Respõsio. Non
est admittendũ quod primo loco in hac cauillatione proponitur:in solo
scilicet vno homine posse manere fidem illabefactam,cæteris omnibus
ab ea desciscentibus. Rogauit enim Christus ecclesiæ sponsus nõ solum
pro Petri persona, sed & pro tota ecclesia cui præficiendus erat:vt non Luce.22
deficeret fides eius,secundum illustriũ & sacrorum doctorum interpre-
tationem. Et exaudita est oratio eius a deo:qui semper eũ audit. Quare Ioan.11.
nunq̃ permittetur integritas fidei ad vnam solam redigi personam:neq;
vnq̃ etiam est permissa. Vnde non est admittendum quod deinceps as-
sumitur:in sola scilicet deipara virgine,tempore passionis dominicę re-
mansisse solidam fidem. Q̃uis enim apostoli omnes tunc a fide defece-
rint:secundum prædictionem Christi ipsis factam. Omnes vos scanda- Matth.26.
lum patiemini in me:in ista nocte. attamen in multis alijs ciuitatibus &
castellis Iudeæ & Galileæ: complures erant fideles, per prædicationem
Christi & discipulorum eius conuersi,aut per miraculorum ipsius ope-
rationem. Vt regulus in Capharnaum,archisynagogus,Samaritani, & Ioan.4.
pleriq; alij. qui nullam tum habuerunt occasionem perdendi suam fi- Matth.9.
dem:ignariq; penitus erãt passionis & mortis Christi, quæ tumultuario

strepitu & præcipitanter fuit procurata, & mirum in modum accelerata. Sed & mulier Chananæa: cuius fidem tantopere commendauit dominus, & Centurio cuius fides prælata est Israelitarum fidei, & tres magi qui ab oriente venerant adorare dominum, in cunabulis vagientem: an tunc perdiderunt fidem suã? Nõne & Ioseph ab Arymathia, ab euãgelistis mirifice commendatus, integram tunc fidem suam conseruauit? & tamen hi omnes: tunc erant ecclesiæ sanctæ membra. Quocirca commune id multorum dictum, in sola sacratissima virgine mansisse tunc integram fidem: intelligi debet quantum ad eas personas, quæ domino nostro maxima familiaritate erant coniunctæ: quales erant apostoli. Inter eas enim: ipsa sola fidem seruauit incolumem. Et hoc ipsum solum: repræsentat ille matutinalis cæreus, qui cæteris extinctis seruatur accensus. ¶ Tertio loco insurgunt, obiectãtes ecclesiam longo temporis 3
tractu aliquam interdũ tenuisse sententiam: cuius tamen opposita pars postea fuit per vniuersale conciliũ definita, & ex ecclesiæ determinatione corroborata. Et vt ex multis, afferatur vnum eorum exemplũ: prius fuit plurimorum etiam sanctorum & eruditorum patrum sententia, sacrosanctam virginem Mariam fuisse conceptam in peccato originali. Attamen in sacrosancta synodo Basiliensi definitũ fuit, necdum transacto seculo, centenarioq; annorum: ipsam candidissimam virginẽ nunquam labe illa primæua fuisse labefactã. Quam determinationem: tota miro consensu & affectu secuta est ecclesia. Ergo per totũ tempus, concilium illud præcedens: vt quatuor annorũ centenarios aut circiter, quibus ea materia inter doctores scholasticos agitari cœpta est, & controuersa haberi: ipsa ecclesia fuit errore detenta, & circa eam sententiam aberrans à veritate fidei. ¶ Responsio. Non est admittendum quod hic primo assumitur loco: quoniam in ijs quæ fidei sunt, nunquam in tota ecclesia aut varietas aut mutatio fuit. licet in plerisq; viris particulatim fuerit huiusmodi diuersitas sententiarum: & interdum error circa nonnullas materias. At illi non totam constituerunt ecclesiam: neq; eorum error, vniuersali ecclesiæ est ascribendus. Vnde nunq̃ tota ecclesia sensit aut tenuit sacratam dei matrem culpæ originariẹ fuisse obnoxiam: tametsi multi in ea viri, eruditione & sanctitate conspicui: id senserint, & scriptum reliquerint. quibus facilis danda est venia: q̃ eorum tempore, necdum esset elucidata aut determinata huiusce rei veritas. Totius vero ecclesiæ semper vna fuit sententia: sanctam videlicet dei matrem, cõtagionis illius originalis fuisse expertẽ. Verum longo temporis decursu, ea ecclesiæ sententia: non fuit expressa denunciatione decisa, & promulgata. tandem vero: explicita determinatione & definita est & diuul-

Matth. 15.
Matth. 8.
Matth. 2.
Luce. 23

4 gata. ¶ Obijciunt & quarto aduersarij, in concilijs generalibus multa de nouo fuisse circa fidem determinata: vt filij dei consubstantialitatem cum patre, in concilio Niceno. spiritus sancti diuinitatem: in concilio primo Constantinopolitano. q̃ sacra virgo, dei fuerit mater: in concilio primo Ephesino. duarum in Christo naturarum diuersitatem in vnitate personæ: in concilio Calcedonensi. Ante quam determinationem: ecclesia aut oppositã tenuit sententiam, aut fuit circa eam rem dubia. Ergo in ijs quæ fidei sunt: errare potuit. ¶ Respõsio. Prorsus abnuendum est quod secundo proponitur loco: vtpote ecclesiã ante prędictorum conciliorum determinationem, sensisse oppositum eorum quæ definita in illis fuerant: aut suspensam & ambiguam in illis tenuisse sententiã. Nempe ab exordio promulgationis euangelicæ, inconcussa fuit semper ecclesiæ fides: & filium dei consubstantialem esse patri, & spiritum sanctum esse verum deum, sacram itidem virginem Mariam vere esse dei matrem: non solius hominis. & Christum esse verum deum & verũ hominem. q̃ hæc omnia, ex sacris literis recto ratiocinio deducantur & colligantur: quinimmo in plerisq; earum locis aperte sint expressa. Verũtamen propter importunitates hæreticorum refellendas & confirmandam amplius simplicium & infirmorũ fidem: in prædictis concilijs oportuit eadem apertius exprimi & dilucidius declarari, q̃ antea fuerant. Et ad huiusmodi planiorem enodationẽ eorum quæ prius erant minus explicata: contulerunt conciliorum definitiones ac decreta, necnon ad repellendas hæreticorum improbas assertiones: ne quẽquam circunuenirent, non autẽ: ad inducendam in totam ecclesiã, nouam illarum rerum fidem. Et simile ferri debet iudicium de cæteris omnibus: quæ circa fidei materiam in reliquis generalibus concilijs sunt definita. illa scilicet, duntaxat ad maiorem & planiorẽ antiquæ fidei ecclesiæ explicationem, esse determinata: ob emergentes hæreticorum versutias & calumnias. non autem: ad nouam omnino fidem: ipsi ecclesię super hisce rebus ingerendam.

¶ Ecclesiam dei militantem: esse visibilem. Cap. II.

Athematicam quandam ecclesiam, & a sensu atq; loco abstractam, nec oculis hominum conspicuam: nobis comminiscuntur Lutherani. dicẽtes ecclesiam esse penitus inuisibilem & ignotã: incertumq; esse dictitant, vbinam sit ecclesia. Vt eo commento veram negantes ecclesiam: audentius astruant, apud sua cõuenticula vbi tres aut quatuor coacti fuerint suæ sectæ astipulatores & patroni: illic veram & catholicam esse ecclesiam. cum tamen ibi profecto

sola sit malignantiũ ecclesia : & synagoga satanæ. Itaq; ad refellendam
eorum mendacem confictionem:hæc proponitur tenenda veritas.
Ecclesia dei militans,per orbem terrarum diffusa:est visibilis.
¶Siquidem quoniã certo id nemini constare autumant,quo in loco sit
ecclesia:cõtra sentiendũ est,illã per orbem terrarũ esse protensam, iuxta
illud cãtici ecclesiastici pręconiũ. Te per orbem terrarũ:sancta cõfitetur
ecclesia. Et quia eandem ponunt obtutibus humanis nequaquam obijci
posse,& ingeri:ipsam visibilem esse, sequentibus rationibus monstrare
Quid ecclesia. cõnitemur. ¶In primis ecclesia militans(nam de ea sola:fit in pręsentia 1
sermo) breui descriptione quidnã sit,sic potest explicari. q̃ cõgregatio
est fideliũ:sub vno capite Christo. Est enim ipsa,corpus Christi mysti-
cum:ex singulis fidelibus tanquam membris suis compacta. Atqui sin-
guli fideles,qui sunt tanquam partes corporis ecclesiæ:visibiles sunt, &
intuentium oculis obuij ac patentes. Igitur & ecclesia ipsa: visibilis est.
Non enim potest id esse inuisibile: cuius singulæ partes ex quibus inte-
Matth.18. gratur,sunt visibiles & cõspicuæ. ¶Insuper apud Matthæum,vbi cor- 2
rectionis fraternę faciendæ modus expromitur & ordo:Christus tertio
loco iussit eum qui secreto admonentem fratrem non audierit,nec adhi
bitos duos aut tres testes : esse denunciandum ecclesiæ . Q̃ si ecclesiam
nõ audierit:ipsum cõtemptorem fraternæ correptionis,immo & eccle-
siæ,dixit habendum esse tanquam ethnicum & publicanum . Ei autem
quod penitus inuisibile est : quo ingenio quippiam denunciari verbo
humano,aut dici queat? Quonam etiam pacto,idem ipsum quod peni-
tus oculos fugit humanos:audiri poterit? Cũ igitur iubeat Christus au-
diendam esse ecclesiam:profecto non est ipsa quid inuisibile,aut mathe
maticũ. ¶Pręterea. Christus post resurrectionẽ suam beato Petro com 3
mittens totius ecclesiæ suæ moderationem,authoritatemq; regendi : di-
Ioan.21. xit eidem. Pasce agnos meos,&,pasce oues meas. Et in priore sua episto
la canonica,idem princeps apostolorũ:constitutos sub se pastores,eius-
1.Petri.5. dem rei admonet dicens. Pascite qui in vobis est gregẽ dei. Atqui quod
prorsus est inuisibile : quomodo ab alio homine pascetur pabulo verbi
dei,& prouida seduli pastoris directione? Quanam itidem ratione, pa-
stor ipse ecclesiasticus & prælatus,visibilis erit:& oues singulæ inuisibi-
les,immo & totus grex:oculos omnium latens ? ¶Rursus. beatus Pau- 4
lus maiores natu ecclesiæ ex Epheso Miletum accitos : inter cætera his
Actuum.20. verbis admonuit. Attendite vobis & vniuerso gregi: in quo vos posuit
spiritus sanctus regere ecclesiã dei,quam acquisiuit sanguine suo. Quod
autẽ omnino est inuisibile: nescio qua industria aut arte regi poterit ab
eo rectore,qui visibilis est,& hominũ oculis cõspicuus. Qui enim fiet,

vt corporali circundatus integumento rector : rei prorsus inuisibili do-
cumenta suggerat fidei & morum, aut exhortatorium instillet sermo-
nem ? An etiam Christus rem penitus inconspicabilem suo acquisiuerit
sanguine: quam designauerit authore spiritu sancto a pastoribus & re-
ctoribus, prouida cura regendam ac gubernandam ? Quis igitur non
5 videat:ipsam ecclesiam subijci oculis mortalium? ¶Ad hæc. Ad Ephe Ephe.4.
sios scribens beatus Paulus,dicit de Christo:q̃ constituit quosdam qui-
dem apostolos, alios vero euãgelistas:alios autem pastores & doctores,
in ædificationẽ corporis Christi,in opus ministerij & consummationẽ.
quod tantundem valet : atq; in gubernationem & regimen ecclesiæ, ad
finem vsq; seculi. Si autem inuisibilis ponitur ecclesia,& ignota atq; in-
certa:quomodo pastores a Christo cõstituti,circa dominicum gregem
suo fungẽtur officio? aut quo pacto implebitur illud dei verbũ:per pro-
phetam. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ:& pascent vos scientia & Hiere.3.
doctrina? Quæ enim in inuisibilem ignotumq; gregem:poterit esse pa
storis cura? Quanam insuper via,doctores a Christo constituti ad eccle
siæ ædificationem: ignotæ & inuisibili ecclesiæ sanam communicabunt
doctrinam,ad veritatem fidei & rectitudinem morũ eam inducentem?
Absurdum est igitur,immo ridiculum:asserere ecclesiam dei inuisibilẽ.
Quod etiã ex his apostoli verbis , ad Ephesios quinto capite cõscriptis: Ephe.5.
plane innotescit. Nemo vnquam carnem suã odio habuit : sed nutrit &
fouet eam,sicut & Christus ecclesiã. quia membra sumus corporis eius:
de carne eius & de ossibus eius. Nos autẽ: visibiles sumus. Igitur & ec-
6 clesia ex fidelibus coalita:est visibilis. ¶Adde q̃,quamplurimi & vete-
ris & nouæ paginæ sacræ loci passim occurrunt:qui non nisi de visibili,
certaq; & minime ignota ecclesia,possunt accipi. vt est illud verbum po
puli Israelitici:ad Moysem & Aaron, Cur eduxistis ecclesiam dei in so Nume.20.
litudinem: vt & nos & nostra iumenta moriamur? An inuisibilis eccle-
sia,de vno loco in alium potest deduci:& iumenta possidet? Rursum in
celeberrima solennitate dedicationis templi a Salomone extructi:inter
cætera,dicit historica narratio. Conuertit rex Salomon faciem suam:& 3.reg.8.
benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Israel:stabat. Faciẽ
autem suam conuertere non potuit rex:nisi ad visibilem ecclesiam,eoq;
in loco congregatam. Stare etiã non potuit ecclesia:nisi visibilis, & ibi-
dem in præsentia consistens. Insuper in psalmo, Christus ad deum pa-
trem verba dirigens:ait Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio Psal.21.
ecclesiæ laudabo te. Et iterum in eodem loco. Apud te laus mea:in eccle
sia magna. Inuisibilis autem & ignotæ atq; incertæ ecclesiæ : quomodo
7 recte mediũ assignaueris, & magnitudinem ? ¶Huic accedit,q̃ beatus

Paulus ad Corinthios scribens, ex profunda animi humilitate cõfitetur
1.Corin.15. nõ se dignum esse, qui vocetur apostolus: q̃ persecutus sit ecclesiam dei.
Gala.1. Quod & in alijs suarum epistolarum locis: nõ semel repetit. Persecutio
Philip.3. autem corporalis (qualis erat illa) nõ nisi ecclesiæ visibili, & certo in loco
subsistẽti: potuit infligi. Rursus ad Galatas scribens idem: ait de seipso.
Gala.1. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudeæ: quæ erant in Christo. quoniã
scilicet fideles qui erant in Iudæa & Hierusalem: necdum viderant Pau-
lum coram & præsentem, post eius miram conuersionem. sed fama tan
tum acceperant, q̃ ipse qui persecutor fuerat veræ fidei: nunc eiusdem
esset assertor & prędicator. Superiora autem illa Pauli verba: non nisi de
congregationibus fidelium corporalibus & visu conspicuis, intelligi
queũt. Sicut nec illud, quod in actibus apostolorum dicitur de beato Pe-
Actuum.12. tro: coniecto in carcerem ab Herode. Oratio autẽ fiebat sine intermis-
sione: ab ecclesia ad deum pro eo. Fit enim ibidem sermo de fideliũ con-
gregatione, tũc Hierosolymis collecta: quæ pro beati Petri liberatione,
sedula deum orabat. Hæc autẽ officia: nec inuisibili nec ignotæ nec in-
certæ ecclesiæ possunt competere. At reliquos scripturæ locos, consulto
nunc prætermitto: ne sim prolixior æquo. Itaq̃ ex his liquido cõstat, eos
qui ecclesiam confingunt inuisibilem & nullo in loco certo consistentẽ:
toti scripturæ palam reclamare. ¶ Cæterũ cauillabuntur fortasse aduer- 8
sarij: testimonia scripturæ in duabus postremis rationibus adducta, acci-
pi duntaxat posse de ecclesijs particularibus aut veteris aut noui testamẽ
ti. non autem de vniuersali ecclesia: de qua ipsi duntaxat loquuntur. Ve-
rum id eorum dictum: nequaq̃ infirmat propositam veritatem. Nam
si particulares ecclesiæ, visibiles sunt & certæ: quemadmodum fatentur,
ex prædictis scripturę locis id probe colligi. & ex particularibus ecclesijs
coadunatur vna vniuersalis ecclesia: tanquam totũ ex suis partibus. pro-
tinus est consequens: & vniuersalem ecclesiam esse visibilem. Qui enim
fiet, vt totum sit inuisibile: cuius singulæ partes sunt visibiles? ¶ Sed
nunc aduersariorum obiectiones proferamus in medium: & diluamus.
Obiectiones & earum solutiones. ¶ Qui primũ obijciunt, fide tenendum esse: q̃ vna sit ecclesia sancta, ca 1
tholica. Quæ autem fide credũtur: non subijciuntur oculis humanis. cũ
Augustinus. secundum Augustinum, fides sit credere quod non vides. Ecclesia igi-
tur: nostro nõ patet aspectui. ¶ Respõsio. Ipsius ecclesiæ aliud videtur:
aliud creditur. Videntur enim fideles: qui sunt partes & membra ipsius
ecclesiæ, palamq̃ cognoscuntur. Creditur autem fide, ipsius ecclesiæ vni-
tas & sanctitas: qua sine labe erroris fidei ac morum, a sanctificatore spi
Gregorius. ritu sancto conseruatur. Quẽadmodum teste beato Gregorio, cũ bea-
tus Thomas corpus dominicum post resurrectionem tetigit: & piam

ædidit hanc cõfessionẽ, Dominus meus: & deus meus. aliud ibi vidit, & Ioan.20.
aliud credidit. Vidit enim & tetigit Christi humanitatẽ: & credidit eius-
dem diuinitatẽ. Quocirca nec hic nec illic: synceræ fidei repugnat cor-
2 poralis visio. ¶ Secundo obijciũt, ipsam ecclesiam non tantum ex ipsis
fidelibus constare atq̃ esse coalitam: sed insuper eam spiritu sancto tanq̃
viuificatore atq̃ sanctificatore vegetari. sine quo, sua careret vita: & cu-
ius virtute conseruatur in fide, charismatumq̃ illius donis repletur. Spi-
ritus autem sanctus: hominum oculis non est spectabilis. Igitur & eccle
sia quæ ab eo viuificatur: etiam censenda est inuisibilis. ¶ Responsio.
Inepta est penitus hæc ipsa collectio: quam hic contexit cauillus. Eccle-
sia non est visibilis secundum dei spiritum: compagem eius & nexum
membrorum consolidantem, vitamq̃ spiritualem illi subministrãtem.
Ergo ipsa dei ecclesia: simpliciter nõ est visibilis. Perinde atq̃ quispiam
hanc necteret ratiocinationem. homo nõ est visibilis secundum animã,
corpus suum viuificantem: ergo homo non est visibilis. Proderet enim
ille suam inscitiam in dialecticis ratiocinationibus: quemadmodum &
Lutherani suam produnt, in hac præsenti ratione. Quinimmo sicut
homo quia corpus habet oculis nostris patens, & ex membris materiali-
bus compactum: dicitur simpliciter visibilis, & nequaquam inuisibilis,
propter animam suã oculis imperuiam. Ita sane & ecclesia, propter fide-
les ipsos corporaliter hic subsistẽtes: vere dicitur visibilis. neq̃ propter
dei spiritum ipsam vegetãtem: apte dici potest inuisibilis. hoc enim ne-
gationem claudit: illud vero affirmationẽ. Adde q̃ spiritus sanctus ne-
quaquam est de ecclesia, tanquã pars ipsius ecclesiæ: sed est sublimi qua-
dam eminentia supra ecclesiam, eam regens & moderans: vt auriga cur-
3 rum, & nauta nauem, cuius non est pars. ¶ Tertio obiectant aduersarij,
Christum ecclesiæ caput, esse inuisibilem: cum iam immortalitatis stola
indutus consideat ad dexteram dei patris in cælestibus, & glorioso cir- Marci.16.
cumamictus sit corpore: alterius sortis & conditionis q̃ sint nostra hæc
mortalia corpora. Ex quo & illud consequi putant, q̃ ecclesia etiam sit
inuisibilis: vt corpus ipsum suo conformetur capiti. ¶ Responsio. Non
est illud vnquam dandum ipsis: q̃ Christus non sit visibilis. Per dispen
sationem enim assumptæ carnis: in terris visus est, & cum hominibus Baruch.3.
conuersatus. quod & ipsa profitetur ecclesia: cõcinens in prefatione na-
talis dominici. vt dum visibiliter deum cognoscimus: per hunc, inuisibi
lium amore rapiamur. Per gloriam autem resurrectionis, cum præcin-
xit se virtute impassibilitatis: non deperdidit illam (quam prius habuit)
exhibendi se videndum proprietatem: cũ sæpius se discipulis palam ma- Ioan.20.
nifestauerit. Sed neq̃ per gloriosam in cælum ascẽsionem subducta est

eidem ea conditio: cum amictus lumine sicut vestimento, regnat in cæ-
Matth.13. lo. sicut nec glorificata sanctorum corpora, quæ fulgebunt sicut sol in re
gno patris eorũ: efficiẽtur inuisibilia, quinimmo cõspectiora reddẽtur.
Hoc itaq; subruto cauilli fundamento: nihil amplius roboris est in hoc
ratiocinio. ¶ Rursum instant, & ipsa sacramenta esse inuisibilia: ob effe 4
ctum spiritualẽ quem suscipientibus ea afferunt, nullo modo oculis per-
uium. Illa autem præcipuam habitudinem sortiuntur ad ecclesiam dei:
cui sunt a Christo designata, tanq̃ adminicula salutis animarũ. Ex quo
conficere nituntur: & ecclesiam solum spiritualem esse, ac inuisibilem.
¶ Responsio. Ingenue fatendũ: ipsa sacramenta magni in ecclesia pon-
deris esse ac momẽti: vt quæ sint insignia quædã & ornamẽta, tanq̃ re-
dimicula spiritualia & monilia: a sponso cælesti, suæ sponsæ circũposita
ac relicta. Inficiandum est tamen, ipsa sacramenta esse inuisibilia: cũ ha-
beant omnia sensibilem ac corporalem materiam circa quam versantur,
Quid sacramentum. omnium conspectui patẽtem. Diffinitur enim generali quadam ratio-
ne sacramentum: q̃ sit inuisibilis gratiæ visibile signum. Neq; ex inuisi-
bili gratia quæ confertur in sacramentis, quis apte cõficere possit: sacra-
mẽta ipsa esse inuisibilia. quin potius propter exterius eorum signum:
admitti debent esse visibilia. In ipsa autẽ ecclesia, requiritur exterior ap-
plicatio signorum sacramentalium: ad fideles ea sumentes. Proinde non
potest ipsa: constitui inuisibilis. ¶ Insuper insurgunt in hunc modum. 5
Ecclesia catholica, in fide fundatur: vt signaculo quodam discernente
eos qui intus sunt, & qui foris. Fides autem, in penetralibus animi in-
timis delitescit: vt spirituale quoddam bonum, non patens palam ho-
minum conspectui. Igitur & talis est ecclesia: inuisibilis scilicet, & in
solo consistens spiritu: non in externis operibus, ritibus, aut cærimonijs
vllis. ¶ Responsio. Tribuendum est quod primo proponunt loco: ec-
clesiam scilicet in fide fundari. vt quicunq; orthodoxã susceperint fidẽ,
q̃diu in ea permanserint: sint membrum corporis Christi & partes ec-
clesiæ. cum primum vero desciuerint a fide per hæresim manifestã: tan-
quam membra putrida resecantur a corpore ecclesiæ, potissimum cum
declarati fuerint tales. Verũtamen non simpliciter admittendũ est, om-
nia quæ ad fidem attinẽt: in abditissimis latitare animi humani penetra-
libus, neq; vllo exteriore signo vel indicio prodi aut manifestari alijs. Nã
ad integram fidem habendam, qualem exigit ecclesia: etiam requiritur
protestatio ipsa fidei exterior, per susceptionem sacramentorum tempo
re oportuno, & per exhibitionem bonorum operũ. hæc autem ipsa, vi-
sibilia plane sunt: sicut & ipsa ecclesia. ¶ Demũ insistunt, ecclesiam san- 6
ctam in charitate & gratia prędestinationis fundari. vt soli illi qui chari-

tate deo cohærẽt & advitam æternam sunt præordinati: censeantur esse
de ecclesia. hęc autẽ: charitas inquam & gratia electionis, spiritualia om-
nino sunt bona & latentia: immo & ignota ijs quibus assunt. Talis igi-
tur est ecclesia: inuisibilis scilicet & occulta. ¶ Respõsio. Respuendum
est prorsus: quod primo loco hic proponitur. q̃ aperte cõtineat errorẽ
Ioannis Hus hæretici: damnatũ in cõcilio Cõstantiensi, sessione decima
quinta. qui asseruit solos prędestinatos & bonos, ad ecclesiam dei pertine
re: & nõ attendit in area domini (quæ pręsens est ecclesia) & paleam con Luce.3
tineri & triticum, nec sagenam in mare missam: bonos & malos pisces Matth.13.
habere permixtos, nec in agro dominico: zizania crescere cũ tritico. nec
deniq; regnum cælorũ decem virginibus conferri: quinq; prudentibus, Matth.25.
& quinq; fatuis. Quocirca & tota hæc ratio: eneruis est & inualida.

¶ Concilia generalia: in fide & moribus etiam esse inde-
uiabilia. Cap. III.

Onciliorum authoritatem supra modum deprimunt
hæretici, & paruipendunt: q̃ norint pestiferas suas se-
ctas, illorum acuta falce & discussione accurata, succi-
sas olim esse, ac damnatas. hinc illa, quantũuis genera-
lia fuerint, & errasse in iis quæ fidei sunt, obganniunt:
& in ijs etiam quę ad mores spectant, deuiasse a recto,
contendunt. Contra quos: hæc proponitur amplectenda veritas.
Concilia generalia: tam in fide q̃ moribus sunt etiam indeuiabilia.
1 ¶ Nempe in primo huius operis capite, abunde ostensum est: ecclesiam
vniuersalem in fide & moribus oberrare non posse. Atqui generale con
cilium legitime congregatum, vniuersalem ecclesiam repræsentat: q̃ ex
maioribus & potioribus eius membris constet: quæ ad aliorum inferio-
rum minorumq; membrorum directionem & moderamen sunt ordi-
nata. vtpote ex primoribus ecclesiasticis, prælatis atq; præsidibus: quorũ
regimini, tota ipsa ecclesia credita est & commissa. Quemadmodum in
veteri lege: Moyses, Aaron & maiores natu, repræsentabant totam Iu- Exodi.24.
dæorum synagogam: & aduocabantur in arduis causis & negocijs, ad
2 consultandũ de totius multitudinis gubernatione. ¶ Insuper apud Mat
thæum cõtestatur nobis summa veritas. Si duo ex vobis consenserint su Matth.18.
per terrã: de omni re quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cæ
lis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in
medio eorum. Quid ergo futurum credere debemns: vbi non duo, sed
tota ecclesia in principalioribus suis membris collecta, vnanimi consen-
su quicquam statuerit? Nonne patrem cælestem existimare par est: illius
votis affuturum? Et si in medio duorum aut trium in nomine suo con-

gregatorum adest Christus: nonne potiore ratione etiam est in medio tot & tantorum patrum orthodoxorum, in nomine ipsius ad ecclesię directionem coadunatorum? Qz si in medio eorum est Christus, æterna veritas: quonã pacto ipsis obrepere poterit error aliquis fidei, in ijs quæ determinant? Et cum idem sit totius bonitatis fons & origo: nõ poterit etiam Christo directore concilij, & assistente illic congregatis, habere locum aliqua morũ obliquitas aut deuiatio: in illis quæ ibidem definierint.
¶ Huic accedit, qꝯ & spiritus sanctus ipsis generalibus cõcilijs præsidet: 3
vt pręcipuus illorum moderator ac director. Et quæ inibi definiũtur: nõ tam hominibus q̃ ipsi sancto spiritui illis assistenti ac aspiranti, sunt attribuenda. Quod ex ipsa forma determinationis concilij Hierosolymitani, ab apostolis celebrati super quęstione de obseruatione rituum legalium, liquido cõstat: in qua hoc est exordium. Visum est spiritui sancto: & nobis. Ipse autẽ spiritus domini: spiritus est veritatis & totius bonitatis. eoqꝫ præside: nullus errori fidei aut morum est locus. Concilia igitur generalia rite congregata: tam in fide q̃ moribus sunt indeuiabilia. ¶ In- 4
super, in Deuteronomio præcepit dominus: qꝯ si difficile quippiam aut ambiguum intercesserit in aliquo iudicio, ob diuersitatem sententiarum quæ inter iudices loci illius deprehenditur, protinus accedendum esse ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore ministrans domino in tabernaculo: & quærendam ab eis perplexæ illius & intricatæ causæ decisionem. Deinde subiungit. Qui (sacerdotes scilicet leuitici) indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quodcunqꝫ dixerint qui præsunt loco quẽ elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisqꝫ sententiam eorum. Ecce hic quodam modo in tabula depictam rudi quadam effigie: conciliorum generalium formam. Quippe non ad principes aut reges, aut duces exercitus, aut totam populi multitudinem: mittit dominus eos, qui in re ardua quid agendũ sit hæsitant. sed ad primores synagogæ sacerdotes leuiticos, & in primis ad summũ illius temporis sacerdotem. id vnũ tum futurum denunciãs: qꝯ illi discussa diligẽter causa, indicabunt illi hæsitabundo iudicij veritatem: & sententiam quam sequi debeat. Qz si in cõcilio sacerdotum ipsius synagogæ rite coacto: nec error nec deuiatio a rectitudine morum, ex verbis prædictis locum habuit: quanto minus habere putari debet in concilio totius ecclesiæ: super ardua aliqua materia determinãda, solẽniter cõuocato? ¶ Adde, qꝯ adhuc apertius in actibus apostolorum: nobis exprimitur generalium conciliorum typus & effigies. vbi ad sedandum murmur Græcorum aduersus Hebræos, eligendosqꝫ septem diaconos: apostoli (qui tum ecclesiæ primores erant: & summates) conuocauerunt non totam pro- 5

Actuum.15.

Deute.17.

Ibidem.

Actuum.6.

miscue multitudinẽ fidelium, sed discipulorũ: & proposuerũt eis quid facto opus foret. Ex quo deprehẽdimus: nõ ad quẽuis pertinere, qꝯ indicat & cõuocet cõciliũ: sed ad eũ qui primatũ obtinet in ecclesia dei. vtpote ad summũ põtificẽ, sine cuius cõsensu & authoritate: censent canonicæ sanctiones cõciliũ celebrari nõ debere. Cognoscimus itidem ex illo apostolorũ facto, nõ quẽlibet sine discrimine vocandum esse ad cõciliũ: sed eos qui moderationẽ aliquam gerũt ecclesiasticã, pręsuntqꝫ insigniter dominico gregi. Cæterorũ enim, vt plebis & populi, est parere decretis ec-
6 desiasticis: nõ decernere nec iubere. ¶ Sed & multo adhuc dilucidius describitur nobis generaliũ cõciliorũ forma & ritus, in eodem libro actuũ apostolorũ. vbi oborta graui cõtrouersia in ecclesia, ob quosdam dogmatistas: contendentes necessariam ad salutem esse obseruationẽ legis Mosaicæ, & præsertim circuncisionis, cum euangelica traditione. beati apostoli Paulus & Barnabas missi a fidelibus Hierosolymã, ad apostolos & seniores: retulerũt ad eos huiusce quæstionis materiam & discussionem. Apostoli vero & maiores natu ecclesiæ, cõuocato concilio: examinarũt diligenti indagine propositam illam inquisitionẽ. & ex testimonijs scripturarũ adductis, cum singuli suam dicerẽt sententiam, tandem mature definierũt: ipsis conuersis ex gentibus ad Christianismũ non esse imponendum iugum legis Mosaicæ. sed idipsum dũtaxat: qꝯ abstinerẽt a fornicatione, ab idolothytis, a suffocato, & sanguine. Et hãc suam determinationẽ, a spiritu sancto haud dubie profectam, vt & ipsi sunt professi: per eosdem apostolos Paulum & Barnabam significarunt alijs ecclesijs, per Iudæam & Syriam diffusis. Ecce nudam & apertã celebrandi generalis concilij formã, & regulam. Ex qua, succedentibus annis, cũ pax esset reddita ecclesiæ dei a debacchatione tyrannorũ & principum seculi huius in sanctos dei martyres: prodierunt celebrationes conciliorũ generaliũ, maxime necessariæ & vtiles ecclesiæ: tanq̃ riui a suo fonte, & rami a sua radice. Quorũ omniũ æqua potestas, æqua authoritas, & æqua conditio. Vt quemadmodum in illo apostolorum concilio nullus errori potuit esse locus: sic nec in alio quopiam subsequentium conciliorũ generalium. ¶ Eandem quoqꝫ sententiam comprobat Augustinus: scribens ad
7 Ianuarium, in hunc modum. Illa quæ nõ scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur: datur intelligi, vel ab ipsis apostolis, vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia: saluberrima authoritas) commendata atqꝫ statuta retineri. Vnde hæc, an ita sint facienda, disputare: insolentissimæ insaniæ est. In quibus verbis profitetur Augustinus, generalia concilia potestatem habere & authoritatẽ quippiam statuendi: quod ante constitutũ non fuerat, quemadmodum & in con-

Actuum.15.

Ibidem.

Augustinus.

Actuum.15. cilio illo apostolorum Hierosolymis celebrato: factitatum fuisse cõstat. Affirmat itidem Augustinus in supra dictis verbis: conciliorum generalium saluberrimam esse in ecclesia authoritatem. quod neutiq̃ verum esset: si possent illa a veritate fidei, aut morũ rectitudine deuiare. ¶ Accedit illi & beatus Gregorius his verbis: quæ in volumine decretorum, 8
Gregorius. decimaquinta distinctione. cap. sicut. etiam recitãtur. Sicut (inquit) sancti euangelij quatuor libros: sic quatuor cõcilia suscipere & venerari, me fateor. Nicenum scilicet: in quo peruersum Arrij dogma destruitur. Constantinopolitanum quoq; in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur. Ephesinum etiam primum: in quo Nestorij impietas iudicatur. Calcedonense vero: in quo Eutichetis & Dioscori prauitas est reprobata. Hæc, tota deuotione amplector: integerrima approbatione custodio. quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit: & cuiuslibet vitæ communis atque actionis norma consistit. hæc Gregorius. Atqui alia generalia concilia, has quatuor primarias synodos subsecuta: non minus q̃ hæ quatuor, vniuersalem repræsentant ecclesiam, & in spiritu sancto legitime congregata sunt, ad fidei orthodoxæ corroborationem, & morum directionem. Est igitur & in reliquis omnibus plenarijs concilijs: par potestas, authoritas atque robur. Quocirca quemadmodum in quatuor illis primis concilijs, nullus errori fidei aut morum patuit locus, vt neque in libris euangelicis tale quippiam continetur: ita nec in cæteris vniuersalibus concilijs, exorbitatio a fide aut rectis moribus, vnquam locum habere potest, aut obrepere. ¶ Rursus, si sustollatur conciliorum generalium authoritas: nonne omnia in 9
ecclesia dei erunt ambigua, suspensa & incerta? Nonne protinus omnes ab inferis reuocabuntur hæreses pestiferæ: iam olim per seueram conciliorum censuram damnatæ? Et quis tunc erit modus, aut quæ inuenietur via: hæreses illas contundendi? Si enim scripturis sacris contra eas struatur acies, & arma moueantur: illico aut scripturas ipsas ad suum detorquebunt sensum hæretici, suæq; positioni consentaneum, aut eas plane reijcient. Quemadmodum nostræ tempestatis noui dogmatistæ: libros sacros & canonicos suæ aduersantes prauæ assertioni, plane repudiant & aspernantur. Esset ergo tunc miseranda ecclesiæ facies: & maculis multis obsita. ¶ Denique, si concilijs ipsis sacrosanctis adimatur 10
sua authoritas: tunc si occurrat aliquod in fide dubium aut in actionibus humanis, quod totam concernat ecclesiam: nulla prorsus tum via relinqueretur determinandi illud in vnam aut alteram partem. sed quisque pro animi sui iudicio & arbitratu: declinaret in hoc vel illud. Quem
Iudicum.21. admodum in libro Iudicum legimus, quod in nonnullis Israelitico-

rum iudicum diebus non erat rex in Israel: sed vnusquisq; quod sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. Ex quo cõsequens est q̃ Christus non sufficienter prouidisset ecclesiæ sponsæ suæ per legem euangelicam: de remedijs congruentibus ad depellenda incommoda & mala, quæ possent illi ingruere. quod plane absurdum est: & impiũ dicere. Nam si de salute synagogæ adeo fuit solicitus: vt cõtestatus fuerit per prophetã de ea. Quid Esaiæ.5.
est quod debui vltra facere vineæ meæ: & non feci ei? Nonne maiori cura & prouidentia ipsi ecclesiæ sponsæ suæ dilectæ prospexit, de omnibus ad directionem illius necessarijs & vtilibus: per legem euangelicam,
11 quæ est omnium perfectissima? ¶ Ad hæc. Necesse est ipsam ecclesiam catholicam (quoniam in fide & moribus oberrare nequit: vt prius est Cap.1.
mõstratum) habere regulam aliquam certam, & determinatam, atq; infallibilem: per quam in suis dubijs circa materiam fidei & morum incidentibus, dirigi debeat, rectoq; duci tramite, ne in deuia errorum decumbat: aut in obliquum deflectatur. Nempe si nullam haberet ipsa ecclesia regulam sensibilem, & mensuram quandam tãquam amussim directricem: cum ipsa visibilis sit (vt etiam est monstratum) & sensui humano Cap.2.
peruia: facile posset ob huius regulæ defectum prolabi in errores, & pertrahi ad diuerticula prauorum dogmatum & morum. Atqui talis regula, totius ecclesiæ directiua, nõ est iudicium ipsius summi pontificis: cum ipse nequaquam in gratia dei confirmatus, & falli possit, & in errorem prolabi. & tanto minus huiusmodi regula est iudicium alterius particularis personæ: siue publicam gerat administrationẽ, siue priuatam agat vitam. cum vnaquæq; earũ: etiam sit errori obnoxia. Ob eandem quoq; causam, ea regula totius ecclesiæ directrix: nõ est concilium aliquod particulare. quoniam & illud: a recto potest deuiare, nec sufficit ad totius ecclesiæ directionem ac moderationem. Nulla igitur alia relinquitur regula sensibilis, & corporaliter præsens ecclesiæ, indigenti tali directione: q̃ vniuersale cõciliũ. Quod si admittatur (vti debet) esse metrũ quoddam sensibile, & mẽsura directiua vniuersalis ecclesiæ: necesse est, ipsum cõcilium esse in fide & moribus indeuiabile. Alias ipsam ecclesiam recte di-
12 rigere: in suis dubijs & agendis non posset. ¶ Præterea. Ecclesia vniuersalis habet spiritũ sanctum sibi præsentẽ, a quo regitur: ne in fide & moribus permittatur errare. vt in primo huius libri capite: est dictum. Ergo & vniuersale concilium maiorum prælatorum: habet eandem spiritus sancti præsentiam, defendentem ipsum ab erroris deuio. Enimuero non solũ ordine naturæ, quo minores in credendis & agendis debent illuminari ac dirigi a maioribus: sed etiam diuinis preceptis expresse datis, ecclesia in membris obligata est credere: prout multitudo maiorum

prælatorum eius docuerit esse credendum. Quocirca si propter spiri-
tuale matrimonium Christi cum ecclesia, deus semper adest ei ne errore
trahatur: consequens est, vt æquali vinculo assit deus multitudini maio-
rum prælatorum, per quam: ordinauit ecclesiam in talibus regendam.
Quæ quidem iugis assistentia: prohibet eam multitudinem prolabi in
errorem. Ea autem maiorum prælatorum multitudo in vnum coacta:
concilium generale constituit. Non potest igitur plenarium concilium:
errori esse obnoxium. ¶ At vero in ecclesia catholica minores debere a 13
maioribus doctrinam & morum directionem capessere: testatur in pri-
Iob.1. mis beatus Gregorius, exponens illud dictum libri Iob primo capite, bo-
Gregorius. ues arabant: & asinæ pascebantur iuxta eos, in hunc sensum mysticum.
q̃ minores in doctrina, debent pabulo spirituali pasci atq̃ nutriri iuxta
maiores in ecclesia, & per eorum directionem: qui arant in sacrarum li-
Titum.1. terarum inquisitione & explicatione. Beatus itidem Paulus: ad Titum
primo capite scribit. Oportet episcopum sine crimine esse (& paucis in-
teriectis) amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem ser-
monem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui cõtradicunt
Actuum.20. arguere. Insuper & actuum vicesimo cap. dicit idem. Attẽdite vobis &
vniuerso gregi: in quo vos spiritus sanctus posuit regere ecclesiam dei,
quam acquisiuit sanguine suo. In quibus verbis perhibet apostolus: præ-
latos positos a spiritu sancto, ad regendam ecclesiam. Quo fit vt quem-
admodum spiritus sanctus non deseret ecclesiam: ita nec deseret ordi-
nem totum prælatorum, congregatum ad directionem ecclesiæ. Si qui-
dem illos constituit ecclesiæ regulam: per quam in credendis & agendis
dirigatur. Hæc autẽ inerrabilis rectitudo & infallibilitas directionis, nõ
potest tribui cuilibet maiorum prælatorũ particulatim: immo nec eo-
rum maximo, vt ostensum est. Ergo illa est admittenda in tota eorum
multitudine, cõgregata in vnum locũ: quod est vniuersale conciliũ. Illud
igitur est indeuiabile. ¶ Postremũ. si cum hæreticis admittatur vniuer- 14
sale conciliũ posse in fide aut moribus errare: interrogãdi sunt, per quem
posset ipsum corrigi, atq̃ ab errore auocari. cũ de prælatis dicat Christus
Matth.5. in euangelio, q̃ sunt lux mundi, supra candelabrũ positi: vt luceãt omni-
bus qui in domo sunt, & q̃ sunt sal terræ. Ibidemq̃ subnectit. Q̃ si sal
euanuerit: in quo salietur? ac si plane dicat, nullum aliud reliquum esse: in
quo saliatur. Ex quibus verbis liquet, q̃ si tota prælatorũ multitudo de-
ficeret a rectitudine iudicij circa fidẽ aut mores: nulla prorsus relinque-
retur in terris regula infallibilis, & directiua ecclesiæ. Et ita ipsa ecclesia
destituta directione humana debita: fluctuaret, ac agitaretur procellis er-
rorũ. Enimnero admissa illa hypothesi, q̃ tota prælatorũ concio erraret:

superest inquisitio, per quam posset ea multitudo corripi ab eo errore.
Non enim id commode fieri posset: per alios superiores prælatos. cum
nulli tales dari queant: iuxta positum. Neq̃ per particulares inferiores
prælatos. cum idipsum sit contra totum naturæ ordinem: q̃ superiora
ab inferioribus dirigantur. Adest igitur vniuersali cõcilio indeuiabilitas.
Sed nunc ad diluendas aduersariorum obiectiones: progrediamur.
1 ¶ Primum obijciunt aduersarij: eos qui concilio generali intersunt ec- Obiectiones aduersariorũ
clesiæ proceres & præsides, homines esse. Omnis autem homo, mendax: Psal.115.
vt ait scriptura. Possunt igitur & ipsi falli: & deuio trahi errore. ¶ Re-
sponsio. Omnis homo suæ relictus naturæ, & diuino destitutus præ-
sidio, atque ex se: mendax est, & falli potest. Dei vero spiritu illustra-
tus, adiutus & directus: verax est, quia per spiritum veritatis loquitur &
agit sua opera. quinimmo spiritus veritatis in eo loquitur: ipsoq̃ vt or-
gano suo vtitur. Patres autem orthodoxi in cõcilio legitime congrega-
to, non humana excogitatione aut adinuentione sed spiritus sancti sug-
gestione definiunt: quæ toti ecclesiæ vtilia & salutaria sunt pro fidei elu-
cidatione, aut morum correctione. Non enim illic: hominum, sed dei le-
gatione funguntur. Idcirco nõ potest in eorum definitionibus: error ha-
bere locum. Et vt refellatur hæc eorum argutia: nonne Esaias & cæteri
prophetæ, homines fuerunt? nonne apostoli & sancti euangelistæ, etiam
fuerunt homines? Quis tamen ipsos in scribendis diuinis oraculis, euan-
gelijs, aut epistolis apostolicis: errasse dixerit? quoniam non a suo, sed
diuino spiritu: ad scribendum sacros libros impellebantur ac dirigeban-
tur. Hinc in sacris eorũ libris: irrefragabilis & omnimoda inuenitur cõ-
2 scripta veritas. ¶ Secundo obiectant, concilium Carthaginense octo- Cyprianus.
ginta episcoporum (quod sub sancto martyre & episcopo Cypriano
celebratum est: definiuitq̃ rebaptizandos esse hæreticos, necnon & eos
qui ab hæreticis baptisma susceperunt) errasse in ea sua determinatione:
quam & tota improbauit ecclesia: & orthodoxi patres, præsertim Au-
gustinus. Cur igitur & alia concilia: aberrare consimili ratione non po-
terunt? ¶ Responsio. Concilium illud Carthaginense, cuius meminit
præsens obiectio, non fuit vniuersale: sed particulare tantum & prouin-
ciale, quemadmodum ostendit beatus Augustinus contra Donatistas.
Particularia autem concilia, errare possunt in plerisq̃: & reformantur
deinde ac corriguntur per generalia. Vnde beatus Augustinus libro Augustinus
secundo contra Donatistas: ait. Et ipsa concilia quæ per singulas regio-
nes vel prouincias fiunt: plenariorum conciliorũ authoritati, quæ fiunt
ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere: cum experi-
mento rerum aperitur. hæc ille. Ex his autem, nequaquam confici po-

teſt:vniuerſalia concilia poſſe errare. ¶Tertio inſtant. Ariminenſe cõ- 3
cilium(quod vniuerſale fuit & ſexcentorum epiſcoporum) errauit grauiter,conſubſtantialitatem filij dei cum patre,in concilio Niceno approbatam,damnans:& Arrij blaſphemiam approbans. Errauit & conſtantinopolitanum illud concilium:quod ſub Cõſtantino imperatore Leonis tertij imperatoris filio, conuocatum fuit, & a ſuo authore Conſtantinianum eſt appellatum. Nempe in eo definitum fuit: imagines ſacras ſanctorũ templis abradendas eſſe,penituſq; tollendas. quæ definitio: erronea eſt & execrabilis,plenaq; impietatis. Conſimili itaq; modo,& alia concilia quantũuis generalia:errare poterunt. ¶Reſponſio. Ariminenſe concilium,reuera nomine concilij indignum eſt:& conciliabulum potius hæreticorum debet appellari. Neq; enim legitime congregatũ fuit: ſed inuito Liberio papa, hæreticorum opera coactum eſt, in eneruationem concilij Niceni:per Taurum præfectũ, iuſſu imperatoris Conſtantij,omnem ſuam operam ad id nauantis. Vbi occidentales epiſcopi: aſtu & verſutia orientalium circunuenti ſunt. vt narrat hiſtoria eccleſiaſtica: libri decimi,capite viceſimo primo. Sed poſtea dolum intelligẽtes:retractarunt,quæ Arimini a ſe fuerant concluſa. Hinc Gelaſius papa merito eandem ſynodum Ariminenſem damnat:in cap. ſancta Romana,decimaquinta diſtinctione, his verbis. In primis Ariminenſem ſynodum, a Conſtantio Cæſare, Conſtantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto:ex tunc & in æternum confitemur eſſe damnatam. Conſimiliter Conſtantinianum concilium,ab imperatore Cõſtantino,repugnante ſummo pontifice Gregorio tertio conuocatum : non vere concilium fuit,nec ita nuncupari debet : ſed prauorum conciliabulum . Et idcirco paulo poſt in ſecundo Niceno concilio (quæ ſeptima fuit ſynodus) ſub Hirene imperatrice, merito damnatum eſt: & ſacrarum imaginũ vſus atq; veneratio:totius eccleſiæ conſenſu tunc rurſum approbata. ¶Quar 4
to inſurgunt . Concilia generalia,totius eccleſiæ approbatione ſuſcepta: interdum varia determinarunt, & plærunq; inter ſe oppoſita, potiſſimum in rebus agendis. vt quod vnum eorum,approbauerit agendum: ſubſequens improbauerit. Vnde conſequens eſt:aut vnum eorum aut alterum erraſſe in definitione morũ. ¶Reſponſio. Pro qualitate & conditione tẽporum & perſonarum:operępreciũ fuit interdum diuerſa in eccleſiæ regimine diuerſis conſtitui tẽporibus,potiſſimũ in ijs quæ ad agenda ſpectãt. Nam quod vno tempore fuit vtile & congruens:alio tẽpore nõ cõuenit,ſed vel abrogandũ fuit,aut in aliud melius cõmutãdũ. Hinc recte dicit Innocentius tertius,in quarto libro epiſtolarũ decretaliũ:titulo de cõſanguinitate & affinitate. cap. non debet. hãc pręclarã ſentẽtiam.

Gelaſius papa.

Non debet reprehenſibile iudicari: ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoq; varientur humana. præſertim cum vrgens neceſſitas: aut euidens vtilitas id expoſcit. Quoniã ipſe deus ex ijs quæ in veteri teſtamẽto ſtatuerat: nõnulla mutauit in nouo. Hinc & Auguſtinus dicit: priora concilia plenaria,poſterioribus emendari, quod in ijs quæ ad ſta- 5
tuta morum ſpectant:ſolum debet accipi. ¶Quinto ſic inſiſtũt. Omnes apoſtoli:in paſſione domini & triduo mortis eius defecerunt a fide, ſecundum illam Chriſti prædictionẽ. Omnes vos ſcandalum patiemini in me: in iſta nocte. In ipſis autem:repræſentabatur totus epiſcoporum ſtatus, cum ipſis apoſtolis ſuccedant in adminiſtratione & regimine eccleſię,epiſcopi:maioreſq; prælati. vt teſtatur Anacletus:& adducitur eius ſententia,diſtinctione viceſima prima. cap. in nouo teſtamẽto. Ergo & nunc tota epiſcoporũ multitudo:poſſet in fide oberrare. Quare & concilium vniuerſale:ex maioribus prælatis præſertim cõſtans. ¶Reſponſio. Error ille apoſtolorum,perſonalis ſolum erat & ſingularis: non autem ex officio,definiendo quippiam,ad fidem aut mores pertinens : aut deliberando de ijs quæ ad eccleſiæ pertinẽt directionem. Hic autem ſermo fit de errore:qui committeretur determinando aliquid in communi congregatione,ad eccleſiæ regimen attinens:aut de illo cõſultando. Adde q; licet apoſtoli tẽpore paſſionis Chriſti, promiſſionem prius factã habuerint de poteſtate ſuper eccleſiã dirigendam habenda:per ea verba, Matthæi decimo octauo capite deſcripta. Quæcunq; alligaueritis ſuper terram:alligata erunt & in cælo. & quæcunq; ſolueritis ſuper terram:ſoluta erunt & in cælo, & in pleriſq; alijs euangelij locis . Nondum tamen tempore paſſionis dominicæ habuerunt vſum atque executionem plenariam & liberam illius poteſtatis. Sed primum poſt ſuſceptionem ſpiritus ſancti in die pentecoſtes:vſus ille adminiſtratorius & executio acceptæ poteſtatis,fieri incœpta eſt:cum haud multo poſt legatur beatus Iacobus:ab apoſtolis fuiſſe cõſtitutus Hieroſolymorum epiſcopus . Qui autem in concilio coguntur & adunantur epiſcopi:non modo poteſtatem & conſecrationem habent epiſcopalem , ſed & plenum illius vſum & executionem, quam etiam ante illud concilium exercuerint . Deniq; ipſi apoſtoli tẽpore illo dominicæ paſſionis necdum erant delibuti oleo illo ſpirituali: quod in ipſos abunde eſt effuſum in die ſancto pentecoſtes,quando conſecrati ſunt diuinorum chariſmatum exuberanti ſuſceptione:& in bono cõfirmati,indutiq; virtute ex alto. Maiores vero prę-lati:in conſecratione ſui ante facta,acceperunt affluentem diuinæ gratiæ copiam : qua redderentur idonei ad rectam officij pontificalis functionem. Quocirca perperam ſumitur argumentum,ex ea apoſtolorũ pro-

Innocentius tertius.

Auguſtinus.

Matth. 26.

Matth. 18.

lapsione in passione domini: ad conuincendam totius ordinis maiorum prælatorum deuiabilitatem. ¶Sexto. hunc mouēt cauillum aduersarij. Voluntate humana coniungitur, congregaturq; vniuersale concilium: & postea dissoluitur. Humana autem voluntas non confirmata in gratia: defectui & errori est obnoxia. Igitur & vniuersale concilium: deficere potest a rectitudine veritatis. Sequitur enim plerumq; effectus: naturam & conditionem suæ causæ. vt qualis sit causa: talem & perspiciamus effectum. ¶Responsio. Admisso vtroq; assumpto, quod scilicet & primo & secundo hic proponitur loco: negandū est quod colligitur, nam inualida est & infirma huius ratiocinationis consecutio. Nempe infallibilitas vniuersalis concilij, nō innititur voluntati cogētis ipsum aut confirmantis: vt summi pontificis, aut multitudinis maiorum prælatorū. sed pacto & assistentiæ diuinæ, atq; præsentiæ spiritus sancti, & promissioni ipsius Christi: qui fidelis est, & seipsum negare non potest. Et
2.Timo.2. idcirco non sinet vnquam Christus concilium plenarium deuiare, sicut nec ecclesiam catholicam. quam ipsum vniuersale concilium eminenter continet & sufficienter repræsentat: immo dirigit & deducit. Quemadmodum consecratio sanctæ eucharistiæ in missæ officio: fit quidem humana voluntate. & tamen ipsa consecratio sacrorum mysteriorum, non innititur solummodo voluntati consecrantis: sed ea voluntate supposita (vt quæ sit ad eum effectum necessaria) innititur potissimum pacto & assistentiæ diuinæ, virtutiq; omnifficaci ipsius Christi. ¶Septimo, 7
hac nos vrgent ratione. Illæ personæ quæ sunt in concilio generali assistentes: si essent disgregatæ, possent errare. Ergo etiam coniunctæ & in vnum coadunatæ locum: poterunt oberrare. Non enim habet ea maiorum prælatorum in vnum locum collectio, maiorem virtutem: q̄ si singuli in suis cōsisterent ecclesijs. Ex quo protinus cōsequēs est: & ipsum vniuersale concilium esse deuiabile. ¶Responsio. Admisso rursum eo quod assumitur: abnegandum est quod colligitur, propter inualidam & minus rectam illationē. Quippe ipsi prælati maiores coniuncti in concilio, habēt omnium (quanuis fortasse abessent aliqui) authoritatem: & repræsentationem totius ecclesię. Habent etiam ipsi sic collecti assistentiam spiritus sancti, præsidentis ipsi concilio: quam sic non habent separati, & ad illum effectum, scilicet directionē ecclesiæ. Proinde Christus
Matth.18. dicit in euangelio. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: illc sum in medio eorum. Et hæc assistētia Christi & spiritus sancti, nō pendet ex prælatorum sic collectorum sanctitate, scientia aut multitudine: sed solum ex pacto & promissione Christi cum ecclesia sponsa sua, & eius regula directrice: scilicet vniuersali concilio.

¶Ad ecclesiæ determinationē spectare, qui libri sacræ scripturę sunt canonici: & quis illius sensus sit catholicus, & quis non. Cap. IIII.

Voniam hæreticorū mos est antiquus, & nostra etiā tempestate experientia cognitus: eos sacræ scripturæ libros reijcere tanq̄ apocryphos, qui pestiferę suæ sectæ palam aduersantur. quemadmodum Manichei olim vetus repudiarunt testamentū: & Iudæi increduli, nouum. Et nostra quoq; ætate Lutherani epistolam canonicam beati Iacobi apostoli respuunt: quoniam ipsa aperte testatur fidem sine operibus ociosam & mortuam esse, contra eorū pla- Iaco.2.
citum. De extrema etiam vnctione (quam illi subsannant) ægrotis exhi- Iaco.5.
benda: manifestum profert testimoniū, salutareq; præstat documentum. Sic & secundum librum Machabeorum extra calculum librorum canonicorum seponunt Lutherani, & inter apocryphos detrudunt, q̄ plane commendet suffragia viuentium defunctis prodesse, ipsisq; impendi de- 2.Macha.12.
bere. Insuper huic impudenti temeritati & alteram superaddunt hæreticī: q̄ sacræ scripturæ testimonia, oracula, & eloquia: ad suam detorquent libidinem, & in eum deflectunt sensum qui suæ hæresi sit cōsentaneus. quo videatur ipsa sacra scriptura (quæ est magistra veritatis) eorū consentire placitis, & comprobare peruersa ipsorū dogmata, perniciosumq; errorem. Idcirco ad obuiādum huic gemino incommodo: hæc impræsentiarum proponitur veritas, firmiter tenenda.

Ad ecclesiam spectat determinare, qui libri sacræ scripturæ sint canonici: & qui non. quis item scripturæ sensus sit catholicus: & quis non.

1 ¶Cuius prior pars sic ostēditur. Quoniam in omni professione literaria certi sunt authorū libri: conducentes ad illius professionis studium. & ad summos illius professionis principes ac magistros pertinet decernere: quinam libri sunt vtiles & necessarij, ad illius litterariæ professionis studiosos ac alumnos. Sic enim in grammatica, philosophiæ studio, mathematicis disciplinis, medicina, & iure tam pontificio q̄ ciuili: habētur certi quidam ac determinati libri, qui sunt audiendi ac legendi ad illarum facultatum consequēdam professionem. Et qui in singulis earum facultatum literariarum, obtinent principatum summamq; authoritatem: habent pro suo decernere officio, quinam libri in quaq; facultate sunt probati, & a discipulis artium earū studiosis audiendi ac legendi. Haud aliter fideles ipsi & orthodoxam profitētes fidem: libros habent sacros suæ professioni mirifice congruentes, non humano quidem ingenio compositos: sed spiritu sancto dictante conscriptos, & a deo communicatos, ad hauriendam ex illis salutarem fidei & morū doctrinam. Et hi libri sunt,

quos vetus & noua ſcripturę ſacræ pagina cõplectitur: in quibus eſt lex vitæ & teſtamentum altiſſimi. Neceſſarium eſt igitur & expediens, id ipſum quod inter fideles ſupremam obtinet authoritatem: definire, quinam libri ſunt canonici, & in album ſacrorum librorum atq; ad diuinæ ſcripturæ corpus pertinentium, referendi: & qui ab illo canonicorum librorum catalogo ſunt ſequeſtrandi. Inter fideles autem incolatum præſentis vitæ agentes, eminentiſſimam authoritatẽ habet eccleſia: quæ omnium fidelium eſt mater ſancta & ſpiritualis, ſuorumq; filiorum curam agit vigilãtiſſimam. Ad ipſam igitur ſpectat determinare: quinam libri ſunt canonici, & qui non. ¶ Inſuper, in rebus dubijs, perplexis, ſuſpenſis, 2
& ambiguis: operæprecium eſt recurrere ad certam quandam regulam & infallibilem, ſiqua talis inueniri poteſt: quę hanc ambiguitatem, incertitudinem & animorum fluctuationem tollat. Atqui de libris nõnullis ſacræ ſcripturæ interdum oboritur inter contendentes controuerſia & quæſtio, ſententiarũq; diuerſitas immo cõtrarietas: canonici ſint, necne. Enimuero catholici innitentes authoritati beati Auguſtini & aliorũ orthodoxorum patrũ: cenſent ſecũdum librũ Machabæorũ eſſe canonicũ, & inter canonicos ſacrę ſcripturæ libros habendũ atq; reponẽdum. Hæretici vero noſtri temporis: eundem negant eſſe canonicũ, & inter apocryphos connumerant. Ad hanc igitur & conſimilem de alijs libris dirimendã litem: opus eſt recurrere ad cenſurã alicuius, quod indeuiabile habet iudicium: & a recto deflecti nõ poteſt. Huiuſmodi autem: eſt eccleſia ſancta. quæ ſecundum primi capitis veritatem: in ſuis definitionibus & determinationibus ad fidem & mores ſpectãtibus, haudquaq̃ deuiare & aberrare poteſt a rectitudine. Ad ipſius igitur eccleſiæ cenſurã: ſpectat huiuſmodi determinatio. ¶ Præterea, circa tempora primitiuæ ec- 3
cleſiæ, & proxime ſuccedentia: de nonnullis libris ſacræ ſcripturæ verſabatur inter viros ſummæ eruditionis, & inſignis ſanctimonię dubitatio: an eſſent inter canonicos habẽdi, necne. vt de libro Tobiæ, Sapiẽtiæ, Eccleſiaſtici, Iudith, & ſecundo Machabęorũ. Poſtea vero ſucceſſerunt diuerſa ſacra cõcilia, ab eccleſia recepta: in quibus recepti ſunt libri illi tanq̃ canonici, & inter canonicos ab eccleſia catholica habendi. Et deinceps ab omnibus eccleſiæ filijs, pie in matrem ſuã affectis: tales ſunt habiti. Quẽ-
Hieronymus admodũ liber Iudith: tanq̃ canonicus a cõcilio Niceno (vt teſtis eſt Hieronymus) receptus eſt. Quod autem a plenario fit concilio: a tota eccleſia factum cenſeri debet, & haberi. Cognoſcitur igitur prius eccleſia, aut eius loco generale conciliũ: determinaſſe de libris ſacrę ſcripturę (de quibus inter viros eruditos verſabatur quæſtio & ambiguitas) q̃ eſſent canonici. At non eſt ipſa eccleſia nũc minoris authoritatis: q̃ tunc fuerit. cũ

ſemper ſit cæleſtis ſponſi dilecta ſponſa: & a ſpiritu ſancto aſſidue illi aſſiſtẽte dirigatur in ſuis definitionibus. Igitur & nũc & quouis alio tempore, ſi emergat noua difficultas ob hæreticorum importunitates, an aliquis liber aſcriptus catalogo librorum ſacræ ſcripturæ, ſit canonicus (vt exempli gratia: epiſtola beati Iacobi apoſtoli, aut ſancti Iudę apoſtoli) ad ipſam eccleſiam ſpectat determinare, aut iam olim determinatum fuiſſe oſtendere: qui libri ſacræ ſcripturæ ſunt canonici, & qui extra canonicorum ſunt calculum. Poſt cuius determinationem, nemini licet de illo libro dubitare aut etiã diſputare: an ſit canonicus, necne. quoniam illi eccleſiæ definitioni: ſine vlla vlterius diſputatione firmiter eſt ſtandum.

4 ¶ Adde q̃ beatus Auguſtinus in libro contra fundamentum Manichei cap. quinto ait. Ego vero euangelio non crederem: niſi me eccleſiæ catholicæ commoueret authoritas. Quibus verbis, totam cauſam credendi aut nõ credendi aliquibus libris tanq̃ ſacris: reponit inibi Auguſtinus in approbatione aut reprobatione eccleſiæ. vt conteſtetur ſe non credere velle euangelio, q̃ ſcilicet euangelium ſit, & vt tale recipiendum: niſi intercederet authoritas eccleſiæ, perhibentis id eſſe euangelium: & tanq̃ euangeliũ, a fidelibus eſſe amplectendum. Eſt igitur penes eccleſiam authoritas determinandi: qui libri ſint canonici, & in quo gradu recipiendi ſunt. an ſcilicet vt euãgelia, vel epiſtolæ apoſtolicę: aut ſub alio titulo. Et ad ipſam ſpectat huiuſmodi definitio: atq; ſacrorum librorum appro- Auguſtinus
5 batio. ¶ Ad hæc. Authoritas quam habent euãgelia apud nos: eſt ab eccleſia approbante ea, & tradente ipſa legenda vt euangelia. Et eadem eſt ratio de quolibet alio libro ſacræ ſcripuræ: quare ſit canonicus, ſicut de euangelijs, & quare inter libros ſacros & canonicos reponatur. quia videlicet eccleſia determinauit & definiuit: illum librum vt canonicũ eſſe recipiendum, & inter ſacros numerandum. Id igitur ſufficiens eſt & efficax argumentũ a ſigno & effectu, q̃ penes eccleſiam conſiſtat idipſum definiendi poteſtas: quodq; ad eam potiſſimũ ſpectat determinare, quinam libri ſunt canonici. Enimuero anteq̃ euangelia ſancta erant cõſcripta, & reliqui nouæ paginæ ſacrę libri: iam erat eccleſia a Chriſto fundata, vt omnibus liquido conſtat. Non igitur eccleſia ab euangelijs ſcriptis pendebat: ſed e diuerſo illa ab eccleſia, quãtum ad approbationem, & vt ab omnibus tanq̃ ſacra & canonica reciperentur. Conſequens eſt igitur:
6 illam determinationem, ad eccleſiã ſpectare. ¶ Rurſus. Ratio proxima atq; primaria, quare euãgelia fuerũt recepta ab vniuerſali eccleſia, totum diſperſa per orbem: eſt, quia eccleſia catholica in concilio vnita, illa approbauit atq; recipienda definiuit. Siquidem plura fuerũt euangelia ſcripta, q̃ hæc quatuor quæ ſunt in vſu eccleſiaſtico: vt aperte liquet ex pro-

logo ſancti Lucæ in ſuum euangelium. Et nõ eſt alia ratio præter eccle-
ſiæ approbationem: quare apud nos hæc quatuor, ſolum habent autho-
ritatem, & non alia euangelia: immo alia omnia per eccleſiæ ſententiam
ſunt & habẽtur vt apocrypha, & nõ canonica. Ipſius igitur eccleſię pro-
prium eſt munus: definire quinam libri ſunt ſacri & canonici. cuius de-
finitioni: ſine aliqua hæſitatione eſt ſtandum. ¶ Deinceps. Nullus via 7
humana & communi primo credit, ſine prædicante: ſecũdum illud ver-
Roma.10. bum apoſtoli ad Romanos decimo cap. Quomodo audient: ſine præ-
dicante? & iuxta verbum eunuchi ad Philippum: actuum octauo capite
Actuum.8. poſitum. Quomodo poſſum intelligere: niſi aliquis oſtẽderit mihi? Ex
authoritate itaq; prædicantis, pendet authoritas euangelij prædicati: re-
ſpectu illius cui prædicatur atq; annunciatur. Atqui eccleſia ſancta eſt,
quæ omnibus filijs ſuis euangelium prædicat: annunciatq; verba vitæ &
ſalutis in eo cõtenta, per ſuos miniſtros & pręcones. ſecundũ illud Chri-
Marci.16. ſti verbum: apud Marcum capite vltimo. Prædicate euangelium omni
creaturæ. Et hanc prędicationem dominus miraculis cõfirmauit in no-
uella eccleſię plantatione: iuxta illud Marci dictũ eodem in loco, de diſci
Ibidem. pulis Chriſti. Illi vero profecti prędicauerunt vbiq; domino cooperan-
te, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vnde & Paulus ſuam
1.Corin.2. prædicationẽ factam Corinthijs fuiſſe ſcribit: non in perſuaſibilibus hu
manæ ſapientiæ verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. Eſt igitur
id eccleſiæ officium: q̃ diſcernat verum euangeliũ ab apocrypho, deter-
minetq; quid pro vero euangelio tenendum ſit & prædicãdum: & quid
nõ. Ne prætermiſſa huiuſmodi diſcretione & diſtinctione: ſeminetur a
prędicãtibus pro tritico loliũ, & pro bono ſemine zizania. Quocirca ad
ipſam præſertim eccleſiã ſpectat huiuſmodi determinatio: qui libri ſint
vere euangelici, & conſequenter qui libri canonici. ¶ Poſtremũ. In di- 8
rectione vitæ & credẽdorum: Chriſtus nos obſtrinxit ad ſtandum ſen-
tentiæ & definitioni ipſius eccleſiæ, atq; directioni eiuſdem. ſecundũ il-
Matth.18. lud eiuſdem verbum: apud Matthæũ. Si eccleſiam non audierit: ſit tibi
ſicut ethnicus & publicanus. Ergo ratio proxima, & primum occurrens
ac obuia: propter quam debemus moueri, ad tenendum ſcripturam vti
canonicam & ſacram: ea ipſa eſt, quia vt talis traditur ab eccleſia & ap-
probatur. Ad ipſam igitur eccleſiã pertinet in primis determinatio: qui
libri ſunt canonici ac ſacri. vt per exactam huiuſmodi determinatio-
nem: ſit illorum certior approbatio, diriganturque ſyncærius fideles in
ſacrorum librorum receptionem & ſalutarem lectionem.
¶ Secunda vero propoſitæ in hoc capite veritatis pars: ad eccleſiam ſcili- 1
cet catholicam ſpectare determinationẽ, quis ſcripturæ ſenſus ſit catho-

licus, & quis nõ: hoc modo comprobatur. Quoniam ſi de aliqua propo-
ſitione ſacræ ſcripturæ verſatur dubium, in quo ſenſu debeat accipi: di-
uerſis diuerſa ſentientibus, nunq̃ illa controuerſia finem accipiet: niſi in-
terueniat iudicium irrefragabile cuiuſpiam, quod nulla poterit iuſta ra-
tione declinari. Tale autẽ iudiciũ nunq̃ habebitur: niſi quis ad eccleſiam Cap.1.
recurrerit, quæ a ſpiritu ſancto directa, in ſuis actionibus fidẽ & mores
concernẽtibus falli non ſinetur. Ad quẽcũq; enim hominem particula-
rem confugietur, pro aſſignando propoſitionis alicuius datæ ſenſu ca-
tholico: protinus cauſabitur aduerſarius, illum: hominẽ vnum & ſingu-
larem eſſe, & proinde eundem in ſuo iudicio falli poſſe, neq; omnino cæ-
teros ſtare oportere ipſius ſententię. Quod plane de eccleſiæ totius iudi-
cio non poterit iuſte obiectare: niſi ſit proteruus & eccleſię cõtemptor.
Ad ipſam igitur eccleſiam ſpectat ea determinatio: quis ſenſus ſcriptu-
ræ catholicus ſit, & quis nõ. ¶ Præterea ſi in cõtentione literaria catho- 2
licus vnum afferat adductæ propoſitionis ex ſacris literis (vt exẽpli gra-
tia: huius, pater maior me eſt. aut huius: hoc eſt corpus meũ) ſenſum: re- Ioan.14.
ctum, & verum, atq; amplectendũ. protinus hæreticus, vt Arrianus aut Matth.26.
Berengarianus: illum repudiabit, & detorquebit datam propoſitionem
ad ſenſum veritati oppoſitum, quo ſuas poſſit tutari partes. quoniam id
ipſum ſummopere affectat: & nequaq̃ veritatis agnitionem. Nullus au-
tem huius cõtrouerſiæ contentioſę habebitur finis: niſi confugiũ habea-
tur ad eum iudicem, qui ſuper hiſce rebus fidem & mores tangentibus,
ſupremã habet authoritatem: & cuius iudicio nullus reclamare iure poſ-
ſit. Talis autem iudex: eſt eccleſia ſancta, quæ in ſua ſententia exorbitare
non poteſt: q̃ ductore ſpiritu ſancto ſemper regatur. Ipſius igitur eſt: aſ
ſignare ſenſum catholicum propoſitionum ſacræ ſcripturæ. quẽadmo-
dum & olim determinauit: priorem datarũ pro exemplo propoſitionũ,
eſſe intelligendam ſecundũ Chriſti humanitatem. poſteriorem vero: de
continẽtia veri corporis Chriſti ſub ſpecie panis, in euchariſtia. ¶ Inſu- 3
per beatus Petrus circa finem ſuæ ſecundæ epiſtolæ canonicæ: de ſancto 2.Petri.3.
Paulo apoſtolo & eius ſacris epiſtolis loquens, ait. Sicut & chariſſimus
frater noſter Paulus, ſecundũ datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis: ſicut
& in omnibus epiſtolis, loquens in eis, de his. In quibus ſunt quædã diſ-
ficilia intellectu: quæ indocti & inſtabiles deprauãt, ſicut & cæteras ſcri-
pturas, ad ſuam ipſorum perditionem. In quibus verbis ſanctus Petrus
peſſimam vnam hæreticorum conſuetudinem expreſſit: ab omnibus &
ſingulis eorum obſeruari ſolitam, ſcilicet deprauãdi ſacram ſcripturam,
& ad ſua placita detorquẽdi. Nulli enim ferme inueniũtur hæretici, qui
ſuam hæreſim munire non ſint conati per ſacræ ſcripturæ teſtimonia:

ſed perperam intellecta, & pro eorum nutu atq; arbitrio cõtorta. Vnde
Augustinus. authore Auguſtino, Arrius duos & quadraginta locos ex ſacris literis
olim adduxit: in ſuæ perditiſſimæ ſectæ corroborationem. quorum ne
vnus quidem: ſecundum rectum & verũ ſenſum ab eo eſt adductus. Et
hoc temporis curriculo: Lutherani ſemper ſcripturã habent in ore, ean-
dem in promptu ſemper proferunt: euãgelium & epiſtolas Paulinas aſ-
ſidue ſpirant & eructant, a quorũ tamen recto ſenſu tantũ diſtant: quã-
tum terra a cælo. Contra hunc itaq; improbum hæreticorũ morem, va-
lidiſſima debet opponi arx & munitio: quę hæc ipſorum molimina in-
Canti. 4. fringat. erigẽdaq; eſt turris fortitudinis, turris ſcilicet Dauid, quæ ædifi-
cata eſt cũ propugnaculis: ex qua mille pendent clypei, omnis armatura
fortium. Huiuſmodi autem turris: nequaq̃ eſſe poteſt, vnius & ſingu-
laris hominis authoritas. Quoniam quantũuis recte & pie aſſignauerit
ſacræ ſcripturæ ſenſum, obiectabit hęreticus, illum: hominẽ eſſe, & pro-
inde errori obnoxiũ, falliq; poſſe. Quare tãdem recurrendũ eſt ad ipſam
totius eccleſiæ ſententiam: cuius irrefragabilis eſt authoritas. & ſtandum
illi propoſitionis datæ ſenſui: quem aſſignauerit ipſa eccleſia. Q̃ ſi nec
Matth. 18. illũ recipere velit aduerſarius: habendus eſt tanq̃ ethnicus & publicanus.
neq; cum eo amplius ſubeunda eſt concertatio literaria: a catholicis.

¶ Verum inſurgunt contra propoſitam in hoc capite veritatem: mul-
tifariam aduerſarij. Et primũ quidem obiectant: ſecũdum librum Ma-
chabæorum, ex eccleſiæ iudicio atq; cenſura, canonicũ haberi. Multis ta-
men viris eruditiſſimis & grauiſſimæ authoritatis ſecus videri: eundem
ſcilicet e numero librorum canonicorum eſſe ſuſtollendum. Non igitur
(inquiunt) ad eccleſiam ſpectat huiuſmodi determinatio: aut nõ in om-
nibus ſtandum eſt ipſius eccleſiæ definitioni. Et conſimilem nectũt ra-
tiocinationem de libro Tobiæ & Iudith: necnon de libro Sapientiæ &
Eccleſiaſtici. ¶ Reſponſio. Viris eruditis, & pie ac religioſe in eccleſiam
ſanctam affectis: non aliud nunc eſt iudiciũ de prædictis quinq; libris, q̃
ipſi eccleſiæ. Sed hæreticis ſubuertere toto conamine eccleſiam molien-
tibus, & quantũcunq; poſſunt illi obluctantibus: alia (fateor) & aduerſa
de prędictis libris eſt ſententia. Nẽpe orthodoxi patres & catholici, ma
xime & potiſſimum poſt determinationem eccleſiæ: cũ eccleſia ſentiũt,
ſupra dictos libros nõ haberi quidem apud Iudęos inter canonicos: neq;
eoſdem eſſe de canone Hebræorum. Apud eccleſiam vero & Chriſtia-
nos, euangelicæ legis profeſſores, eoſdem libros vt canonicos haberi: &
inter canonicos ſacræ ſcripturæ libros cõnumerari. Inepta autem peni-
tus eſt, & inualida: hæc conſecutio. Prædicti libri nõ habentur apud Iu
dæos canonici: ergo & apud Chriſtianos haberi debent extra canonico

rum librorũ album & calculũ. Nempe eccleſia ipſa nõ ſubijcitur ſyna-
gogæ, vt ancilla dominæ: ſed dominatur eidem tanq̃ domina ancillæ, &
haud ſecus eã dignitate ſupereminet: atq; veritas figuram, & clariſſima
lux vmbram. Proinde non obſtringitur eccleſia, Hebræorũ libros ſupra
nominatos, eo habere loco & gradu: quo habent eos Hebræi. ſed autho-
ritate ſua a deo accepta: poteſt eos libros in ſuperiore collocare loco, al-
tioreq; gradu, q̃ ſortiti ſint apud Iudęos. cum ea in re: nullo modo pen-
deat eccleſia: ab ipſa ſynagoga. quod & fecit. ¶ Cæterum ne gratis id di-
xiſſe videamur: prædictos ſcilicet quinq; libros, ab eccleſia haberi vt ca-
nonicos: ſacrorũ, receptiſſimæq; authoritatis doctorũ, ad idipſum com-
probandũ: vtamur teſtimonio. Et in primis de libris Machabæorũ ha-
betur hæc ſentẽtia in eiuſdem voluminis prologo. Machabæorum libri
licet non habeantur in canone Hebræorum: tamẽ ab eccleſia inter diui-
norum voluminũ annotantur hiſtorias. In quo orationis contextu, non
minus ſecundum Machabęorum librũ q̃ primum, author illius prologi
complectitur: deſignans vtrũq; eorum ab eccleſia inter canonicos libros
annumerari. Conſonat eidem & beatus Auguſtinus in decimooctauo
libro de ciuitate dei, capite triceſimo quarto: ita de ijſdem Machabæorũ
libris loquens. Ab hoc tempore, apud Iudæos reſtituto templo, non re- Augustinus
ges ſed principes fuerunt: vſq; ad Ariſtobolum. Quorũ ſupputatio tem
porum, nõ in ſcripturis ſanctis quæ canonicæ appellantur: ſed in alijs in-
uenitur. In quibus ſunt & Machabæorum libri: quos non Iudæi ſed ec-
cleſia pro canonicis habet, propter quorũdam martyrum paſſiones, ve-
hementes atq; mirabiles. Qui anteq̃ Chriſtus veniſſet in carnem: vſq; ad
mortem pro dei lege certauerũt, & mala grauiſſima atq; horribilia per-
tulerunt. hæc ibi. Illorum autem martyrum paſſiones, de quibus loqui-
tur ibidem Auguſtinus: deſcribuntur in ſecundo libro Machabæorum,
& potiſſimum in ſeptimo illius libri capite. Vbi ſeptem fratrum Ma- 2. Mach. 7.
chabæorum, cum inclyta & æterno præconio digna eorũ matre: deſcri-
buntur glorioſa certamina, contra impium Antiochum pro lege ſuſce-
pta, & precioſa in conſpectu domini illorũ mors. Ex quo conſectarium
eſt: beatum Auguſtinum in ſupra dictis verbis plane ſentire, ſecundum
etiam Machabæorum librũ: apud eccleſiam inter canonicos haberi atq;
recenſeri. ¶ De libro vero Tobiæ: ita ſcribit Hieronymus in prologo
illius ſacrę hiſtoriæ. Quem (Tobię ſcilicet librum) Hebręi de catalogo Hieronymus
diuinarum ſcripturarum ſecantes: ijs quæ agiographa memorant, man-
ciparunt. Et paulo poſt ſubnectit. Arguũt & nos Hebręorum ſtudia,
& imputant nobis: contra ſuum canonem, latinis auribus iſta tranſferre.
In quibus verbis nemo (niſi penitus ſtupidæ mentis) nõ intelligit: ipſum

beatũ patrem ſubinſinuare, eundem librũ eſſe de canone eccleſiæ. Alioqui laborem non ſuſcepiſſet: eundem vt ſacrũ librum traducendi. ¶ At vero de libro Iudith: ita ſcribit Hieronymus in prefatione eiuſdem operis. Apud Hebreos, liber Iudith inter agiographa legitur: cuius authoritas, ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldeo tamen ſermone conſcriptus: inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum ſynodus Nicena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe: acquieui poſtulationi veſtræ, immo exactioni. Hæc ibi. Quis autem addubitet, eum quem Nicenum concilium approbauit vt canonicum librũ: talem & a tota eccleſia haberi debere atq; cenſeri? ¶ Demum de libro Sapientiæ, ſingulatim loquens beatus Auguſtinus, in primo libro de prædeſtinatione ſanctorum, capite decimotertio: inquit. Quæ cum ita ſint: non debuit repudiari ſententia libri Sapientię. qui meruit in eccleſia Chriſti, de gradu electorum eccleſię Chriſti, tam longa annoſitate recitari: & ab omnibus Chriſtianis, ab epiſcopis vſq; ad extremos laicos fideles, pœnitentes, cathecuminos: cum veneratione diuinę authoritatis audiri. De eodem vero Sapientię libro & ſimul de libro Eccleſiaſtici, loquens idem eximius doctor in ſecũdo libro de doctrina Chriſtiana: ſic ait. Illi duo libri, vnus qui Sapientia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur: quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt. Hæc ibi. Quid autem eſt, duos illos libros in authoritatem eſſe receptos: niſi eoſdem ab eccleſia inter canonicos libros haberi ac numerari? Conſtat igitur omnifariam: quinq; prædictos libros eſſe canonicos. ¶ Secundo loco inſiſtunt aduerſarij. Si penes eccleſiam eſſet authoritas decernendi, quinam libri ſacrarum literarum eſſent canonici: conſimili penitus ratione, etiam ipſius eſſet determinare: qui ſunt proprij ſacrorum librorum authores, & quo titulo cõſcriptorem ipſorum explicante: eſſent inſcribendi. Id autem non ita ſe habere, oſtendit in primis Apocalypſis beati Ioannis: quam vſus eccleſiæ quotidianus aſcribit beato Ioanni apoſtolo & euangeliſtæ. Multi tamen non contemnẽdę authoritatis viri, aliter cenſent: eundem ſcilicet librum non a Ioanne apoſtolo, ſed ab alio quopiam eiuſdem nominis, eſſe conſcriptum. Quinimmo Euſebius in hiſtoria eccleſiaſtica perhibet, a multis antiquorum patrum eſſe addubitatum: quiſnam fuerit illius ſacrę reuelationis, libriq; apocalypſis author. Non igitur eccleſiæ eſt determinare particulatim: qui fuerint ſacrorum librorum authores. ¶ Reſponſio. Ad nullum iuſtius ac rectius q̃ ad eccleſiam ſpectat determinatio nominis ipſius authoris, cuiuſpiam ſacrorũ librorum: quando de ipſo authore verſatur controuerſia. quandoquidem ad ipſam ſpectat, dubia omnia

Hieronymus

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Euſebius Cæſarienſis.

circa ſcripturam ſacram oborientia: ſua authoritate (quæ ſuprema eſt & ſumma huius mundi) definire. Et de ipſa quidem apocalypſi, circa primitiuæ eccleſiæ tempora & illis proxime ſuccedentia: a plęriſq; dubitatũ eſt, quiſnã fuerit illius conſcriptor. Ioannes ne euangeliſta, an alter quiſpiam. quemadmodum ex tertij libri hiſtoriæ eccleſiaſticæ capite triceſimoprimo: & ex ſeptimi libri eiuſdem hiſtoriæ cap. viceſimoſecundo, ſatis deprehenditur. Sed poſtea q̃ acceſſit ſequenti tempore, interuenitq; eccleſię determinatio ſuper ea re, atq; certa definitio: q̃ liber ille apocalypſis, a beato Ioanne apoſtolo conſcriptus eſt: nemini amplius de hoc addubitare impune licet, aut hanc materiam in quæſtionem & controuerſiam trahere. Quod vt efficacius omnibus perſuadeatur: nonnullis rationibus hic monſtrare enitemur, eundem librũ ſacrarũ reuelationũ, a beato
1 Ioanne apoſtolo eſſe conſcriptũ. ¶ Et primo quidem: ex vſu diuturno & quotidiano eccleſiæ catholicæ. quæ quoties in officio miſſæ epiſtolam ſumit ex ipſa apocalypſi (quod in toto anni circulo: haud infrequenter vſu venit) hũc illi epiſtolę premittit titulũ. Lectio libri apocalypſis: beati Ioannis apoſtoli. Quis autẽ ſanę mẽtis dixerit, eccleſiam tali preconio falſum quippiam enunciare: aut errore ſeductam hallucinari? cũ oſten-
2 ſum ſit ſupra: ipſam errori in ijs quę fidei ſunt, non eſſe obnoxiã. ¶ Secundo. idem liquido cõſtat ex decreto quartæ ſynodi Toletanæ: quod in decimoſexto eius capite, hiſce verbis deſcribitur. Apocalypſim librum, multorũ conciliorum authoritas, & ſynodica ſanctorũ præſulum Romanorum decreta: Ioannis euangeliſtæ eſſe præſcribunt, & inter diuinos libros recipiendã conſtituerũt. Et quia plurimi ſunt qui eius authoritatem non recipiunt, eamq; in eccleſia dei prædicare contẽnunt: ſiquis eam deinceps aut nõ receperit, aut a paſcha vſq; ad pentecoſten in eccleſia nõ prędicauerit: excõmunicationis ſentẽtiã habebit. Hęc ibi. In quibus verbis ſacra illa ſynodus: id vnũ nõ præter rationẽ adijcit. aut a paſcha vſq; ad pentecoſten: in eccleſia nõ prædicauerit. Quoniã prædicto tempore paſchali, ex inſtituto eccleſiaſtico admodũ antiquo: ſolet ſacer ille liber apocalypſis recitari publice in eccleſia pro lectionibus officij matutini, ſub nomine Ioãnis apoſtoli. Ex quo: rurſum ſumitur efficax noſtri propoſiti argumentum. ¶ Tertio. idem haud obſcure colligitur ex ijs: quæ
3 in primo libri illius ſcilicet apocalypſis capite ſcribuntur. Siquidem author ipſius libri ibidem dicit & nominat ſe Ioannem: qui perhibuit teſtimonium verbo dei, & qui eam ob cauſam in Pathmos inſulam relegatus eſt. Hæc autem ex probatis hiſtorijs de nullo alio leguntur, aut accipi vere poſſunt: q̃ de beato Ioanne apoſtolo & euangeliſta. qui poſtq̃ in dolium feruentis olei miſſus, diuina virtute euaſit illæſus: a Domitia-

Cap. 1. Decretũ ſynodi Toletanæ.

Apoca. 1.

no cæsare, impio ecclesiæ persecutore, ob insuperabilem euangelizandi constantiã & operã: damnatus est exilio in Pathmos insulam. quemadmodum refert historia vitæ & actorũ eius: ab omnibus approbata atq; recepta. Consequens est igitur: Ioannem apostolum, eiusdem libri esse authorem. ¶ Quarto. cõficitur idem propositũ: authoritate beati patris 4
Dionysius Areopagita. Dionysij Areopagitæ. qui in tertio capite sui libri de ecclesiastica hierarchia, libros sacræ scripturæ canonicos, per materias quas pertractãt, dispartiens: ait. Omnis quidem scripturæ sanctæ textus: aut rerum substantiam ac distinctionem a deo conditam prædicat. aut legale sacerdotium, viuendiq; denunciat modum: aut sortes dei populo distributas, ac possessiones narrat. Et paucis interiectis: de libris noui testamenti loquens: ait. Siue arcanam illam ac mysticam omnino visionem dilecti discipuli: diuinamq; domini Iesu & altissimam theologiam, eis qui dij fieri merentur exponit, eosq; per mysteria sacra & diuina sustollit, atq; cõfirmat. Hæc ille. Vbi per sacram & mysticam visionem: intelligit sacer Dionysius librum apocalypsis. Dilecti vero discipuli nomine: solum intelligi Ioannem apostolum, norunt omnes: qui legerunt eius euangelium, in quo se frequenter nominat per insinuationem, discipulũ quem
Ioan. 13. 19. 20. 21. diligebat Iesus. Manifeste itaq; Dionysius ibidem apocalypsim: Ioanni apostolo tanq̃ authori ascribit. Quinimmo & ad eundem dilectũ Christo discipulum, in Pathmos insula adhuc exilium agentem: idem beatus pater Dionysius decimam suarum scripsit epistolarum, consolationis plenam. In qua, reuelatione a deo accepta, prænunciauit: eundem apostolum adhuc cum tranquillitate ad suam ecclesiam rediturum. Quod & paulo post rei probauit exitus: cum mortuo Domitiano, ab exilio reuocatus est sanctus Ioannes. ¶ Quinto. eandem sententiam comprobat 5
Damascenus Ioannes Damascenus, non aspernandæ authoritatis scriptor: qui in decimooctauo capite quarti libri de fide orthodoxa, catalogũ librorum sacræ scripturæ tam veteris q̃ noui testamẽti contexens: in calce illius seriei subnectit. Apocalypsis: Ioannis euãgelistę. Quo vno verbo, sine ambagibus vllis: apocalypsim Ioãni apostolo attribuit. ¶ Sexto. Beatus Au- 6
Augustinus. gustinus eidem, nõ adumbrate, subscribit assertioni: cum in libro de hęresibus capite tricesimo, de Alogianis siue Alogis hæreticis, ita scribit.
Alogiani. Alogi. Alogiani propterea sic vocantur: tanquã sine verbo. logos enim græce: verbum dicitur. quia domini verbum recipere noluerunt: Ioannis euangelium respuentes, cuius nec apocalypsim accipiunt. has videlicet scripturas: negant esse ipsius. Hæc ibi. Qz si hæretici sunt: qui negant apocalypsim esse Ioannis apostoli, cuius sine controuersia est euangelium, quarto conscriptum loco: consectaneum est, si catholici esse vo-

lumus, fateri nos cum tota ecclesia debere: ipsam apocalypsim esse Ioannis apostoli. Eadem quoq; de alogis, ex Isidoro deprompta: recitat Gra- Gratianus.
tianus in libro Decretorum, vicesimaquarta, quæstione tertia, capitulo quidam autem. & præsertim idipsum: cp Ioannis euangelium respuant,
7 & apocalypsim. ¶ Septimo. colligitur idem propositum ex catalogo libroru sacræ scripturæ: contexto ab Innocentio primo huius nominis summo pontifice, in sua epistola ad Exuperium Tholosanũ episcopum. Circa cuius epistolæ calcem, in hunc modum exprimit: qui libri in ca- Innocentius primus.
none recipiantur. Qui vero libri (inquit) recipiantur in canone sanctarum scripturarum: breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo: quæ desiderata moneri voce voluisti. Moysi: libri quinq;, id est: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Necnon & Iesu Naue, & Iudicum: & regnorum libri quatuor, simul & Ruth. Prophetarum: libri Catalogus sacrorum librorum.
sexdecim. Salomonis: libri quinq;. Psalteriũ. Item Tobię: vnus, Historiarum Iob: liber vnus. Hester: vnus. Iudith: vnus. Machabæorũ: duo. Esdræ: duo. Paralipomenon duo. Item noui testamenti: euangeliorum libri quatuor. Pauli apostoli: epistolæ quatuordecim. Epistolæ Ioannis: tres. Epistolæ Petri: duæ. Epistola Iudæ. Epistola Iacobi. Actus apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Hęc ibi. At cum pręclarus ille summus pontifex, apocalypsim Ioanni ascribit: nunquid more eorum qui nostra tempestate, omnia volunt sua temeritate innouare, intelligit nomine Ioannis, Ioannem quendam presbyterum & theologũ: cuius sepulchrum dicitur etiam apud Ephesum conspici, priscisque illic seculis esse repositum? Nemo sane: id sibi persuadeat. sed iuxta orthodoxorum patrum ante nominatorum, & reliquorum sententiam: intelligit per antonomasiam hic Ioannis nomine, sanctum Ioannem apostolum & euangelistam. Est igitur ipse Ioãnes, Zebedæi filius & frater Iacobi maioris: indubitato habendus author libri apocalypsis. At vero ne sim hac in re prolixior q̃ par sit: a pluribus in hanc sententiã citandis authoribus nũc
3 supersedeo, & ad aliam obiectionem progredior. ¶ Præterea insurgunt sic aduersarij cõtra propositam hic veritatem. Epistola ad Hebræos: iuxta communem ecclesiæ sententiam attribuitur beato Paulo, tanq̃ authori. Attamen insigni eruditione præditi viri: super ea re dubiam ferunt mentem, meritoque dubitandum censent. cp a plerisque non pœnitendæ doctrinæ authoribus: Lucæ euangelistæ ascribatur, aut Clementi, aut alteri cuiuis circa eam ætatem doctissimo authori. Quocirca nõ putant ad ecclesiam spectare: determinationem de authoribus librorum bibliæ. aut ipsius non in omnibus: sequendam esse & tenendam sententiam. ¶ Responsio. Persimilis est huic cauillationi adhibenda dissolu-

tio: ſicut præcedenti. in principio ſcilicet naſcentis eccleſiæ, cum necdum
diſcuſſa eſſet nec definita hæc materia: a nonnullis ſine noxa dubitatum
eſſe, quiſnam eſſet epiſtolæ ad Hebræos author, & citra reprehenſionẽ.
Cum vero per eccleſiam catholicam determinata fuit veritas circa hanc
controuerſiam, definitumq; maturius, eam epiſtolam beato Paulo aſcri-
bendam eſſe: nulli deinceps licuit illi determinationi cõtraire, aut aduer-
ſam illi tenere ſententiam. ¶ Porro q̃ recta ſit meritoq; tenenda ea ſan- 1
ctio eccleſiaſtica: in primis oſtendit publicus & antiquus eccleſiæ vſus.
qui cum aliqua in officio miſſæ aſſumitur pars ex epiſtola ad Hebræ-
os: pro epiſtolari lectione, recitanda (quod ſepenumero obuenit) hunc
ei titulum pręmittere ſolet. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli: ad He-
bræos. Quo vno tituli præconio, ſuam eccleſia expromit plane ſenten-
tiam: quemnam exiſtimet illius epiſtolę authorem. Eſt ne igitur ſatius,
hanc firmiter ſequi eccleſiæ cenſuram atq; aſſertionem: q̃ quoſdam no-
ſtrę ætatis viros, nouitatis omnino ſtudioſos? qui magnam ſibi gloriam
titulumq; doctrinæ acceſſiſſe putant: ſi quicq̃ noui promoueant, quod a
totius eccleſiæ diſſideat ſententia. ¶ Secundo. concilium Laodicenum, 2
in ſuorum decretorum capitulo quinquageſimonono ac poſtremo: ean-
dem aſtruit veritatem. Quod quidem capitulum: ita contexitur. Non
oportet ab idiotis pſalmos compoſitos & vulgares: in eccleſijs dici. neq;
libros qui ſunt extra canonem, legere: niſi ſolos canonicos veteris & no-
ui teſtamenti. Quæ autem oporteat legi & in authoritatem recipi: hæc
ſunt. Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu Na-
ue, Iudicum, Ruth, Regnorũ libri quatuor, Paralipomenon libri duo,
Eſdræ, liber pſalmorum: numero centum quinquaginta. Et ita cõtinuo
ordine cęteris antiquę legis libris nominatim explicatis: protinus ſubdit.
Noui teſtamenti: id eſt euangelium ſecundum Matthęum, ſecundum
Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem. Actus apoſtolorum,
epiſtolę canonicę: ſeptem. Iacobi vna. Petri duę: prima & ſecunda. Io-
annis tres: prima, ſecunda, & tertia. Iudæ: vna. Epiſtolæ Pauli apoſtoli:
numero quatuordecim. Ad Romanos. Ad Corinthios: duæ, prima
& ſecunda. Ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes vna, ad Coloſſen-
ſes vna. ad Theſſalonicenſes: duæ, prima & ſecunda. Ad Timotheum
duæ: prima & ſecunda. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Hæc
ibi. Poſtremo autem illo dati catalogi verbo: ſacrum illud concilium
affirmat, Paulum epiſtolæ ad Hebræos eſſe authorem. ¶ Tertio. Con- 3
cilium Carthaginenſe tertium (cui interfuit beatus pater Auguſtinus)
in ſuorum Decretorum capite quadrageſimoſeptimo, eandem aſtruit
veritatem. Cuius id eſt exordium. Item placuit: vt præter ſcripturas

Catalogus ſacrorum librorum.

canonicas: nihil in eccleſia legatur, ſub nomine diuinarum ſcripturarum.
Sunt autem canonicæ ſcripturæ: primus Geneſis, ſecundus Exodus, ter-
tius Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium. Et ita ſuo or
dine digeſtis antiqui teſtamenti libris ſacris: ſubiungit. Noui autem te-
ſtamenti: viginti ſeptem. Euangeliorum libri quatuor. Actuum apo-
ſtolorũ liber vnus. Pauli apoſtoli: epiſtolæ quatuordecim, eiuſdẽ ad He-
bræos vna. Petri apoſtoli duæ. Ioannis apoſtoli tres. Iudæ apoſtoli vna,
& Iacobi vna. Apocalypſis Ioannis liber vnus: qui ſunt viginti ſeptem.
Hæc ibi. Ecce nominatim hoc decretum: epiſtolam ad Hebræos Pau-
4 lo apoſtolo aſcribit. ¶ Quarto. Gelaſius papa huius nominis primus, cõ
uocato Romæ ſeptuaginta epiſcoporum concilio: digeſſit in ordinem
libros canonicos ſacræ ſcripturæ tam veteris q̃ noui teſtamenti: quos ſan
cta & catholica ſuſcepit Romana eccleſia. Qui quidem libri, in primo
ſuorum decretorũ capite: hac ſerie referuntur. Geneſis: liber vnus. Exo-
di: liber vnus. Leuitici: liber vnus. Numeri: liber vnus. Deuteronomij: li
ber vnus. Et ita nominatim ſuo ordine expreſſis totius veteris teſtamen-
ti libris ſacris: cum ad ordinem librorum noui teſtamenti illic perueni-
tur, nominatis quatuor euangeliorũ voluminibus & libro vno actuum
apoſtolorũ: ſubnectit. Epiſtolæ Pauli apoſtoli: numero quatuordecim.
Ad Romanos: epiſtola vna. Ad Corinthios: epiſtolę duę. Ad Epheſios:
epiſtola vna. Ad Theſſalonicenſes: epiſtolæ duæ. Ad Galatas: epiſtola
vna. Ad Philippenſes: epiſtola vna. Ad Coloſſenſes: epiſtola vna. Ad
Timotheum: epiſtolæ duæ. Ad Titum: epiſtola vna. Ad Philemonem:
epiſtola vna. Ad Hebræos: epiſtola vna. Item apocalypſis Ioannis: liber
vnus. Item canonicæ epiſtolæ: numero ſeptem. Petri apoſtoli: epiſtolæ
duę. Iacobi apoſtoli: epiſtola vna. Ioannis apoſtoli: epiſtolæ tres, Iudę ze-
lotis apoſtoli: epiſtola vna. Hæc ibi. Ex quibus plane conſtat: ſacram il-
lam ſynodum Romanã, beato Paulo ſine aliqua hæſitatione epiſtolam
5 ad Hebręos aſcribere. ¶ Quinto. Eandem ſequitur & aſſeuerat ſenten-
tiã Damaſcenus: in quarti libri de fide orthodoxa capite decimooctauo.
Vbi poſt contextum librorum veteris inſtrumenti catalogum: ſubiun-
git. Noui vero teſtamenti ſunt: euangelia quatuor. ſecundum Mat-
thæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem.
Actus ſanctorum apoſtolorum, & Lucæ euangeliſtæ. Canonicæ epi-
ſtolæ: ſeptem. Iacobi: vna. Petri: duæ. Ioannis tres, & Iudæ vna. Pauli
apoſtoli epiſtolæ quatuordecim. Apocalypſis Ioannis euangeliſtæ. Hęc
ibi. Sed non inueniẽtur beati Pauli apoſtoli epiſtolæ quatuordecim, re-
ceptæ ab eccleſia catholica, & in ea legi ſolitæ: niſi epiſtola ad Hebræ-
os ſit cæteris annumerata. vt liquet ex Gelaſiano decreto, in præceden-

Alius Catalogus ſacrorũ librorum.

Gelaſius papa.

Damaſcenus

te ratione posito: in quo epistolæ Paulinæ omnes nominatim expri-
muntur. Si enim epistolarum Pauli numero subduxeris epistolam ad
Hebræos: iam non quatuordecim assignabũtur epistolæ Pauli, sed tan-
tum tredecim relinquentur. Cum itaque astruat hic Damascenus, qua-
tuordecim esse Pauli apostoli epistolas: profecto innuit atq; insinuat, epi
stolam ad Hebræos ipsius esse Pauli apostoli. ¶ Sexto. Confirmat ean- 6
dem sententiam (nec tenuiter quidem) authoritas beati Augustini: do-
ctoris ecclesiæ celeberrimi. Qui in secundi libri de doctrina Christiana
capite octauo, differens qui libri sint de canone scripturarum sanctarũ:
Augustinus. post expletum librorum canonicorum antiquæ legis calculum, subiũ-
git circa finem prædicti capitis. His quadraginta quatuor libris: veteris
testamenti terminatur authoritas. Noui autem: quatuor libris euange-
lij. secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, se-
cundum Ioannem. quatuordecim epistolis Pauli apostoli. Ad Roma-
nos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses,
ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Timothæum duabus, ad
Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri duabus, tribus Ioannis, vna
Iudæ, & vna Iacobi. Actibus apostolorũ libro vno: & apocalypsis Io-
annis libro vno. Sic augustinus. in quo librorũ nouę legis catalogo: pla-
ne & sine verborũ inuolucro, epistolam ad Hebręos Paulo apostolo vt
authori attribuit. ¶ Septimo. Quoniã aduersarij id argumẽtũ assumũt 7
inter cætera, ipsam ad Hebræos epistolam idcirco nõ esse Pauli: q̃ bea-
tus Ambrosius nihil scripserit commentariorum in epistolam ad Hæ-
breos, sicut in cæteras epistolas: quæ indubitato sunt ipsius Pauli (q̃uis
omnino mancum sit & infirmum, illud argumentandi genus. cum ex
eo q̃ apud nos non extent tales commentarij Ambrosij, inualida sit col-
lectio: ipsum nihil explanationis in illam scripsisse epistolam. Et esto q̃
nihil admittatur scriptitasse cõmentariorum in ipsam: quis exinde re-
cte collegerit, eam epistolam a Paulo non esse conscriptam? Non effi-
cacius sane, q̃ siquis idem conficere velit: ex eo q̃ Hieronymus aut Au-
gustinus, nihil elucidationis in eam scripserit epistolam) expostulat pla-
ne hic locus: q̃ authoritate beati Ambrosij, ostendatur ipsa ad Hebręos
Ambrosius. epistola, esse a Paulo conscripta. Quod facile quidem fiet: ex nonnullis
scriptorum ipsius locis. vt ex epistola eius octogesima secunda: quæ est
ad Vercellensem ecclesiam. circa cuius medium: ait. Vnde nos apostolus
Hebræ.6. Paulus eorum vult esse imitatores: qui per fidem & patientiam posse-
derunt repromissiones Abrahæ. Et ad Clementianum scribens Am-
brosius: ac circa principiũ illius epistolæ, de apostolo Paulo loquens, ait.
Hebræ.9. Et licet ad Hebręos ipse dixerit, quia testamentum non valet: nisi mors

intercedat testatoris. Quod quidem dictum: habetur expressum nono
ad Hebræos capite. prius vero, & proxime præcedens dictum: exprimi-
tur capite eiusdem epistolæ sexto. Clarum est igitur, Ambrosium illius
fuisse sententiæ: q̃ epistola ad Hebræos, a sancto Paulo fuerit composi-
ta & ædita. Possent & in eandem rem adduci complures alij probatissi-
mi & summæ authoritatis scriptores: qui adhuc supersunt, locupletissi-
mi illius sententiæ testes & assertores. A quibus tamen in præsentia ci-
4 tandis, ne sim prolixior æquo: nũc supersedeo. ¶ Quarto deniq; loco in-
stant aduersarij in hunc modum. Secunda epistola canonica quæ beato
Petro vt authori, vulgo ascribitur: ab ipsa ecclesia etiã eiusdem esse cen-
setur. & vbi ex ea in officio missæ, lectio epistolaris desumitur: consen-
tiente ecclesia hic illi titulus pręponitur. Lectio epistolę beati Petri apo-
stoli. Illud tamen a plerisq; viris doctrina & authoritate præfulgentibus
negatur: putaturq; potius ab alio quopiam q̃ Petro compositus. Quod
& beatus Hieronymus in prologo, primæ epistolæ Petri præfixo, non
subticuit: ita de beato Petro loquens. Scripsit duas epistolas: quæ cano- *Hieronymus.*
nicæ nominantur. quarũ secunda a plerisq;, eius esse negatur: propter stili
cum priore dissonãtiam. Non igitur ad ecclesiam spectat determinatio
nominis authoris: cuiuspiam sacrorum librorũ. aut in ea determinatio-
ne, non semper cum ecclesia sentiendum est. ¶ Responsio. Etsi in prin-
cipio lactentis adhuc ecclesiæ: nonnulli fortasse dubitarint de authore il-
lius secundæ epistolę. vt in libro de scriptoribus ecclesiasticis (vnde sum-
ptus est ille prologus) refert tantum Hieronymus: nõ tamẽ ita sentien- *Idem.*
tium approbat sententiam. Vbi tamen per concilia sacra & orthodoxo-
rum patrum censuram facta est in eam partem ecclesiæ determinatio, q̃
secunda illa epistola etiam est beati Petri apostoli vt authoris: nulli am-
plius impune licuit, neq; etiã nũc licet, ea de re hęsitare, aut quęstionẽ mo-
uere. Debent enim omnes se conformare vsui & ritui ecclesiæ: confir-
mato sacris cõcilijs, Laodiceno, Carthaginensi tertio, & Romano, supra
adductis: in præcedentis obiectionis dissolutione. Quibus etiam accedit
Innocentij primi, Damasceni & Augustini testimoniũ: paulo ante iti-
dem citatum. In quorum omnium catalogo, quem de nouæ legis libris
canonicis texunt: ipsi Petro apostolo duæ ascribuntur epistolæ canoni-
cæ. vt ex septima ratione posita in responsione ad secũdam obiectionẽ,
& ex quinq; postremis rationibus præcedentis solutionis: plane constat.
1 ¶ Cæterum præter hæc omnia, quis tam imbecilli est mentis iudicio &
vsqueadeo cæcutiat: vt non statim ex ipsa literæ superficie deprehendat,
eam a beato Petro esse compositam? Quis enim nisi merus impostor,
hunc in vestibulo epistolæ præfixisset titulum: authoris nomen præfe-

2.Petri.1 rentem.Simon Petrus:ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti. ſi Petrus apo=
ſtolus,illius nõ fuiſſet author? Quod ſi contendas, per impoſturã titulũ
illum affixum:æqua facilitate epiſtolas omnes apoſtolicas,dicent hęreti=
2.Petri.2. ci falſo authoris titulo adornatas. ¶Inſuper. Illius ſecundæ epiſtolæ au= 2
thor: perhibet ſe interfuiſſe admirabili ſpectaculo dominicę tranſfigu=
Matth.17. rationis in monte ſancto. Cui ſecundum euangelicam narrationẽ dun=
taxat cũ Chriſto interfuerũt tres apoſtoli:Ioannes & Iacobus fratres,fi=
lij Zebedæi,& Petrus apoſtolus. At Ioannes euangeliſta:hanc ſecũdam
omnium confeſſione non conſcripſit epiſtolam,neq; Iacobus frater eius.
Solus igitur ſupereſt Petrus ex ſpectatoribus tanti myſterij:qui eam cõ
poſuerit. Aut eo confugiendum eſt temeritatis & inſaniæ, vt quiſpiam
in ea epiſtola ſcripſerit ſe affuiſſe tanto tranſfigurationis ſacramento:cui
tamen nequaq̃ interfuerit. quod impudentiſſimum eſſet mendacium:
neq; vnq̃ toti eccleſię,q; tanto circunueniretur errore,foret imponendũ.
¶Rurſum. author illius epiſtolæ,in principio tertij capitis ipſius: tale 3
2.Petri.3. ſumit exordiũ.Hanc ecce vobis chariſſimi:ſecundam ſcribo epiſtolam.
Secundum autem nihil dicitur:niſi relatione quadam ad primum cõfe=
ratur.Author igitur epiſtolæ illius(quiſquis is fuerit) priorem aliquam
ad eoſdem ſcripſerat epiſtolam.Quis autem ille dabitur,qui & primam
& ſecundam ad Hebræos diſperſionis,epiſtolam conſcripſerit:niſi bea=
Gala.2. tus Petrus,in circũciſionẽ tanq̃ apoſtolus deſtinatus? Q; ſi quis alius de=
tur,ſecũdæ epiſtolæ author: opus fuerit & primam aſſignare epiſtolam
canonicam,quam ipſe quoq; contexuerit nouus author,& ad quam:illa
ſecunda,iuxta relatiuorũ morem,cõferatur.Sed vbinam tanto tempo=
re,prima illa authoris alterius q̃ Petri:delituit epiſtola? ¶Deniq; author 4
2.Petri.3 eiuſdem ſecundæ epiſtolæ, circa finem eius de beato Paulo & eius epi=
ſtolis loquens cum magna reuerentia & humanitate: eum vocat chariſ=
ſimum fratrem. Cui autem omnium illius temporis congruentius con=
ueniebat, ea nomenclatura apoſtolum Paulum nuncupare:q̃ beato Pe=
tro? qui cum eodem ſocietatem ſpiritualis fraternitatis habebat in mo=
deratione eccleſiæ & propagatione fidei:etiã Romanæ vrbi facta. Quã
& glorioſo,ambo eodem die decorarunt martyrio: & corporũ ſuorum
præſentia venerabili,aſſidue adornare non deſinunt.Ex his igitur argu=
mentis conficere quiſq; vel firmiter poſſit:Petrum apoſtolũ illius fuiſſe
epiſtolæ authorem. ¶Poſtremũ quinto loco inſiſtũt aduerſarij de dua= 5
bus poſtremis epiſtolis canonicis breuiuſculis,quę beato Ioanni apoſto=
lo aſcribuntur.quę tamen a nonnullis,cuidam Ioanni preſbytero,etiam
apud Epheſum,mauſoleũ ſortito:tanq̃ authori attribuũtur,vt etiã teſtis
eſt Hieronymus.Obijciũt & de epiſtola beati Iacobi apoſtoli:de qua ait

beatus Hieronymus in illius prologo. q; ab alio ſub nomine eius ædita Hieronymus
aſſeritur:licet paulatim (inquit)procedẽte tẽpore,obtinuerit authorita=
tẽ.Ex quo conficiũt:in hiſce rebus nõ ſemper eſſe adhærendum eccleſiæ
determinationi. ¶Reſponſio.Conſimilis omnino ſicut præcedentibus
cauillationibus:& huic aſſignanda eſt dilutio. circa ipſius quidem eccle=
ſiæ exordium: de harum epiſtolarũ authoribus fuiſſe obortam dubita=
tionem. At quoniã illa per maturam eccleſiæ determinationẽ iam olim
eſt dimota:nulli amplius ſuper hac re licet ambigere,aut excitare cõtro=
uerſiam.ſed inconcuſſe tenendum,q; & duæ illæ poſteriores epiſtolæ ca
nonicæ perbreues:ſint Ioãnis apoſtoli.& epiſtola illa quæ Iacobi nomen
in titulo & frõte præfert:ſit Iacobi minoris,qui frater domini dictus eſt, Iacobi.1.
& Hieroſolymorũ fuit epiſcopus.Enimuero in decretis cõcilij Laodice
ni,Carthaginẽſis tertij,& Romani ſub Gelaſio papa:in catalogo itidem
Innocentij primi,Damaſceni & Auguſtini (quem quiſq; eorum:de no
ui teſtamenti libris contexuit) poſitis diffuſius in dilutione ſecundæ &
tertiæ obiectionis huius capitis:ipſi Ioanni apoſtolo tres aſſignantur epi
ſtolæ canonicæ,& beato Iacobo apoſtolo:vna.Ex his igitur ſex teſtimo
nijs,& communi eccleſiæ vſu atq; definitione:id ſatis concluditur aſſer=
tum. ¶Haud tamen ſuperuacuum videbitur, hic nonnihil adhuc affer=
re:quod ad horum quæ proponit hęc reſponſio cõfirmationem condu=
cit.Et id præſertim:q; ex Innocentij primi authoritate atq; ſententia li=
quido conſtat,epiſtolam illam canonicam quæ Iacobo aſcribitur: eſſe Ia
cobi apoſtoli.Is nanq; in ſuorum decretorum capite octauo: hoc ipſum
his verbis teſtificatur,ad Decentium epiſcopum Egubinum.Sane quo= Innocentius
niam de hoc,ſicut de cæteris,conſulere voluit dilectio tua: adiecit etiam Primus.
filius meus Cæleſtinus diaconus, in epiſtola ſua eſſe a tua dilectione po=
ſitum illud: quod in apoſtoli Iacobi epiſtola conſcriptum eſt. Infirma= Iaco.5.
tur quis in vobis:inducat preſbyteros & orent ſuper eum, vngẽtes eum
oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſuſcitabit
illum dominus:& ſi in peccatis fuerit,remittentur ei.Quod non eſt du=
biũ de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere:qui ſancto oleo
chriſmatis perungi poſſunt.Quod ab epiſcopo confectum, non ſolum
ſacerdotibus: ſed & omnibus vti chriſtianis licet, in ſua aut ſuorum ne=
ceſſitate inũgendo.hæc ibi.In quibus verbis,plane epiſtolam illam cano
nicam de qua hic agitur controuerſia: Iacobo apoſtolo vt authori aſcri=
bit.Quod etiam fecit idem ſummus pontifex, in catalogo librorum ca=
nonicorum ſacræ ſcripturæ a ſe contexto:& paulo ante in hoc capite,in
reſpõſione ad ſecundam obiectionẽ recitato. ¶De duabus vero poſtre=
mis epiſtolis canonicis Ioanni aſcriptis, q; ſint beati Ioannis apoſtoli &

Hieronymus euangelistæ:euidens etiam habetur testimonium ex Hieronymo: quod adducitur in codice decretorum,nonagesima tertia distinctione.cap. legimus.hoc verborum schemate.Parua tibi videntur : tantorũ virorum
Ioan.13 testimonia.Clangat tuba euangelica,filius tonitrui:quem Iesus plurimũ amauit,qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit.Presbyter
2.Ioan.1. Electæ dominæ,& filijs eius:quos ego in veritate diligo . Et alia epi-
3.Ioan.1. stola . Presbyter Gaio charissimo: quem ego in veritate diligo.hæc ibi. In quibus, dilucide testatur Hieronymus,geminam illam epistolam de qua versatur disceptatio,a beato Ioanne apostolo esse conscriptam . Sed iam satis hac de re protractus est sermo:ad alia tendamus oportet.

¶ Aliqua in ecclesia firmiter esse tenenda:quæ non expresse in scriptura sacra continentur. Cap.V.

AEreticorum clypeus adamantinus & vmbo ferreus, ad reluctandum veritati & sanctæ ecclesiæ:est hæc improba & erronea assertio. Nihil esse credendum, recipiendum vel faciendum : nisi quod expresse in sancta scriptura dicitur.Quæ sane propositio,tanquam stygia palus & lacus tartareus:multarum hęresum mater est viperea,infaustaq; origo . quas ex orco sæpius produxit infeliciter in superas auras:& nostram hãc regionem. Ad quam interimendam, hæc prorsus opposita nunc proponitur veritas:sacrarum literarum testimonijs & rationibus munienda.

Aliqua sunt in ecclesia indubie tenenda(quorũ nõnulla: a Christo & apostolis sunt profecta)quæ non expresse in scriptura sacra continẽtur.
¶ Nempe multa dixisse Christum discipulis suis,quæ in euangelijs scri- 1
pta non sunt:vero est consentaneum.cum dicat beatus Ioannes in penul
Ioan.20. timo sui euangelij capite.Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu suorum discipulorum:quæ non sunt scripta in libro hoc.Et pau
Ioan.21. lo post in vltimo capite.Sunt autẽ & alia multa:quæ fecit Iesus. Quæ si scriberẽtur per singula:nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos qui scribendi sunt libros.Qz si fecit multa Iesus,quæ non sunt scripta:consimili certe ratione putandum est, & credendum,multa eum dixisse discipulis suis & turbis:quæ nõ sunt ab euangelistis cõscripta.Quale est illud
Actuum.20. dictũ.Beatius est magis dare:q̃ accipere.quod beatus Paulus actuũ vicesimo capite:perhibet Christũ dixisse . & tamen ab euangelistis non exprimitur inter ea:quæ dicta sunt a domino . ¶ Insuper, circa principiũ 2
Actuum.1. historiæ actuum apostolorum scribit beatus Lucas de domino nostro: ꝙ post resurrectionem suam præbuit seipsum discipulis suis viuum in multis argumẽtis, per dies quadraginta apparens eis, & loquẽs de regno

dei.Id est de ecclesia triumphãte:aut etiam militante (ꝙ hæc frequenter Matth.13.
in euãgelijs:per regnum cælorum designatur) admonẽs,quomodo eam gubernarent & regerent . Ea tamen quæ de regimine ecclesiæ Christus discipulis suis post resurrectionem locutus est: non sunt scripta . Multa igitur creditur dixisse Christus discipulis: quæ scripta non sunt. sed solo verbo ab eo excepta:per apostolos, ecclesiæ sunt tradita atq; commẽdata.non minoris tamen authoritatis: q̃ alia. ¶ Præterea,beatus Paulus in 3
prima ad Corinthios epistola sic scribit.Laudo autem vos fratres,ꝙ per 1.Corin.11.
omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Vbi de ijs loquitur traditionibus & præceptis : quæ dederat Corinthijs verbo,antequã eis scriberet.Et paulo post in eodem capite, post doctrinam salutarẽ quam scripserat eis de sumptione eucharistiæ : subnectit. Cætera autem, cum venero: disponam. Quo verbo promittit se & alia Ibidem.
daturum eis præcepta ac monita circa eandem materiã:quæ scripto non
4 comprehenderat in sua epistola . ¶ Rursum,in secunda ad Thessaloni- 2.Thessa.2.
censes epistola,idipsum etiam insinuat ipse idem doctor gẽtium:dicens. Itaq; fratres state & tenete traditiones, quas didicistis: siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram . Vbi aliqua innuit se tradidisse illis sermone,verbiq; ministerio: quæ nõ docuerat eosdem per epistolam suam.In
sequenti quoq; eiusdem epistolæ capite:sic scribit eisdem . Denũciamus 2.Thessa.3.
vobis fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi : vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate,& nõ secundum traditionẽ quam acceperũt a nobis.Illa autẽ traditio,forma erat pie viuendi: a Paulo ipsis verbo definita,non inscripta quidem chartis:sed sermonis communicatione tradita.Consonat ijsdem & illud ipsum,quod in secundæ episto-
le ad Timotheum capite secundo scribit apostolus:ad eundem verba fa- 2.Timo.2.
ciens.Tu ergo(inquit)fili mi:confortare in gratia quæ est in Christo Iesu.& quæ audisti a me per multos testes:hæc commenda fidelibus hominibus,qui idonei erunt & alios docere. Itaq; audiuit aliqua Timotheus a
5 Paulo:quæ nõ sunt scripta. ¶ Adde,ꝙ in actuum apostolicorum capite Actuum.15.
decimoquinto narrat sacra illa historia: ꝙ beatus Paulus electo Sila comite perambulabat Syriam & Ciliciam:confirmans ecclesiam,& præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum.Huiusmodi autem præcepta,nequaquam in sacrarũ literarũ pagina sunt expressa:sed verbo tantum erant tradita ecclesiæ,& ex apostolis in alios transfusa.In proximo vero & continuo sequente eiusdem libri capite:contexitur de beatis
Paulo & Timotheo eius comite, hæc narratio.ꝙ cũ pertransissent ciui- Actuum.16.
tates,tradebãt eis custodire dogmata:quæ erãt decreta ab apostolis & senioribus,qui erãt Hierosolymis.Talia vero dogmata & decreta:nequaq̃

in toto scripturæ ambitu continẽtur. ¶ Ad hæc, ante ipsius Moysi (qui 6
scripsit Pentateuchum) tẽpora: erat synagoga, immo ecclesia sancta: sub
ætate Adæ, Noe, Abrahæ, & sanctorũ patriarcharũ. erantq; tũc & præ-
cepta dei & cerimoniæ & sacrificia: pro illius tẽporis cõditione & sorte
offerenda. Attamen nulla tũ habebatur scriptura sacra: sed tantũ diuinæ
reuelationes & locutiones ad sanctos patres. quemadmodum in suo can-
Luce.1 tico cecinit sacrata deo, virgo Maria. Sicut locutus est ad patres nostros:
Abraham, & semini eius in secula. Idem etiam, spiritu sancto repletus
Zacharias, pater sancti Ioãnis Baptistæ: post resolutã diuino beneficio
linguam, decãtauit. Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt,
Ibidem. prophetarũ eius. Non igitur ipsius ecclesiæ substantia aut integritas, nec
etiam iuris diuini authoritas: omnino & in vniuersum ab ipsa pendet di
uinorũ librorum scriptura. ¶ Rursus. Non statim post primitias sancti 7
spiritus in discipulos domini effusas, conscripta sunt euangelia sacra: sed
post aliquantum temporis curriculum, ab ipsa sancti spiritus in terram
missione. vt exempli gratia, sex annorum aut octo: quæ intercesserũt ab
ipso dominicæ ascensionis die vsq; ad primam euangelij conscriptionem
a beato Matthæo factam: per hypothesim. Toto itaq; illo tẽpore inter-
medio erat ecclesia sancta, Christianæ legis obseruatrix: per apostolos
sub administrationibus sacramentorũ & doctrinæ euangelicę, guberna-
ta. Et tamen tunc nulla erat adhuc scriptura sacra noui testamenti: neq;
euangelia, neq; epistolæ apostolicæ, nec actus apostolorum, nec sacra apo
calypsis. Quomodo igitur ecclesiã in has detrudemus angustias, vt nec
credenda habeat nec agẽda quæ nos obstringãt: nisi ea tantum quæ in sa-
cris literis continẽtur? Quomodo itidem eandem redigemus in id pistri-
num: vt ex scripturæ præsidio omnino pendeat? Cum nec ipse legislator
noster Christus: quicq̃ legis ipsius scriptum in mẽbranis reliquerit. nec
Matth.28. discipulos iusserit scribere libros: sed docere omnes gẽtes, & baptizare.
¶ Huic accedit. q̃ non minus efficax instrumentum ad docendum sa- 8
cra fidei & morum rudimenta, est vox docentis: q̃ manus scribentis, im-
Quintilianus mo lõge efficacius. Viua enim vox (vt author est Quintilianus) alit ple-
nius: & vehementius ac acrius afficit. Cui respondet illud etiã beati Hie-
ronymi verbum, in epistola ad Paulinum: de omnibus sacræ scripturæ
Hieronymus libris. Habet, nescio quid latentis energiæ, viuæ vocis actus: & in aures di
scipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Nõ igitur minus erat aut
infirmius, ipsa ecclesia: noua plantatione fundata sub apostolis, cum nec-
dum esset aliqua scriptura sacra noui testamẽti: q̃ fuerit postea, quando
conscripta sunt diuina illius volumina. Quomodo igitur asserere quis re
cte possit, nihil credendum vel agendũ: nisi quod in sacra cõtinetur scri-

ptura, cum tunc & credenda & agenda: viua tantum voce ex vno in alte-
9 rum transfunderentur atq; communicarentur. ¶ Cæterum vt non solis
rationibus sed & exemplis, veritatem in hoc capite propositam astrua-
mus: id primo in limine constituamus præsentis negocij exemplum. In
toto sacræ scripturæ decursu atq; contextu expressum id nequaquam ha
betur: q̃ aqua sit miscenda vino in missæ officio. Id tamen indubie tenen
dum est: & factitãdum. q̃ a Christo credatur apostolis vt fiat, traditum:
& ab illis toti ecclesiæ commendatum. Enimuero probati authores, Cy-
prianus, Petrus Lõbardus & Damascenus: sentiunt Christum in vltima
cœna cum eucharistiæ sacramentum instituit, aquam vino in calice sa-
cro miscuisse: & ita ipsum cõsecrasse. Cyprianus quidem: in epistola ad Cyprianus.
Cæcilium fratrem. Siquis (inquit) de antecessoribus nostris, vel ignoran
ter vel simpliciter: hoc nõ seruauerit (scilicet aquã vino nõ miscuerit: in
calice domini) quod nos dominus facere, & exẽplo & magisterio docuit:
potest simplicitati eius, indulgẽtia domini, venia cõcedi. Nobis vero nõ
potest ignosci: qui nunc a domino instructi sumus: vt calicẽ domini cũ
vino mixtũ, secundũ q̃ dominus obtulit, offeramus. hæc ille. Petrus ve- Petrus Lom
ro Lombardus, in quarti libri sententiarũ distinctione vndecima: eidem bardus.
subscribit, his verbis. Colligitur etiam ex prædictis: q̃ Christus vinum
aqua mixtũ dedit discipulis. Deniq; Damascenus in quarti libri de fide Damascenus
orthodoxa, capite decimoquarto: ita de Christo verba faciens, ait. Simi-
liter accipiens calicem ex vino & aqua: tradidit illis (vtpote discipulis) di
cens. Bibite ex hoc omnes. hic meus est sanguis noui testamẽti: qui pro Matth.26.
vobis effundetur in remissionem peccatorũ. hæc ille. Astipulatur supra-
dictis & Innocentius tertius: cap. cũ Marthæ. titulo de celebratione mis
sarũ. in tertio libro epistolarum decretalium: dicens. Cum aquæ multæ
sint populi multi: iuxta quod alibi legitur, beati: qui seminãt super aquas. Esa.32.
ideo vino aqua vnitur: vt Christo populus adunetur. Et reliqua: in ean-
dem continuo progressu ibidem subsequentia sententiam. Adde q̃ hu-
ius opposita assertio: error fuit Armeniorum & Græcorum, reijcientiũ
10 aquam a calice. ¶ Insuper. Indubitato tenẽdum est, laudabilem hũc esse
morem meritoq; commendandum: quo Christiani signant se crucis si-
gno, & signaculum illud in fronte depingũt, nequitijsq; spiritualibus vt
scutum quoddam & munimentum obijciunt. In tota tamen sacræ scri-
pturæ pagina, id nequaquam expresse positum comperietur: q̃ debeant
se fideles illo viuifico munire signo. Illud quoq; dubio procul (vt & aliud
eiusdem rei proponamus exemplum) sentiendum est: vnctionẽ sacram
esse de substantia ac essentia sacramenti confirmationis, vt sine qua id sa
cramentum plene & integre non daretur. Nulla tamen scripturæ sacræ

Actuum.8. sententia: hoc definit agẽdum. cum ex actuum apostolicorum octauo capite colligatur: ipsum per impositionem manuum ab apostolis in exordio ecclesiæ solitum fuisse tradi. Magisterio tamen sancti spiritus, aut viuæ vocis Christi oraculo: instituta est ad illud conferendum, sacra vnctio. Quod quidem secũdum perhibet Fabianus papa & martyr: in sua epistola ad omnes orientales episcopos, circa eius principium dicens. In illa die (scilicet feria quinta, præcedente proxime suam passionem) dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorũ pedes (sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperũt: nobisq; reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum nostrorum: significat baptismũ, quando sancti chrismatis vnctione perficitur, atq; cõfirmatur. hæc ibi. Idem etiã affirmat Clemẽs primus papa & martyr: in epistola de officio sacerdotij & clericorum, circa eius principium: cũ ait. Q; si temporalis gratia ab hominibus composita tantum potuit: intelligite iam, quantum sit illud vnguẽtum quod a domino de virgulto vitæ prolatum est. cum hoc quod ab hominibus factum est: tam eximias inter homines conferat dignitates. hæc ille. ¶ Præterea. Nulla scripturæ sacræ traditione id proditum habemus: q̃ apostoli cõposuerunt symbolũ fidei, quod vulgo symbolũ apostolorũ dicitur. De illo tamen nemini licet hæsitare: aut dubitandi occasionem alijs ingerere. quandoquidem id ipsum, vnanimi totius ecclesiæ sententia approbatũ sit: & probatissimorum authorum concordi sententia confirmatum. Enimuero Rufinus Aquileiẽsis: in expositione præclara quam de prædicto composuit symbolo, ait. q̃ apostoli discessuri abinuicem: normã sibi prius futuræ prędicationis in commune constituũt. ne forte alij alio adducti: diuersum aliquid ijs qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerẽt. Omnes igitur in vno positi, & spiritu sancto repleti: breue istud futuræ sibi (vt diximus) prædicationis indicium, in vnum conferendo quod sentiebat vnusquisq; componũt: atq; hanc credentibus dandam esse regulã statuunt. hæc ille. Beatus itidem Augustinus in sermone primo pro vigilia pẽtecostes: eidem astipulatur sententiæ, dicens. Sancti apostoli certam regulam fidei tradiderunt: quam secundum numerũ apostolicum, duodecim sentẽtijs comprehensam, symbolum vocauerunt. Per quam, credentes catholicã tenerent vnitatem: & per quam, hęreticam conuincerent prauitatẽ. Sermone autem secundo dominicę in Ramis palmarum: idem eximius doctor nominatim cuiq; duodecim apostolorum, suũ assignat articulum fidei: quem in vnum cum cæteris cõtulerit, ad componendam hanc certissimam fidei regulam. Quo testimonio quid apertius a quopiam expeti: aut verius efflagitari potest? Eandem pręterea sententiã probat vno

Fabianus papa.

Clemẽs papa

11

Rufinus.

Augustinus.

consensu tota antiquorum patrum corona & chorus sacer: haud dubie sentientium & scriptis suis attestantium, illud symbolum a sanctis apostolis æditum esse. Id & vniuersalis ecclesiæ ritus corroborat: quotidie ad officium primæ & completorij in horis canonicis, illud symbolum tanq̃ apostolicũ, dici debere cõstituens. vt & in cuiusq; diei principio & exitu:
12 hac fidei regula & confessione muniantur fideles atq; stabiliãtur. ¶ Deniq; absq; vlla hæsitatione tenendum est: sanctos apostolos ædidisse canones, ad totius ecclesiæ recens plantatæ directionem. Quos in octo & quadraginta capita digestos, Isidorus cõciliorum decretis præposuit: & tanq̃ in frõtispicio collocauit. Eosdem quoq; Clemens papa transtulisse dicitur: Zepherinus autem & Leo, summi pontifices, necnon & sexta synodus approbant. quemadmodum in volumine decretorum, distinctione decima sexta: complura illius distinctionis capita demonstrant. Quinimmo & Damascenus eosdem canones: quasi partẽ quandam diuinorum librorum, reliquis annumerat, post catalogum canonicorũ totius scripturæ librorum: ita subnectẽs in fine decimioctaui capitis, quarti libri de fide orthodoxa. Canones apostolorum: per Clemẽtem. Attamen nulla sacræ scripturæ pars, idipsum exprimit: apostolos scilicet ædidisse aliquot canones. Sunt igitur nõnulla, a nobis firmiter & inconcusse
13 tenenda: quę in scriptura nullatenus cõtinentur. ¶ Porro vt & aliud afferatur huiusce generis exemplum: constituit ecclesia sanctam eucharistiã a ieiunis sumi debere. quemadmodum dicit beatus Augustinus: & adducitur eius sentẽtia de consecratione, distinctione secunda. cap. liquido apparet: in hũc modum. Placuit spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret: q̃ cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur. hæc ibi. Nusquam tamen in scriptura sacra tale cõtinetur præceptum: quinimmo illius op-
14 positum, legimus a Christo in vltima cœna obseruatũ. ¶ Adijcit & magnũ robur confirmandæ veritati prædictæ, grauis authoritas Hirenei, Lugdunensis episcopi. qui in tertio libro cõtra hæreses: capite tertio, ait. Traditionem itaq; apostolorum manifestatam in ecclesia, adest perspicere omnibus: qui vera velint audire. Et nonnullis interiectis: de Romana loquens ecclesia, dicit. Ad hanc enim ecclesiam, propter potentiorẽ principalitatẽ: necesse est omnẽ conuenire ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndiq; fideles. In qua semper ab ijs qui sunt vndiq;, conseruata est ea constitutio: quæ est ab apostolis tradita. Et rursum post digestũ summorum pontificum catalogum, a beato Petro vsq; ad Eleutherium Sotheris successorem, & suo tempore sedis apostolicæ moderatorem: subnectit Hireneus. Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab ipsis apostolis in

Isidorus.

Clemens.

Zepherinus.

Leo.

Damascenus

Augustinus.

Matth.26.

Hireneus.

Idem.

ecclesia traditio, & veritatis præconatio: peruenit vsq; ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, vnam & eandem viuificatricem fidem esse: quæ in ecclesia ab apostolis vsque nũc sit conseruata & tradita. Hæc Hireneus. ¶ Idem quoq; in eiusdem tertij libri contra hæreses, capite quarto: eandẽ 15
Hereneus. comprobat veritatem, dicens. Tantæ igitur ostensiones cum sint hæc: nõ oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia sumere. cum apostoli quasi in depositorium diues, plenissime in eam cõ tulerint omnia, quæ sunt veritatis. vt omnis quicunq; velit: sumat ex ea
Ioannis.10. potum vitæ. hæc est enim: vitæ introitus. omnes autẽ reliqui: fures sunt & latrones. Propter quod oportet: deuitare quidem illos. quæ autẽ sunt ecclesiæ: cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionẽ. Quid enim & siquando de aliqua modica quæstione disceptatio esset: nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli cõuersati sunt, & ab eis de præsenti quęstione sumere quod certum & rei liquidum est? Quid autem, si neq; apostoli quidem scripturas reliquissent nobis: nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt ijs quibus cõmittebãt ecclesias? Hęc Hireneus ibidem: quæ proposita veritatem, maiorem in modum corroborant. ¶ Sed & Origenes homelia quinta super librum Numeri, quartũq; eiusdem libri caput 16
Origenes. exponẽs: idem suffulcit assertum, his verbis. In ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla, quæ omnibus quidem facere necesse est: nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam q̃ (verbi gratia) genua flectimus orãtes, & q̃ ex omnibus cæli plagis ad solam orientis partem conuersi, orationẽ fundimus: non facile cuiq̃ puto ratione cõpertum. Sed & eucharistiæ siue percipiendæ, siue eo ritu quo geritur explicandę: vel eorũ quæ geruntur in baptismo verborum, gestorumq; & ordinum, atq; interrogationum ac responsionum: quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hæc operta & velata portamus super humeros nostros: cũ ita implemus ea & exequimur, vt a magno pontifice atq; eius filijs tradita & commendata suscipimus. hæc Origenes ibidem. ¶ Consonat huic & beatus 17
Augustinus in præclaro illo & summopere attendendo sententiarũ contextu: qui adducitur in volumine decretorum, distinctione vndecima.
Augustinus. cap. ecclesiasticarum: in hanc formam. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis: quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio, cõfirmatas accepimus. quasdã vero consuetudine roboratas approbauit vsus. quibus par ritus & idem vtrisq; pietatis debetur affectus. vnde quis vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum: hęsitauerit? Si enim attenderimus, consuetudines ecclesiæ nõ per scripturas a patribus traditas, nihil estimare: quantum religio detrimẽti sit latura, in-

tentiue inspiciẽtibus liquido constabit. Hęc Augustinus: & reliqua continuo ordine subsequentia, ad finem vsq; capitis, multa exempla ad rem propositam accommoda: eorum quæ obseruata sunt ab ecclesia non ta-
18 men scripta, luculenter afferentia. ¶ Postremũ. Id vel maxime nostram comprobat iam dictam veritatem: q̃ opposita illi sententia est error Valdensium, & Ioannis Viclefi: damnatus in concilio Cõstantiensi. Eadem quoque error est Begardorum & Beguinarum: reprobatus in concilio Viennensi sub Clemente quinto. vt liquet ex cap. ad nostrum. titulo de hæreticis. in Clementinis constitutionibus. Hi siquidem iam olim condemnati hæretici, contenderunt ecclesiam non posse quippiam tenendum aut agendũ instituere: nisi quod in sacra scriptura expresse continetur. Quod q̃ sit erroneũ: iam satis arbitror ostensum, atq; supra abũde monstratum: eo vallo & munitione infirma ac inualida nequicq̃ fidere hostes fidei, vt arcem ecclesiasticã infestis armis oppugnẽt. Sed nunc au-
1 diendæ sunt aduersariorum obiectiones: contra prædicta. ¶ Primo itaq; obijciunt illud verbũ Moysi ad populum Israeliticũ: de edictis domini. Non addetis ad verbũ quod loquitur vobis: nec auferetis ab eo. Et eius- Deute.4.
dem libri Deuteronomij: capite duodecimo. Quod pręcipio tibi, hoc tã- Deute.12.
tum facito domino: nec addas quicquam nec minuas. Consonat eidem sententiæ: & illud Prouerbiorum tricesimo cap. Omnis sermo dei igni- Prouer.30.
tus: clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius: & arguaris inueniarisq; mendax. Demum apocalypsis vltimo capite terribiliter comminatur beatus Ioannes ijs: qui tentarint quippiam superaddere verbis domini. Contestor (inquit) omni audienti verba pro- Apoca.22.
phetiæ libri huius. Siquis apposuerit ad hæc: apponet deus super illum plagas, scriptas in libro isto. Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta. Verbis igitur diuinis quæ in sacra explicantur scriptura: nihil est addendum: tanquam ius diuinum, & necessarium ad credendum. ¶ Responsio. Per authoritatem geminam libri Deuteronomij & vnam prouerbiorum supra adductam, id solum prohibetur: ne verbis domini superaddamus aliquid, tanquam verbum dei ab eo dictum, quod non sit eius. Non tamen ex illis id recte colligitur: quod ipsemet deus prioribus suis dictis non addiderit postea alia, quæ verbo & non scripto ab eo habuerimus. quæ certe nos non addidimus: sed ipse fuit qui addidit. Multa siquidem eorũ quæ dicimus esse diuini iuris, & non scripta: a Christo apostolis sunt denũciata. Per authoritatẽ vero Apocalypsis, supra citatam, id solũ vetatur: ne libro Apocalypsis ostensæ beato Ioanni in Pathmos insula, aliquid addatur tanquam pars illius apocalypsis: quod tamen ipse

non scripserit nec addiderit. Et certum quidem est, ecclesiam idipsum ad vnguem obseruasse: nec superaddidisse quicquam extraneũ, tanquam partem libri illius. Quocirca per prædictam authoritatem non prohibentur acceptari aliæ reuelationes: ad eum librum nihil facientes, neq; traditiones apostolorum aut constitutiones ecclesiasticæ: nõ repugnantes sacris literis, sed adminicularię & adiutrices ad ea melius & expeditius agẽda, quæ in sacris literis continentur. ¶ Secundo sic Instant. Augustinus 2
in epistola quadam ad beatum Hieronymum, hãc præclaram scribit sententiam: quæ etiam in volumine decretorum, distinctione nona. capi.
Augustinus. ego solis. recitatur in hunc modum a Gratiano. Ego solis scripturarum libris qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre: vt earum nullum authorem aliquid errasse, firmissime credam. Si autem aliquid in eis inuenero quod videatur contrarium veritati: nihil aliud, q̃ mendosum codicem esse, vel non assecutũ interpretem quod dictum est, vel minime me intellexisse: non ambigam. Alios autem ita lego, quantalibet sanctitate vel doctrina polleant: vt non ideo verum putem, quia ita ipsi senserint. sed quia per alios authores, vel canonicas vel probabiles rationes: q̃ a vero non aberrant, mihi persuadere potuerũt. Ex quibus Augustini verbis colligitur: q̃ solum libris canonicis qui in biblia continentur, necesse sit fidem certissimam adhibere. non autem aliorum assertionibus: quæ extra scripturæ sacræ ambitum ponuntur. Et ita non æquo gradu tenenda sunt aliqua non scripta in biblia: cum ijs quæ ibidem plane exprimuntur. Consimiles autem prædictæ, sententias Augustini, in eundem tendentes scopum, etiam complusculas: recitat in loco supra dicto Gratianus. nona scilicet distinctione libri decretorum. cap. quis nesciat. cap. noli. & cap. neq;. ¶ Responsio. In prædicta authoritate, & cæteris, in eadem distinctione nona adductis: beatus Augustinus solum loquitur de sacra scriptura & eius libris, in comparatione ad alios libros, qui ab humanis authoribus ingenio humano & absque diuina reuelatione sunt æditi. quod ex ipso verborum eius contextu: in prædictis sententijs satis constat. Et idcirco per diuinam scripturam, in illis suis dictis Augustinus intelligit: quicquid per diuinam reuelationem habetur in ecclesia. siue id in biblia scriptum sit: siue extra eam repositum, & per traditionem apostolorum aut Christi viua voce communicatum. Hanc autẽ eius esse intelligentiam, eo ipso conuincitur: quod ipse sacer author omnino etiam tendat in veritatis hoc capite prolatæ sententiam. vt ex multis capitibus vndecimæ distinctionis decretorum: potissimum ex capi. ecclesiasticarum. dilucide constat. ¶ Tertio insistunt. 3
Extra illam scripturam nulla catholica veritas inuenitur: in qua omnis

veritas vtilis ad salutem habetur, & omnis falsitas inimica saluti, damnatur. Atqui secundum beatum Augustinum, in scriptura diuina, quicquid vtile est, inuenitur: & quicquid noxium fidei & bonis moribus, damnatur. Ergo extra sacram scripturam: nulla inuenitur veritas catholica. ¶ Respõsio. In illa beati Augustini sententia, quæ secundo hic assumitur loco, sacra scriptura non debet contracta & constricta ratione accipi solum pro ijs: quæ in libris canonicis scripturæ expressa sunt, & palam explicata. Sic enim a veritate esset aliena, prædicta Augustini propositio. Sed secundum generalem amplamq; significationem, est ibidem accipienda sacra scriptura: qua ambiat & complectatur omne ius diuinum, seu reuelationem ab ecclesia receptam vti diuinam. siue sit conscripta in corpore bibliæ: siue non, sed solo verbo tradita. Siquidem quia potissima & multo maior pars diuinarum reuelationum nobis cõmunicatarum, est exarata & scripto expressa in ipsa biblia: idcirco nomine sacræ scripturæ sancti authores comprehendunt etiam pauca diuinitus nobis indulta, quæ extra sacram scripturam & libros canonicos habemus: in eodem diuini iuris gradu. ¶ Quarto & hunc mouent cauillum. Non 4
minus sufficiens est pro fidelibus Christianis nouum testamentum vna cum veteri: q̃ fuit solummodo vetus testamentum pro Hebræis. Sed tota fides ad quam astringebantur Hebræi: fuit expressa in veteri testamento, & libris eius. Ergo etiam & tota fides ad quam de necessitate salutis obstringuntur Christiani: continetur in nouo & veteri testamento. Non igitur obligãtur vere fideles, ad aliquid credendum: quod in biblia non exprimitur, aut ex ea non potest recto consequio deduci. ¶ Respõsio. Si sumatur in tota hac ratiocinatione vetus & nouum testamentum: pro libris sacris veteris & noui instrumenti, expressisq; in illis, quemadmodum obiectantes videntur eas voces hic accipere: reijcienda est & repudianda propositio, secũdo loco hic assumpta. Tum quia per multum temporis decursum fuerunt patres antiqui sub veteri lege: antequam per Moysem esset descriptus Pentateuchus. Et tamen toto eo tempore obligabantur ad multa credenda & etiam agenda, quæ non erant scripto expressa in libris veteris legis: cum necdum aliqui extarent. Tum etiã, quia postquam scripti fuerunt etiam omnes libri, attinentes ad corpus & integritatem veteris testamenti: adhuc illius temporis fideles habuerũt alia nonnulla ad fidem & mores spectantia, ex ore prophetarum & antiquorum patrum sine scripto excepta: sed ab auis ad nepotes voce, verborumque communicatione transfusa, ad quæ nihilominus agenda vel credenda: ipsi obstringebantur. Et has traditiones sine scripto per sermonis transfusionem, nonnulli Cabalam hebraica voce nuncuparunt: siue lati-

Quid cabala na, receptionem. ꝙ a maioribus ſuis iuniores, illas traditiones receperint ſolo verbi cõmercio ſine ſcriptura. quemadmodum diligentiſſimi earum rerum indagatores, arcanorumq; linguæ Hebraicæ ac legis perſcrutatores: literarum monumentis tradiderunt. ¶ Demum poſtremo ſic inſurgunt in nos aduerſarij. Illud quod eadem facilitate cõtemnitur qua probatur: ad fidem catholicam minime ſpectat, nec debet inter veritates or-
Hieronymus thodoxas annumerari. At ſecũdum beatum Hieronymũ, quod ex ſcripturis ſacris authoritatem non habet: eadem facilitate contemnitur qua approbatur. Tale igitur: ad fidem catholicam nequaquam attinere putãdum eſt. Ea vero quæ in libris bibliæ canonicis expreſſa non ſunt: nõ habent a ſacris literis authoritatem. Talia igitur: cõtemnẽda ſunt, & nõ firmiter tenenda. ¶ Reſponſio. In propoſitione ſecundo loco aſſumpta, beatus Hieronymus ſacram ſcripturam ſecundum generalẽ & amplam accipit rationẽ: qua complectatur etiam omnia diuini iuris documenta, quæ reuelatione aut ordinatione diuinitus facta ſunt accepta a fidelibus: ſiue ſcripto expreſſa ſint, ſiue ſola verborum communicatione tradita. Quemadmodũ etiã in tertiæ obiectionis diſſolutione paulo ante dictũ eſt: beatum Auguſtinũ ſic accepiſſe ſacrã ſcripturã, in vna propoſitione ex eo ibidem adducta. Neq; beati Hieronymi mens eſt & ſentẽtia: ꝙ in authoritate hic ex eo citata, capiatur ſacra ſcriptura contracte, & ſecundum conſtrictam hanc rationem, qua ſolum complectatur libros canonicos exaratos ſcriptoq; relictos, & quæ in eis continentur. Nunq̃ enim ſentiret ipſe beatus pater: id contemptim eſſe reprobandum (vt ſuperiobus vtamur exemplis) ꝙ in auguſtiſſimo miſſæ ſacrificio, aqua vino miſceatur. aut ꝙ ſignaculo ſanctæ crucis fideles frontẽ inſigniant, aut ſymbolum legant apoſtolicum ea contemplatione, ꝙ ab apoſtolis conditum ſit, & ad nos ita traductum. Nullum tamen illorum, expreſſum eſt ſcripto in biblia: ſed aliunde ſcilicet verbo, eſt iam olim inductum.

¶ Eccleſiam habere authoritatem condendi leges: quibus contrauenientes, mortaliter peccant. Cap. VI.

Ontemptores eccleſiæ hæretici in tantam prorumpũt temeritatem: vt non erubeſcant oblatrare, ꝙ ipſa & eius prælati nullam prorſus habeãt authoritatem conſtituendi leges obligatorias in ſubditos. & ſi id ipſum tentauerint: nõ eſſe illis obediendũ. Vnde excuſſo omni diſciplinæ iugo: & ipſi feruntur pręcipites in omnẽ ſtatutorum eccleſiæ præuaricationem. & alios ad idem faciendum, tam verbo q̃ exemplo inducunt: vt multos ſecum habeant eccleſiaſticorum præceptorum tranſgreſſores. Porro ad occurrendum via doctrinæ, tam

exitiali malo: hęc proponitur in pręſẽtia veritas, ſine ambiguitate tenẽda. Eccleſia & eius prælati habent poteſtatem conſtituendi leges obligatorias in ſubditos: potiſſimũ vbi ſubeſt grauis & legitima cauſa. quibus & ipſi ſubditi debent obedire: ſi velint reatum mortalis peccati effugere.

1 ¶ Cuius prima pars, eo ipſo ante omnia conſtat: quod beatus Paulus Corinthiorum ſpiritualis pater & præpoſitus, conteſtatur ſe poteſtatem moderatricem in ipſos a domino accepiſſe: dicens. Nam & ſi amplius 2.Corin.10.
aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis dominus in ædificationem & non in deſtructionem veſtram: non erubeſcam. Et rurſum in eiuſdem epiſtolæ calce. Ideo enim hæc abſens ſcribo, vt non 2.Corin.13.
præſens durius agam: ſecundum poteſtatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem & nõ in deſtructionem. Sed & illud eiuſdem verbum ad Corinthios: in priore ad eos epiſtola. Quid vultis: in virga veniam ad 1.Corin.4.
vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis? nonne authoritatem apoſtolicam in Corinthios manifeſte prodit? Quid enim nomine virgæ, niſi poteſtatem ſeuere & aſpere caſtigandi delinquẽtes: & illius cum voluerit executionem, illic deſignat? Conſimili igitur ratione: & ipſa eccleſia & eius præſides, hanc ſortiuntur poteſtatem. ¶ Præterea. Chriſtus
2 beato Petro eccleſiæ moderationem committens: ait eidem. Paſce oues Ioannis.21.
meas. Id eſt, rege & guberna: doctrina & diſciplina. Paſtor autem dicendus non eſt: qui in ſuas oues nullam habet iubendi aut dirigendi authoritatem. Eſt igitur illis verbis, ipſi Petro & ſucceſſoribus eius collata a domino poteſtas: in fideles. Similiter beatus Paulus ad maiores natu eccleſiæ, verba faciens Mileti: ait. Attendite vobis & vniuerſo gregi: in Actuum.20.
quo vos poſuit ſpiritus ſanctus epiſcopos, regere eccleſiam dei: quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Rector autem: poteſtatem habet (ſi vere rectoris nomẽ ſortitur) in eos, quos regit. Habet igitur eccleſia & eius prælati
3 authoritatem: in ſuos ſubditos. ¶ Rurſum. In omni republica, ſupremi magiſtratus habent poteſtatem condendi leges neceſſarias & vtiles illis: qui ſubſunt ei reipublicæ, conducenteſq; ad tranquillitatem vitæ & ſalutem ſubditorum. vt conſtat aperte in republica regia: & cæteris ciuiliũ rerum publicarũ generibus. Eſt enim illa legum latio atq; poſitio: vnum ex præcipuis muneribus atq; officijs, ad moderatores alicuius totius communitatis ſpectantibus. Et tanti quidẽ momẽti: vt in Prouerbijs diuina ſapientia conteſtetur, ſe directrice & ductrice, rectas a legũ latoribus conſtitutiones fieri. Per me (inquit) reges regnant: & legum conditores iu- Prouerb.8.
ſta decernunt. Per me principes imperant: & potentes decernũt iuſtitiã. Igitur multo valẽtius & in republica eccleſiaſtica: ipſa eccleſia & primores eius habẽt etiã eam authoritatẽ condendi leges, animarũ ſaluti vtiles.

¶ Ad hęc. Rectores reipublicæ debẽt in cõmune conſulere omniũ ſub- 4
ditorum ſaluti: tam infirmorũ & imperfectorum, q̃ proborum & per-
fectorum, vt eos perducant ad finẽ ab ipſa republica cõſtitutum. Atqui
in republica tam ciuili q̃ eccleſiaſtica: multi ſunt imbecilles animo, atque
propenſi ad mala. in quæ ferrentur præcipites: niſi coercerentur timore
pœnarũ explicatarũ in ipſius legis latione, cõtra prẹuaricatores. Igitur ad
proſpiciẽdum ſaluti eorũ qui adhuc imperfecti ſunt & procliues ad de-
teriora: non ſatis eſt leges ponere exhortatorias & admonitorias ad bo-
num, quibus boni iuſti & probi alliciantur ad recte viuendum. ſed & ne-
ceſſarium eſt conſtituere leges præceptorias & obligatorias, cũ adiectio-
ne pœnarũ aut corporaliũ aut ſpiritualium quas incurrant ij, qui poſita-
rum legũ fuerint præuaricatores. Vt quos amor honeſti non impellit ad
legis datę obſeruationẽ: ſaltem metus pœnæ cõſtitutę cohibeat ab ipſius
legis tranſgreſſione. ¶ Adde, q̃ magiſtratus ciuiles, vt curia ſenatoria & 5
præfecti vrbium, habẽt poteſtatem a rege acceptam aliquid prohibendi
aut iubendi ſub pœna mortis corporalis: vt ſuſpendij, aut obtrũcationis
capitis. At quemadmodum illi habent poteſtatem ſuper corpora huma-
na: ita præſides eccleſiaſtici ſuper animas, vt eas dirigãt ad ſalutem æter-
nam. Igitur valentiore iure aut ſaltem æquo: habẽt eccleſiaſtici principes
ac proceres poteſtatem quippiam cõſtituendi ſub pœna mortis animæ,
atq̃ peccati mortalis: quod incurrat præuaricator ordinatę legis. Sed nõ-
Rcma.1. ne Paulus in primo ad Romanos cap. inter improbos multos, illic enu-
merat & parentibus inobedientes? Ex quo recte conficitur: filios obli-
gari ad obediendum parentibus, etiam in ijs quæ non ſunt expreſſe iuris
diuini. Prẹlati autẽ, iure diuino ſunt ſubditorũ parentes, vt cõſtat ex illo
1. Corin.4. Pauli verbo ad Corinthios. Nã ſi decem milia pædagogorũ habeatis in
Chriſto, ſed nõ multos patres. Nam in Chriſto Ieſu: per euãgelium ego
vos genui. Igitur ſubditis poſſũt iubere. ¶ Huic accedit, q̃ in canonibus 6
apoſtolorum & cæterorũ conciliorũ ſparſim poſitis in volumine decre
torũ: multa inueniuntur præcepta aut vetita ſub pœna anathematis, quã
incurrunt illorum tranſgreſſores. Vt in eiuſdem libri diſtinctione trice-
ſima, non pauca ponuntur capitula, continentia canones cõcilij Gangren
ſis: in quorũ ferme ſingulis ponitur ad calcem, anathema ſit. ad deſignan
dum: eos omnes canones decernere anathematis cenſuram in eos, qui fe-
cerint ea quæ canones illi prohibẽt. Excommunicatio autem eccleſiaſti-
ca non infertur legitime: niſi pro peccato lethali, cui eſt annexa contuma
cia. Igitur in omnibus illis decretis: aliquid iuſſum eſt aut vetitũ ſub pœ-
na peccati mortalis. Et quoniã a principio naſcentis eccleſiæ: hunc vſum
noſcitur eccleſia ſemper obſeruaſſe, q̃ aliquid prohibeat aut iubeat ſub

pœna excommunicationis: qui negat eccleſiam poſſe aliquid conſtituere
obligatoriũ ſub pœna peccati lethiferi, cuius reatum cõtrahant prẹuarica
tores: omnem excõmunicãdi authoritatẽ ſuſtollit ab eccleſia. Quam ta-
men conſtat ipſi eccleſiæ a Chriſto collatam eſſe, præſertim ex illo Chri
ſti verbo ad Petrũ & cæteros apoſtolos: de fratre contumace. Si autẽ ec- Matthęi.18.
cleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vo
bis, quæcunq̃ alligaueritis ſuper terrã: erunt ligata & in cælo. & quæcũq̃
ſolueritis ſuper terram: erũt ſoluta & in cęlo. Q̃ autem alligare, ibi obli
gationẽ importet: patet ex illo Chriſti verbo apud Matthęum de ſcribis
& Phariſæis. Alligant onera grauia & importabilia. id eſt obligant ad ea Matthęi.23.
7 ferẽda. ¶ Inſuper. In veteri teſtamento plærũq̃ legimus, principes & du-
ces aut proceres ſynagogæ quicq̃ conſtituiſſe faciendum aut prætermit-
tendum: etiã ſub interminatione grauis pœnæ in tranſgreſſores, quod ta
men ante nunq̃ cõſtitutum fuerat. Vt in expugnatione vrbis Hiericho, Iosue.6.
prohibuit Ioſue dux populi Iſraelitici: ne quiſq̃ de exercitu aliquid ſibi
vendicaret de præda aut ſpolijs vrbis, ſed omnia conſecrarẽtur domino.
Cuius quidem decreti prẹuaricator Acham filius Charmi, ſorte deprehẽ
ſus vt iuſſerat dominus: lapidibus a toto populo eſt obrutus, & omnis Iosue.7.
ſubſtantia domus eius igne conſumpta. Idem quoq̃ fortiſſimus populi
dei princeps, reẹdificationẽ vrbis Hiericho vetuit ſub grauiſſima pœna:
his verbis. Maledictus vir corã domino: qui ſuſcitauerit & ædificauerit Iosue.6.
ciuitatem Hiericho. In primogenito ſuo fundamenta illius iaciat: & in
nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Quam ſane pœnam legitur in-
curriſſe longo poſt tempore (cum ſcilicet iam penes reges: eſſet regimen
populi Iſrael) ipſe Ahihel de Bethel, perſenſiſſeq̃ in liberorum ſuorum 3. regum.16.
omnium interitu imprecationem a Ioſue viro dei factam: q̃ tentauerit
reædificare ciuitatẽ Hiericho. Cur igitur non eandem habebit poteſtatẽ
8 eccleſia ſancta: cũ ea facultas tẽpore ſynagogæ fuerit in vſu? ¶ Præterea.
cũ poſt reditũ de captiuitate Babylonica, cõuocandus eſſet omnis popu-
lus reuerſus ex tranſmigratione, ad ſeparãdas a cõſortio Hebræorũ mu-
lieres alienigenas, quas ante duxerant vxores: indicta eſt huiuſmodi cõuo
catio ſolenniter, & ſub graui pœna in eos, qui die conſtituto nõ adeſſent
illi cœtui. vt circa finẽ primi libri Eſdræ: narrat ſacra illa hiſtoria in hunc 1. Eſdræ.10.
modũ. Et miſſa eſt vox in Iuda & Hieruſalẽ, omnibus filijs tranſmigra
tionis: vt congregarentur in Hieruſalem. Et omnis qui nõ venerit in tri
bus diebus iuxta conſiliũ principum & ſeniorũ: auferetur vniuerſa ſub-
ſtãtia eius, & ipſe abijcietur de cœtu trãſmigrationis. hæc ibi. Ecce grauẽ
pœnam decretam in neglectores ſtatuti: a ſenioribus ſynagogæ defini-
ti. Cur igitur & ipſi proceres eccleſiæ nõ habebunt authoritatẽ quippiã

ordinandi ſub cõmination pœnæ: cum ſit hæc longe q̃ illa pręſtantior?
Iudith.13. ¶ Inſuper. Dies victoriæ Iudæorum contra Aſſyrios, per Iudith ſpecta- 9
bilem viduã, Holofernis principis militię obtruncatricẽ procuratę: con-
ſtitutus eſt quotannis debere celebrari a Iudæis in hymnis & canticis ac
laudibus dei, in monumentum illius liberationis. Quemadmodum ſatis
Iudith.16. inſinuant hęc poſtrema verba: libri Iudith. Dies autem victoriæ huius
feſtiuitatis: ab Hebręis in numero ſanctorũ dierũ accipitur. & colitur a
Iudęis: ex illo tempore vſq; in pręſentem diem. Huiuſmodi autem cõſti
tutio diei feſtæ celebrandę ſingulis annis: nõ a deo proxime facta eſt, ſed
a ſenioribus populi & rectoribus ſynagogæ. Ergo conſimili immo po-
tiore ratione, eccleſia poteſt diem aliquem feſtum deinceps celebrãdum
inſtituere: qui ante non fuerat inſtitutus, & leges eiuſmodi generis de no
Heſter.3. uo decernere. ¶ Rurſus. Cũ Mardochęus & cæteri Iudæi habitantes in 10
Suſis, grauiter eſſent conſternati propter impios conatus ipſius Aman,
Iudęis omnibus exitium & internicionẽ parantis: retuliſſentq; rem om-
Heſter.4. nem ad Heſter reginam merito cõmendabilem, ipſa triduanum ieiuniũ
indixit Mardochęo & Iudęis manentibus in Suſis: & orationem pro ſe
fieri petiuit: vt deus dirigeret cor eius & conſilium, ad liberationem ſui
2.Para.20. populi. Simile quiddam in ſecũdo libro Paralipomenon legitur de Ioſa-
phat rege Iuda, q̃ attonitus multitudine hoſtiũ cõtra ſe bella parantium:
totum ſe contulit ad rogandum dominum, & prędicauit ieiunium vni-
uerſo Iſraeli. Quod & rex Niniuitarum factitaſſe etiã ſcribitur, ad auer
Ionæ.3. tendam dei indignationẽ a ciuitate ſua: quam ex prædicatione Ionę pro-
phetæ, propediem ſubuertendam audierat. Ecce regina laudabilis, ecce re
ges & principes, tempore ſynagogæ poteſtatem habuerunt indicendi ie-
iunium ſuis ſubditis: ob rationabilem & legitimam cauſam. Eandem ta-
men poteſtatem non habet eccleſia, nec primores eius: ſi hęreticorum pla
citis adhibere fidem volumus. Immo vero tanto auguſtiorem habet au-
thoritatem decernendi ieiuniorũ leges eccleſia cũ ſuis proceribus: quan-
to ipſa, dignitate ſynagogam antecedit. ¶ Sed neq; id prætereundum, q̃ 11
dies liberationis Iudęorum ab exitio illis per Aman intentato: iuſſus eſt
Heſter.9. deinceps quotannis cum celebri ſolennitate peragi. Nempe in libro He-
ſter cap. nono legimus. Scripſit itaq; Mardochęus omnia hæc: & literis
comprehenſa miſit ad Iudęos qui in omnibus regis prouincijs moraban
tur, tam in vicino poſitis q̃ procul. vt quartamdecimam & quintamdeci
mam diem menſis Adar, pro feſtis ſuſciperent: & reuertente ſemper an-
no, ſolenni celebrarent honore. In decimoſexto autẽ eiuſdem libri He-
ſter capite, vbi regio etiam edicto præcepta eſt eiuſdem ſolennitatis cele-
bratio: exprimitur grauis pœna in diplomate regio, inferenda contem-

ptoribus huius edicti, in hunc modum. Omnis autem prouincia & ciui- Heſter.16.
tas, quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps: gladio & igne pereat.
& ſic deleatur: vt nõ ſolum hominibus, ſed etiam inuia beſtijs ſit in ſem-
piternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ. Hæc ibi. Quid ad
hæc hiſcere poterũt aduerſarij, aut obtendere: quo minus admittant, pe-
nes eccleſiam eſſe poteſtatem condendi nouas leges? cum videant apud
12 Hebræos facultatem fuiſſe: inſtituendi nouas ſolennitates. ¶ Conſimile
huic eſt: quod in primo libro Machabæorum legitur de feſto dedicatio-
nis altaris templi Hieroſolymitani, a Iuda Machabæo, fortiſſimo diuinę 1.Macha.4.
legis propugnatore inſtaurati. Et ſtatuit (inquit) Iudas & fratres eius, &
vniuerſa eccleſia Iſrael: vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus
ſuis, ab anno in annũ per dies octo, a quinta & viceſima die menſis Caſ-
leu: cum lętitia & gaudio. De eodem quoque dedicationis altaris feſto:
rurſum fit mentio in ſecundi libri Machabæorum capite decimo, hoc 2.Macha.10.
modo. Et cũ lętitia diebus octo egerunt: in modũ tabernaculorũ. Et de-
creuerũt cõmuni præcepto & decreto vniuerſę genti Iudæorũ: omnibus
annis agere dies feſtos iſtos. Deinceps in primi libri Machabæorũ capite
decimotertio narrat hiſtoria, q̃ poſtq̃ Iudæi a iugo gentiũ erepti fuere: 1.Macha.13.
ſummus ſacerdos princepſq; Iudæorũ Simon Machabæus, intrauit ar-
cem Hieruſalem cum canticis & hymnis. Et cõſtituit (inquit) vt omni-
bus annis agerentur dies hi cum lętitia. Demum in ſecundi libri Macha-
bæorum capite decimoquinto & poſtremo, poſtq̃ deſcriptus eſt interi-
tus Nicanoris principis hoſtium: qui vrbi Hieroſolymitanæ & templo
ſancto minitatus fuerat exterminium, ſubiungit loci illius hiſtoria. Itaq; 2.Macha.15.
omnes communi conſilio decreuerũt: nullo modo diem iſtum abſq; ce-
lebritate præterire. Habere autem celebritatem decimatertia die menſis
Adar: quę dicitur voce Syriaca, pridie Mardochęi die. Hæc ibi. Ex qui-
bus omnibus aperte liquet, multos dies feſtos humana tantũ conſtitutio-
ne, apud Machabæos eſſe decretos vt celebrarentur: qui tamen ante non
fuerant ordinati. Cur igitur non poterit conſimilem celebrandorum fe-
ſtorum legem ferre eccleſia, & eius rectores ſupremi: ſiquãdo opportu-
nitas occurrerit? Sed ſatis ſuperq; priori parti, datæ veritatis, immorati
ſumus: vt eam rationibus muniremus. Nunc ad poſteriorem eiuſdem
1 partem: tranſeundũ. ¶ Itaq; ſecunda propoſitæ circa capitis huius prin-
cipium veritatis pars, vtpote q̃ ipſi eccleſiæ & prælatis eius, ſubditi debẽt
obedire: ſi velint reatũ peccati mortalis effugere, primũ probatur. quo-
niam diuino præcepto iubentur omnes patrem & matrem honorare: nõ Exodi.20.
tantum parẽtes ſecundũ carnem, ſed & multo magis ſecundũ ſpiritum.
iuxta illud beati Pauli dictũ in epiſtola ad Hebræos. Deinde patres qui- Hebr.12.

dem carnis noſtræ,eruditores habuimus:& reuerebamur eos. Nõ mul-
to magis obtemperabimus patri ſpirituũ:& viuemus? Præpoſiti autem
eccleſiaſtici, patres ſunt noſtri ſpirituales: curam diſciplinæ & directio-
nis ſedulo nobis impendentes. Ipſa vero eccleſia ſancta:eſt mater noſtra
ſecundum ſpiritum. quoniam regenerauit nos Chriſto ex aqua & ſpiri-
tu ſancto: ſalutariaq; ſacramentorum remedia ſubminiſtrare nobis non
deſinit. Vtriq; igitur horum parentum ſpiritualium:obedientiam exhi-
Deutero. 17. bere,diuino iure debemus. ¶ Secundo. In Deuteronomio præcepit do- 2
minus obediendũ eſſe ſacerdotibus Leuitici generis,faciendumq; quod-
cunq; dixerint:& ſequendam eorum ſententiam,nec declinandum ab ea
Ibidem. ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Mox continuo ſubiũgit. Qui autem ſu-
perbierit,nolens obedire ſacerdotis imperio,qui eo tẽpore miniſtrat do-
mino deo tuo:ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum
de Iſrael. cunctuſq; populus audiens timebit:vt nullus deinceps intume-
ſcat ſuperbia. Hæc ibi. Q; ſi tam diſtricta debebatur obedientia ſacer-
doti Leuitico:nõne tanta vel maior debetur euãgelico ſacerdoti? Quam
qui denegauerit inſolẽter:incurret mortẽ animæ. quemadmodũ Aaro-
nico ſacerdoti rebellis:mulctabatur morte corporis. ¶ Tertio. Idem ex 3
Matth. 18. euangelio etiam dilucide cõſtat:in quo præcepit Chriſtus,ſi peccans fra-
ter nec arguentem ſecreto fratrem audierit, nec ſecundo loco adhibitos
duos aut tres teſtes: demum eſſe dicendum id crimen & denũciandũ ec-
cleſiæ. Q; ſi eccleſiam(inquit)non audierit:ſit tibi ſicut ethnicus & pu-
blicanus. Id eſt,per excõmunicationem ſegregetur a cæterorum conſor-
tio & cõmunione: vt vel ſic erubeſcens reſipiſcat. Vbi ex magnitudine
grauitateq; pœnæ infligendæ,haud obſcure colligere poſſumus:q̃ graue
ſit malum, inobedientia in eccleſiam. ¶ Quarto. Apud Lucam domi- 4
nus noſter diximſſe legitur diſcipulis ſuis, & in eorum perſona omnibus:
qui in gubernatione eccleſiæ conſimilem cum ipſis ſortituri eſſent ad-
Luce. 10. miniſtrationẽ. Qui vos audit:me audit. & qui vos ſpernit: me ſpernit.
Qui autem me ſpernit: ſpernit & eum qui miſit me. Ex quibus verbis
cõficitur,obedientiã quæ eccleſiæ & eius prępoſitis exhibetur:ipſi quoq;
Chriſto exhiberi. & inobedientiam in eccleſiã ac eius rectores:in ipſum
quoq; Chriſtum(cuius ſunt miniſtri & diſpenſatores) redundare ac re-
torqueri. ¶ Quinto. Apud Matthænm dominus noſter,de ijs qui præ- 5
Matth. 23. ſunt aliorũ directioni in ſynagoga vel eccleſia,loquens:ait. Omnia quæ-
cũq; dixerint vobis:ſeruate & facite. Secundum opera vero eorum:no-
lite facere. Dicunt enim:& non faciũt. Quod poſterius adiecit,de prauis
ac peruerſis loquẽs præpoſitis:quorũ non ſunt imitanda opera,attamen
exequenda præcepta:modo iuſta ſint & rationabilia. Cur autem tam ſi-

gnanter duas dictiones,vniuerſalitatis notam includentes,connectit in
priore parte datæ ſententiæ dominus:niſi vt inſinuet ſuperioribus eſſe
6 obediendum in omnibus,quæ diuino præcepto nõ repugnant? ¶ Sexto.
Beatus Paulus Romanos ad obedientiam ſublimioribus præſtandã ex-
hortans:ait inter cætera. Non eſt poteſtas:niſi a deo. Quæ autem ſunt a Roma. 13.
deo: ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit.
Qui autẽ reſiſtũt:ipſi ſibi damnationem acquirũt. Quo poſtremo ver-
bo deſignat eos qui rebellant poteſtati:grauis culpæ(quæ dãnationẽ me-
reatur)reatũ incurrere. Et paulo poſt ſubiungit ibidem. Ideoq; neceſſi- Ibidem.
tati ſubditi eſtote:non ſolum propter iram,id eſt pœnam quæ inobedi-
enti a poteſtate irrogetur. ſed etiã propter conſcientiã. quę etiam ſi nul-
la inferretur pœna:lęditur reatu inobedientiæ,quoniam diuino iure ob-
ſtringuntur omnes: ad morem poteſtatibus gerendũ. Et q̃uis hæc apo-
ſtoli verba, de ſeculari poteſtate præſertim dicantur: non minus tamen
7 habent veritatis pondus,ſi etiã de ſpirituali poteſtate accipiantur. ¶ Se-
ptimo. Ad Hebræos ſcribens idem apoſtolus: poſtq̃ præmiſerat. Me- Hebræ. 13.
mentote præpoſitorum veſtrorum: qui vobis locuti ſunt verbum dei.
vt de ſpiritualibus prępoſitis ſe loqui deſignet: haud multo poſt ſubiũ-
git de ijſdem. Obedite præpoſitis veſtris:& ſubiacete eis. Ipſi enim per- Ibidem.
uigilant:quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. vt cum gaudio
hoc faciant:& non gemẽtes. In quibus verbis perſpicue & abſq; verbo-
rum ambagibus exhortatur Hebræos fideles: ad obedientiam & ſubie-
ctionem prælatis ſuis impendendam. q̃ illi peruigilem gerant curam ac
8 ſolicitudinem:de ſalute animarum ſuorũ ſubditorũ. ¶ Octauo. Beatus
Petrus in prima ſua epiſtola canonica: ad obediẽtiam fideles exhortans, 1. Petri. 2.
ait. Subiecti eſtote omni humane creaturę:propter deũ. Siue regi:quaſi
pręcellenti,ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſſis:ad vindictam malefactorum,
laudem vero bonorũ. Et paucis interiectis, ſubiũgit. Serui,ſubditi eſto-
te in omni timore dominis:non tantum bonis & modeſtis, ſed etiã di-
ſcholis. Quæ quidem ſententię,tametſi primum intelligendę ſint de ſe-
culari poteſtate: & de ſeruis itidem, conditione ſeruili ad dominos ſuos
habitudinem ſortitis. attamen ſecundo loco de ſpirituali poteſtate intel-
lectæ,& de ſubditis eccleſiaſticorum prælatorum principatui:nõ mino-
rem habent veritatis locum & authoritatem. Ex quibus aperte colligi-
tur,præpoſitis eccleſiaſticis etiã ſi peruerſam agant vitam:parendũ eſſe.
1 ¶ Verum contra hæc inſurgunt aduerſarij:obiectãtes primum id quod
ſcribitur Deuteronomij quarto capite. Non addetis ad verbũ quod vo- Deutero. 4.
bis loquor: nec auferetis ab eo. Similiter & illud Deuteronomij duode-
cimo capite dictum. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito: nec addas Deutero. 12.

quicq̃ nec minuas. Ex quibus cõtendũt recte cõfici: q̃ diuinis præceptis nõ poteſt eccleſia ſuas ſuperaddere leges. ¶ Reſpõſio. Diuinis ſcripturis nihil addẽdum eſt, quod ſit ſuperfluũ: aut quod corrũpat, diſtorqueatve, aut deprauet earũ ſenſum. Poſſunt tamẽ illa adiungi: quæ promouent & adiumentũ præſtant ad ſacras literas apertius intelligẽdas, earũq̃ ſenſum dilucidiorẽ reddunt. Quales ſunt interpretationes ſanctorũ patrũ: & explanationes in eaſdẽ. Haud aliter dei præceptis adiũgi poſſunt eccleſiaſticæ traditiones: quoniã illis nõ aduerſantur, ſed maxime cõſentiunt, & adminiculariæ ſunt: vt expeditius atq̃ commodius ipſa a nobis compleantur. Porro illis duobus ex Deuteronomio nũc adductis locis: paulo ante in vnius obiectionis dilutione adhibita eſt alia reſponſio. Sed & hæc nũc aſſignata: nequaq̃ impropria eſt, aut incõgrua rei propoſitæ.

Cap. 5. in reſponſione ad primam obiectionem.

¶ Secũdo inſtant. Lex euãgelica in ſe perfecta eſt: & ſufficiens ad ſalutẽ animæ procurandã. Quod autẽ perfectũ eſt: illi non debet vlla fieri additio. Nequicq̃ igitur & fruſtra addũtur ei eccleſiaſticæ conſtitutiones: tam diſtricta obligatione ſubditis impoſitæ. ¶ Reſpõſio. Perfecta quidem eſt lex euãgelica, immo omniũ perfectiſſima: eo quo tradita eſt modo. Sed quoniã ſermonibus vtitur vniuerſalibus, quæ ad actiones humanas dirigẽdas minus ſunt accõmodæ: operæpreciũ fuit per eccleſiaſticas ſanctiones explicatione magis particulari determinare modũ, tẽpus, locum, perſonas, & cæteras circũſtantias ſpeciales: quæ ad legis euangelicæ completionẽ ſunt obſeruandę. Quemadmodum lex euãgelica dicit, deo eſſe ſeruiendum: impendendũq̃ honorẽ. Eccleſiaſtica autẽ præcepta explicant particulatim modũ, quo exhibẽdum eſt deo obſequium: vtpote per auditionẽ miſſæ die dominico. Similiter lex euãgelica præcipit vnicuiq̃ q̃ abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ domini, eũq̃ ſequatur. Eccleſiaſticæ vero leges declarant ſpecialius viã ac rationẽ: qua quis ſeipſum abneget, caſtigatione ſcilicet corporis per ieiunia quadrageſimalia: & alia, per anni circulũ cõſtituta. ſimiliter & per abſtinentiã a carnibus: ſtatis determinatiſq̃ hebdomadæ diebus. Quocirca eccleſiaſticæ leges non reddũt imperfectã legem euangelicã: ſed eam multo amplius perficiũt, cũ exprimunt quomodo ipſa ſit cõplenda. ¶ Tertio ita inſiſtunt. Apud Matthæum a domino dictum eſt. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Vbi de diuinis loquitur mandatis, non humanis: innuẽs illorum obſeruationem ſufficere ad vitam æternam conſequendam. Et legiſperito enumeranti præcepta decalogi: apud Lucam dominus reſpõdit. hoc fac: & viues. Non igitur neceſſariæ ſunt aut vtiles eccleſiaſticæ leges: hominum ſaluti. ¶ Reſponſio. Leges omnes eccleſiaſticæ comprehenduntur ſub vno dei mandato generali: quo præcepit deus eſſe obediendum ſuis

Matth. 4.

Matth. 16.

Matth. 19.

Luce. 10.

ſuperioribus. licet particularis illarum ſanctionũ eccleſiaſticarum materia: nõ exprimatur peculiariter per aliquod decalogi præceptum. Siquidem cum homo alteri in directione præpoſitus, aliquid illi iuſte præcipit, licet idipſum nullo mandatorum dei particulatim iubeatur: ipſe tamen ſubditus obligatur ad obediendũ ſuo prępoſito, etiam diuino mandato, illo ſcilicet generali: quo iuſſit dominus obediendum eſſe maioribus. Et ita conſtitutiones eccleſiaſticæ nõ exorbitant a diuinis pręceptis: ſed ad earum obſeruationem aſtringũtur ſubditi illo vno dei præcepto, per beatum Paulũ expreſſo. Obedite præpoſitis veſtris: & ſubiacete eis.

Luce. 10.

Matth. 23.

Hebræ. 13.

4 ¶ Quarto ſic obiectant. Primitiua eccleſia tantis legum, quæ nunc ſunt in vſu, conſtitutionibus non fuit onerata: quantis nũc cernitur grauata. Enimuero actuũ decimoquinto capite: legitur hoc apoſtolicũ decretũ. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis: nihil vltra vobis imponere, q̃ hęc neceſſaria. vt abſtineatis a fornicatione, ab idolothytis, a ſuffocato, & ſanguine. Non recte igitur poſtea: tot leges eccleſię ſunt additæ. ¶ Reſpõſio. Decretum illud apoſtolicum, tantum ad eam ſpectabat legalium rituum materiam: quæ fuerat agitata in illo apoſtolorum concilio. Manifeſtum eſt autẽ, præter illa inibi expreſſa: & alia multa per canones apoſtolorũ fuiſſe conſtituta, quæ tempore etiam primitiuæ eccleſiæ obſeruabantur. Et q̃uis ea tempeſtate, paucæ admodũ erant eccleſiaſticæ ſanctiones ſuperadditæ: quoniam tamen poſtea per longum temporis decurſum multæ morũ corruptelæ ſubintroductæ ſunt in eccleſiam, & nouis morbis adhibẽda erant noua antidota atq̃ remedia: operępreciũ fuit ad occurrendum malis de nouo emergentibus, multiplicari eccleſiæ ſtatuta.

Actuum. 15.

5 ¶ Quinto inſurgunt aduerſarij. Per Eſaiam conqueritur dominus deus de ijs, qui ſtudioſius obſeruant humana mãdata: his verbis. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me: docentes doctrinas & mandata hominũ. Quod quidem verbum propheticum adducit Chriſtus apud Matthæum: cõtra ſcribas & phariſæos. Igitur traditiones omnes humanę: ſunt abijciendæ. ¶ Reſponſio. Dominus per prophetam in verbis ſupra dictis, & Chriſtus in euãgelio, loquũtur duntaxat de traditionibus humanis: quæ ſunt iniquę, & aduerſantur diuinæ legi. Quales erant traditiones phariſæorum: annitentium inter cætera perſuadere populo, q̃ ſatius eſſet filium impendere bona ſua, opes & ſubſtantiam, in oblationes templi: q̃ illa accõmodare in ſubleuationem ſuoruum parentum neceſſitate oppreſſorũ. Quę quidem doctrina, ad aucupium multiplicationis oblationum in templo adinuenta, in commodum illorum qui præerant miniſterio templi: erat iniqua ac peruerſa, & diuinæ legi de honorandis parentibus: penitus

Eſaiæ. 29.

Matth. 15.

Ibidem.

contraria. Quemadmodum ipſe Chriſtus in euangelio, ſcribas & phariſæos dure increpitans: obiecit eis. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei: propter traditionem veſtram? At vero leges eccleſiaſticæ, non ſunt aduerſæ præceptis dei: ſed maxime conſentaneę, promouentes ac prouehentes fidelium animos ad mandata dei facilius exequenda: & ſupra modum adminiculariæ ad expeditiorem illorũ completionem. Idcirco de pręceptis eccleſiaſticis: nec ipſe propheta, nec Chriſtus loquitur.

Matth. 15.

¶ Sexto nobis aduerſarij aliquos ſcripturę ſacrę locos ingerunt: quibus 6
ſuum confirment propoſitum. Vt illud beati Pauli verbum: ad Corinthios. Vbi ſpiritus domini: ibi libertas. Illud item dictũ eiuſdem: ad Galatas. Si ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Et deniq; id eiuſdem verbũ: ad Timotheum. Iuſto non eſt lex poſita: ſed iniuſtis. Ex illis (inquiunt) recte colligitur: eos qui ſpiritu ſancto aguntur, liberos eſſe ab iſtis traditionibus humanis: neq; ſubiectos eſſe legibus eccleſiaſticis. ſed eas tantummodo propter imperfectos eſſe poſitas: & non propter eos, qui iam iuſti & perfecti euaſerunt. ¶ Reſponſio. Prima adductarum ex beato Paulo ſententiarum: de libertate a lege Moſaica, & de libertate a peccato debet intelligi. Vtranq; enim illarum libertatum: præſtat ſpiritus ſanctus ei, in quo manet. Non autem debet intelligi prædicta apoſtoli ſententia: de libertate & abſolutione a pręceptis dei, aut eccleſię. Quantũlibet enim perfectus & ſpiritu ſancto plenus euaſerit homo: adhuc manet obligatus ad obſeruanda dei mandata, & eccleſiæ præcepta. Secunda vero apoſtoli, prius citata ſentẽtia: de lege Moſaica tantummodo debet intelligi. a cuius iugo & ſubiectione liberantur: qui ſpiritu ſancto ſub lege euangelica ducũtur. Idcirco prædicta authoritas: nihil conficit aduerſus propoſitum noſtrum. Demum tertia beati Pauli ſententia, in præſenti obiectione adducta: intelligenda eſt de lege coactiua, & quæ timore pœnę coerceat hominem a malo, & ad bonũ agendum impellat. Talis enim lex: iuſto non eſt poſita. quandoquidem vir iuſtus non metu pœnæ: ſed amore iuſtitiæ declinat a malo & facit bonum. Non autem accipiẽda eſt prædicta Pauli authoritas: de lege directiua. quoniam quantumlibet iuſtus fuerit homo, q̃diu in huius vitæ degit incolatu: indiget lege directiua, & diuina quæ decalogi præceptis cõtinetur: & humana, quæ eccleſiaſticis decretis, quantum ad animæ directionem, comprehenditur. Non itaq; ſolum pro imperfectis, vt ſentiũt hæretici: ſed & pro ijs qui apicem perfectionis attigerunt, poſitæ ſunt eccleſiaſticæ conſtitutiones. & ad eas obſeruãdas: tam hi q̃ illi arctius aſtringuntur. Quod ſiquis pertinacius inficiari pergeret: is Begardorum & Beguinarum errori peſtifero iam olim damnato, plane aſtipularetur.

2. Corin. 3.
Gala. 5.
1. Timo. 1.

¶ Eccleſiam habere authoritatem obligandi ſubditos: etiam in ijs, quæ non ſunt expreſſe poſita in ſcriptura. Cap. VII.



Ontendũt inſuper hæretici inter cætera ſua praua dogmata: eccleſiam non poſſe quempiam obligare ad ea, quæ in ſacris literis aperte nõ ſunt expreſſa: ſed ad illa dũtaxat, quæ ibidem ſunt palam deprompta. Hinc ad quadrageſimæ ieiunium & quatuor temporum, & cætera ieiunia religioſe indicta, ad abſtinẽtiam itidem a carnibus, aliquot hebdomadæ diebus: fideles ab eccleſia non poſſe obſtringi clamitant. q̃ hæc ipſa: in toto ſacrorũ eloquiorũ ambitu expreſſa non contineantur. Cõtra quorum improbam aſſertionẽ, hæc proponitur veritas: in hoc capite monſtranda.

Eccleſia dei authoritatem habet obligandi fideles ad aliquid: etiam in ijs, quæ non ſunt expreſſa in ſacra ſcriptura. Cui quidem ordinationi contrauenientes: peccati mortalis reatum incurrunt ac contrahunt.

1 ¶ Ad quam comprobandam: vtamur primum, vt firmo præſidio, exemplo ſanctorum apoſtolorum. qui in ſuo concilio Hieroſolymitano, tanq̃ neceſſaria ad ſalutem conſtituerunt fidelibus a gentilitate conuerſis: q̃ abſtinerent ab idolothytis, a ſuffocato & ſanguine. Attamen illa præcepta non continebantur in euangelio: nec in aliqua parte ſcripturæ tunc ædita. Cur igitur poſterioribus ſeculis eccleſia nõ habuit etiam poteſtatẽ obligãdi ſubditos cum interminatione pœnæ: ad aliquid quod in ſacra ſcriptura nõ continetur? Nunquid poſterius facta eſt minor eccleſiæ poteſtas: q̃ prius fuerat? aut nunc inferior eſt: q̃ tempore apoſtolorũ
2 extiterat? ¶ Præterea. Cum beatus Paulus nõnulla tradiderat præcepta, in ſcripturis ante non expreſſa: fidenter adiecit. Siquis videtur propheta eſſe aut ſpiritualis: cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia domini ſunt mãdata. Et cum alio in loco ſuarum epiſtolarum docuiſſet mulieres velato capite orare debere: viros autẽ nudato, quod tamen ante nulla expreſſerat ſcriptura. vt occluderet ora aduerſantium huic rectæ conſtitutioni: ſubiecit. Siquis autem videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem non habemus, neq; eccleſia dei. Certe apoſtolus quæ ordinarat extra cõtenta in ſcriptura: non dubitauit appellare præcepta dei. Et paratis contradicere ijs quæ ſic ordinarat, obiecit eccleſiæ conſuetudinem: tanq̃ habentem maximum pondus & momentũ authoritatis. Huius igitur exemplo: habet profecto eccleſia poteſtatem etiam ea ſtatuendi, quę non
3 exprimũtur in ſcriptura. ¶ Confirmat eandem ſententiam beatus Dionyſius Areopagita: in primo capite ſuæ eccleſiaſticæ hierarchiæ, dicens. Subſtantia enim ſacerdotij noſtri, ſcriptura ſacra eſt: nobis diuinitus tra-

Actuum. 1.
1. Corin. 14.
1. Corin. 11.
Ibidem.
Dionyſius Areopagita.

dita. Porro huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus: quæq; a beatiſſimis patribus noſtris, a quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus, in ſanctis ac theologicis commendata ſunt libris. ac præterea quæq; ab eiſdem ſanctiſſimis viris, ſacratiore ac purgatiore, & propinqua quodam modo cæleſti hierarchiæ doctrina: ſancti duces ac pręceptores noſtri didicerũt, & ex animo in animum, medio intercurrente verbo: corporali quidem, ſed quod carnis penitus excedat ſenſum, ſine literis tranſfuſa ſunt. Hæc Dionyſius. Inter illa autem, quæ verbi miniſterio ſine ſcriptura ſunt ex apoſtolis ad poſteriores traducta: haud dubiũ eſt multa fuiſſe ad fidem & mores ſpectantia, quæ eccleſia in vniuerſum obſeruari cõſtituit. Habet igitur ipſa authoritatem: aliqua extra ſcripturam decernendi. ¶ Insuper idem ſacratus author in prædicto libro ſuo de eccleſiaſtica hierarchia: multas enumerat cærimonias & ritus, in primitiua eccleſia obſeruari ſolitos in adminiſtratione ſacramentorũ eccleſiaſticorũ. vt baptiſmi, euchariſtiæ, confirmationis: & pro illa, confectionis ſacri vnguenti: ordinis, & cæterorum. Qui quidem ritus: in ſcriptura ſacra minime cõſcripti ſunt. & eorũ multi adhuc hodierno tempore in eccleſia catholica obſeruantur: vt liquido conſtat ex annotatis circa libri illius ſcholia. Hoc igitur euidens eſt argumentum: q̃ circa ipſius eccleſiæ exordium, nonnulla fuerunt ab apoſtolis ordinata circa cultum diuinum & ſacramentorum participationem, quæ in ſcriptura ſacra nullatenus cõtinebantur. Cur igitur & nunc: ipſa eccleſia eandem non obtinet authoritatem? aut quis illã ei poſtea ademit? ¶ Accedit eidem ſententiæ & Ioannes Damaſcenus: in libri quarti de fide orthodoxa capite decimotertio. Vbi poſtq̃ multis rationibus non futilibus oſtendit: quod in lege euangelica debeamus deum oratione publica & quæ in propatulo fit, adorare ad orientẽ: q̃uis Iudęi ad occidentem, eum adorauerint: ſubnectit in calce illius capitis. Non ſcripta eſt autem: hæc apoſtolorum traditio. nam multa: ſine ſcripto nobis tradita ſunt. Idem quoq; decimoſeptimo eiuſdem libri capite: poſtq̃ diffuſe monſtrauit ſacrarum imaginum vſum atq; venerationem, in eccleſia eſſe obſeruandam: ſubnectit. Eſt autem hæc traditio, non ſcripta (perinde ac adorationis ad orientem) adorare ſcilicet crucẽ: & alia plurima, his quæ dicta ſunt, ſimilia. Hæc ibi. In quibus duobus Damaſceni locis, duo manifeſta ponuntur exempla, propoſito noſtro conducẽtia: ſcilicet adorationis ad orientem, & venerationis imaginum. & dilucide prodentia, eccleſiam aliquid ſtatuere poſſe: quod in ſcriptura nõ legitur. ¶ Neq; ab hac aſſertione diſcedit beatus Auguſtinus: ita ſcribens ad Ianuariũ. Illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarũ orbe obſeruantur: datur intelligi, vel ab ipſis apoſtolis,

Liber de eccleſiaſtica hierarchia: Dionyſij Areopagitæ. 4

5

Damaſcenus.

Idem.

6

Auguſtinus ad Ianuariũ.

vel plenarijs concilijs (quorum eſt in eccleſia, ſaluberrima authoritas) cõmendata atq; ſtatuta retineri. Vnde hæc, quin ita facienda ſint, diſputare: inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Sic ille. Quæ tametſi ſupra fuerint adducta, vbi de cõciliorum indeuiabilitate tractatum eſt: quoniam tamen noſtro (quod nũc agitatur) multũ etiam conducunt inſtituto: nõ piguit eadem verba hic repetere. In quibus non tam probare ſtudet q̃ præſupponere Auguſtinus, tanq̃ omnino notoriũ: multa a nobis cuſtodiri ex inſtitutione eccleſię, quę nõ ſcripta ſunt in ſacra pagina, ſed tradita a maioribus verbo. Cenſetq; inſolentis eſſe animi & demẽtis: de talibus diſceptare, an ita faciẽda ſint ſicut acceperũt ea patres noſtri a ſenioribus. quoniã ſentit
7 id apud omnes indubitatũ haberi debere: q̃ ſic ſunt agẽda. ¶ Ad eũdem etiã tendit ſcopũ, eiuſdem ſacratiſſimi authoris dictũ: ad Caſulanũ preſbyterum. quod in libri Decretorum diſtin. vndecima, cap. in his rebus. etiam recitatur: in hanc formã. In his rebus de quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei & inſtituta maiorũ, pro lege tenẽda ſunt. Et ſicut præuaricatores diuinarũ legum: ita contemptores eccleſiaſticarũ conſuetudinũ, coercendi ſunt. Hæc ibi. Illæ autẽ res de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura: ſũt traditiones eccleſiaſticæ, ad pietatẽ religionis fidemq; & morũ honeſtatẽ ſpectantes, de ijs quæ in ſcriptura ſacra expreſſe non cõtinentur. Tales igitur, ad vnguem ſunt obſeruãdæ, ex beati Auguſtini ſentẽtia: & illarum tranſgreſſores coercendi, haud ſecus q̃ diuinorum præceptorum neglectores. Non parum quoq; conducit eidem propoſito cõfirmando: eiuſdem vndecimæ diſtinctionis caput. eccleſiaſticarũ. vt ſupra itidem eſt dictũ: quod ex beato Auguſtino ibidem adducitur. Et quoniã in quinto huius libri capite ſupra eſt citatum: nunc
8 hic non repetitur. ¶ Multum præterea confert comprobandæ noſtræ ſententiæ: & illud Auguſtini dictum in libro de doctrina Chriſtiana, quod in eadem vndecima diſtinctione cap. catholica. adducitur, in hunc modum. Catholica (inquit) eccleſia per orbem terrarum diffuſa: tribus modis probatur exiſtere. Quicquid enim in ea tenetur: aut authoritas eſt ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis inſtructio. Sed authoritate: tota conſtringitur. Vniuerſali traditione maiorũ: nihilo minus tota. Priuatis autem conſtitutionibus & proprijs informationibus: vnaquæq; pro locorum varietate, prout cuiq; viſum eſt, ſubſiſtit & regitur. Hæc ille. Sub trium autem membrorum hic ab Auguſtino aſſignatorum, ſecundo: planum eſt illa omnia comprehendi, quæ extra ſcripturæ diuinæ expreſſionem, tradita ſunt vniuerſali eccleſiæ: vt ab omnibus obſeruentur. Ad quæ tenenda: cenſet Auguſtinus omnes etiam fideles conſtringi, neque quempiam eorum ab illis eximi.

Cap. 3

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Quod ſane: non niſi ex authoritate eccleſiæ (quæ illa conſtituit) pendet.
¶ Quantum vero ponderis ad inducendũ certitudinẽ rei cuiuſpiam aut 9
obligationem, habeat authoritas eccleſiæ: non ſubticuit idem celeberrimus author, in libro contra Manicheos. adduciturq; eius dictũ in eadem libri Decretorum diſtinctione vndecima, cap. palam eſt. in hũc modũ.
Auguſtinus. Palam eſt, q̃ in re dubia, ad fidem & certitudinem valeat authoritas eccleſiæ catholicæ: quæ ab ipſis fundatiſſimis apoſtolorum ſedibus vſq; ad hodiernũ diem, ſuccedentium ſibimet & epiſcoporũ ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Hæc ibi. Et vt amplius aliquid hic adijciamus: ipſa eccleſiæ authoritas non ſolum vſq; ad beati Auguſtini tempora, cõtinua epiſcoporũ ſerie totiuſq; populi Chriſtiani cõſenſu eſt firmata: qui floruit circa annũ ab incarnatione dominica quadringenteſimum. verum etiã ad noſtra vſq; tempora, annum ſcilicet viceſimũ octauum ſupra milleſimũ & quingenteſimum, quo hæc ſcripſimus: eadem eccleſiæ authoritas, & eccleſiaſticorum præſulũ ſucceſſione & fidelis populi vnanimi concordia eſt ſolidata. Quinimmo & ad finem vſq; mũdi corroborabitur: inconcuſſaq; manebit. quoniam vt de ipſa eccleſia, ciui-
Pſalmo.47. tate dei: ait propheta in pſalmo. Deus fundauit eam in ęternũ. Quis igitur tam firmæ & ſolidæ authoritati eccleſiæ, audebit impune obſiſtere: contemnendo ea quæ extra ſcripturam ab ipſa ſunt ſtatuta? ¶ Ad hæc. 10
Quis ſacræ ſcripturæ locus nos edocuit celebrandũ eſſe ſolenniter quotannis diem domini natalitium, Circuncíſionis, & Epiphaniæ: aut diem feſtum Aſcenſionis dominicæ, aut Pentecoſtes? atq; cæteros dies feſtos: qui in commemorationem myſteriorum redemptionis humanæ a tota eccleſia cum ingenti ſolennitate per anni circulũ celebrãtur? Quæ etiam ſacræ paginæ particula, inſtituit celebranda feſta ſacratiſſimę virginis: vt Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis, iam olim & ab antiquo celebrari ſolita? Attamen omnia hæc feſta, inſuper & alia: ſanctorum apoſtolorum, martyrum, cõfeſſorum, & virginum, celebriter agi inſtituit eccleſia: & eorum nonnulla, ſtatim poſt exordium legis euangelicę. Eadem quoq; ſua authoritate cõſtringit fideles ad ſolennem dictorum feſtorum celebrationẽ: etiam ſub interminatione pœnæ, ſcilicet incurrendi reatum peccati mortalis. Habet igitur eccleſia poteſtatẽ: ſic obligandi ſubditos. ¶ Rurſus. Recte inſtituit eccleſia diem paſchæ, 11
ſolũ die dominico eſſe celebrandũ a fidelibus, & non luna decimaquarta
Pius papa. primi menſis: more Iudęorũ. Nempe Pius papa, huius nominis primus, & glorioſo inſignis martyrio: id faciendũ ſanxit. vt refert volumẽ Decretorum, de cõſecratione, diſtinc. tertia. cap. noſſe. Et victor, ſummus
Victor papa. põtifex; haud multis interiectis, Pio ſuccedens, idem decretũ cõfirmauit.

vt teſtatur idem Decretorum liber: de conſecratione, diſtinctione tertia. cap. celebritatem. ad elidendum teſſeradecaditarum errorem: tunc inualeſcentem. Idem quoq; eccleſias quaſdam hoc corruptas fermento, & diem feſtum paſchæ luna decimaquarta cũ Iudæis celebrare pertinacius tentantes: anathemate perculit atq; percuſſit. vt refert Euſebius in hiſto- Euſebius.
ria eccleſiaſtica: libri quinti capite viceſimoquarto. Attamen idipſum, diem ſcilicet feſtum paſchæ dominico die eſſe celebrãdum: in ſacra ſcriptura non eſt expreſſum. Cõficitur igitur & hoc exemplo: quod intendimus. 12 ¶ Deniq;. Ex apoſtolica traditione celebratur hebdomadatim dies dominicus, diuino cultui dedicatus: vt olim apud Iudæos erat ex diuina inſtitutione dies ſabbati. qui circa exordium legis euangelicæ: non ſine ſpiritus ſancti magiſterio, in diẽ dominicũ fuit cõmutatus. Enimuero beatus Ioannes euangeliſta in ſua apocalypſi, circa eius principium: ſcribit ſe fuiſſe in ſpiritu, in dominica die. Ex quo loco haud leuis ſumi- Apoca.i.
tur cõiectura, apoſtolos eccleſiæ naſcentis fundatores: anteq̃ ſcriberetur apocalypſis, commutaſſe diem ſabbati hebdomadariũ, in diem dominicum. & hinc illam denominationem, a beato Ioanne apoſtolo eſſe ibidem poſitã. At in toto diuinæ ſcripturæ ambitu, nullus occurrit locus: deſignans diem ſabbati eſſe permutandum in dominicum: aut fideles obligari ad celebrãdum hebdomadatim diem dominicum, pro ſabbato Iudęorum. Poteſt igitur eccleſia talem obligationem fidelibus inducere:
13 etiam de ijs, quæ ſacra ſcriptura expreſſe non continet. ¶ Sed nonne in
Deuteronomio præcipit dominus: q̃ parentes ſi filium habuerint pro- Deute.21.
teruũ, & monita pariter atq; mandata eorũ audire contemnentẽ: debent de illius proteruia & contumacia querimoniam deferre ad magiſtratus vrbis, & hi extremo ſupplicio ipſum afficere? Huiuſmodi autem parentum monita & præcepta eſſe etiam poſſunt de ijs: quæ expreſſe ſcriptura non cõtinet, modo ſint rationabilia & honeſta. Ad talia igitur: eccle-
14 ſia ſuos ſubditos obligare poteſt. ¶ Demum. tranſgreſſio præcepti eccleſiaſtici, explicati cap. omnis vtriuſq; ſexus. titulo de pœnitentijs & remiſſionibus. in epiſtolis decretalibus: eſt mortifera. Similiter & præuaricatio conſtitutionis explicatæ cap. non debet. titulo de conſanguinitate & affinitate. etiam eſt lethalis. & non eam ob rem: q̃ vtraq; ſit contra diuinum mãdatum in ſcriptura expreſſum. cum neutra: ſit talis. Poteſt
15 igitur eccleſia obligare fideles: ad aliqua non expreſſa in biblia. ¶ Poſtremum. q̃ præcepta eccleſiaſtica obligant fideles, q̃uis ipſa in ſcriptura nõ contineantur expreſſe: ex multis perſpectum habetur & exploratũ concilijs, decretiſq; & epiſtolis ſummorũ pontificũ: idipſum dilucide & plane definiẽtibus. Vtpote ex concilio Calcedonenſi: capite primo. Cartha-

ginensi primo:capite decimoquarto. Ex prima epistola Clemẽtis:in calce. Concilio Taurinati:capite secũdo. Toletano tertio:capite primo. Toletano octauo:capite vndecimo. Braccharẽsi primo:capite quadragesimo. Ex epistola Celestini primi, ad episcopos Italiæ:capite primo. In decretis Zozimi:cap. secũdo. Quinquagesima octaua epistola Leonis primi:cap. quinto. In Decretis Hilarij:cap. primo. Prima epistola Gelasij:cap. vndecimo. Decretis Anastasij secũdi:cap. sexto. Decretis Bonifacij secundi. Decretis Ioannis tertij. Decretis deniq; Gregorij minoris. cap. decimotertio. ¶ At vero q̃ non sint statuta ipsius ecclesiæ nec pontificum seruanda:error est Valdensium, Begardorum & Beguinarum, ac pseudoapostolorum. Quem postea resuscitarunt Ioannes Viclefus, ac Ioannes Hus:& nostro seculo eundem renouauit Martinus Lutherus. 16

Obiectiones aduersariorũ

¶ Cæterũ contra hæc insurgũt primo aduersarij:in hũc modũ. Si patrũ sententiæ inter se pugnauerint, fuerintq; cõtrarię:nõ est alius iudex futurus, quo veritas repugnãtium sententiarũ discernatur, q̃ sacra scriptura. 1

Psal. 118.

Vnde in psalmo dicit propheta. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat:& intellectũ dat paruulis. Sola igitur sacra scriptura est principiũ primũ: ex quo omnia credenda & agenda debent deduci. Alias non vere diceret

Ibidem.

propheta. Principiũ verborum tuorũ:veritas. Et eodem penitus modo deduci potest hęc ratio, si de aliquibus agendis inter se dissentiant orthodoxi patres:recta ne sint, an obliqua. Siquidem ea lis & cõtrouersia, per solã sacram scripturã dirimi debet:quæ omniũ agendorũ continet summam. ¶ Respõsio. Si patrũ sententię inter se discrepent circa materiam credendorũ vel agendorũ:illius dissidij iudex est ecclesia, non scriptura. Sed scriptura est regula certa: secundũ quam debet fieri & ferri tale iudicium. Nõ tamen ipsa scriptura est tota regula ferendi illius iudicij:nisi nomine scripturæ cõprehendãtur & alia, a deo reuelata, & recepta ab ecclesia. quæ etiam sunt sermo dei: intellectũ dans paruulis. eadem etiam, verba sunt dei:quorũ principiũ est veritas. Quare ex illis reuelatis & nõ scriptis, ecclesia potest leges agendorum condere:& ad illa, fideles etiam sub pœna peccati mortalis cõstringere. ¶ Secundo sic instãt. Sancti patres probant sua dicta, siue concernentia fidem, siue mores fidelium, per scripturam sacram:nec aliunde sumũt suæ probationis fulcimentum & robur. Sola igitur diuina scriptura, sumpta pro ijs quæ expresse in libris eius canonicis continentur:est principium manifestandę cuiusq; veritatis, aut approbandæ actionis. Ad ea itaq; agenda quæ exprimit scriptura, quoniam rata iam sunt & approbata: potest ecclesia fideles obligare, non autem ad ea: quæ inibi explicata non sunt, nec inde deducuntur. ¶ Respõsio. Esto q̃ sancti patres probent multa sua dicta per scriptu- 2

ram sacram, non tamen omnia:immo plæraq; comprobant ex apostolica traditione, sine scriptura. vt perspicue liquet ex beato Dionysio, Ignacio, Damasceno, Augustino, Hieronymo:& cæteris. Qui in suis scriptis sæpius aliunde, q̃ ex sacris literis:sumpserũt suorum dictorum corroborationem. Quinimmo beatus Paulus:in decimoquinto capite primæ suæ epistolæ ad Corinthios. in primo itidem capite epistolæ ad Titum, & deniq; in oratione sua habita ad Athenienses in Areopago:confirmauit sua dicta per sentẽtias authorũ gentiliũ, veras tamen & rectas. 1. Corin. 15. Titum. 1. Actuum. 17.

3 ¶ Tertio sic insistunt. Beatus Paulus ad Galatas scribit. q̃ licet angelus de cælo euangelizet vobis, præterq̃ quod euangelizauimus vobis: anathema sit. sicut prædiximus & nũc iterum dico:siquis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Vbi Paulus bis replicat hãc sententiam:q̃ solum euangelium est tenendũ. Siqua igitur agenda proponantur ab ecclesia extra scripturam:nõ sunt seruanda. ¶ Respõsio. In illo apostoli verbo, particula exceptiua præterq̃ & præter: non simpliciter excludit quoduis aliud ab ijs, quę per Paulum prædicata sunt:sed solum id quod contrarium est & repugnans ijs, quæ euangelizauerat. Quale erat illud:de quo pręcipue ipsos in illa reprehẽdit epistola, & quod a pseudoapostolis acceperant. scilicet obseruationem legis Mosaicæ & præsertim circuncisionem:ipsis ex gentilitate conuersis esse necessariam ad salutem, cum obseruatione euãgelij. cuius tamen oppositũ: ipse Paulus eis euangelizauerat. Porro hanc prædicti loci intelligentiam assignãt Nicolaus Lyranus, glossa interlinearis, & etiam ordinaria. Quod vt patentius euadat:ipsius glossæ ordinariæ hic verba subnectere lubet:exponentia eam apostoli particulam præterq̃ quod. Attende (inquit) nõ ait. Plus q̃ accepistis. Nam si illud diceret: sibi ipsi præiudicaret: qui cupiebat venire ad quosdam quibus ipse scribebat, sicut ad Thessalonicenses, vt suppleret quæ eorum fidei deerant. Sed qui supplet:quod minus erat addit, non quod inerat tollit. Qui autem prætergreditur fidei regulam: non incedit in via, sed recedit a via. Hęc ibi. Traditiones autem ecclesiasticæ, extra scripturam constitutæ vt obseruentur a fidelibus: non sunt contrariæ nec aduersæ scripturis (vt sæpius iam dictum est) sed maxime consentaneæ. Nicolaus Lyranus. 1. Thessa. 3.

4 ¶ Quarto, in hunc modum argutantur. Non solum beatus Paulus in suis epistolis, sed etiã sanctus Petrus & alij apostoli in concilio Hierosolymitano congregati:solũ per scripturas suam sententiam probarunt, & ex eis, quid agendum foret in negocio illic proposito:definierunt. Non est igitur aliunde sumenda probatio, nec cõstitutio aliqua obligatoria:quæ fideles omnes ad eã seruandam obstringat. ¶ Respõsio. Quod de beato Paulo hic assumitur:falsum esse iam ostensum est, in Actuum. 15.

respõsione ad secundã obiectionẽ. Cui & id accedit: quod idem apostolus multa se dicit habuisse a domino per reuelationẽ. ad quæ stabilienda: non opus illi fuit, testimonia scripturarum adducere. Sanctus itidem Petrus (vt actuum apostolicorũ vndecimũ caput refert) aduersus disceptãtes contra se, ꝙ ad gentes descenderat: tutatur causam suam reuelatione diuinæ visionis, quam habuerat in Ioppe: decimo actuũ apostolorũ capite diffusius explicata. quæ tamen reuelatio: tũc scripta nõ erat. Cõstat igitur apostolos aliunde q̃ ex scriptura sacra: desumpsisse testimonia in corroborationẽ suorum dictorum. Eorumq̃ exemplo, etiam ecclesiam habere potestatẽ ea cõstituendi districtione obligatoria: quæ in scriptura non habentur. ¶ Quinto, ita nos oppugnant. In prima ad Corinthios epistola: scribit apostolus. Empti estis precio magno: nolite fieri serui hominum. Vbi plane prohibet eam redactionem in seruitutem: qua cõstitutionibus humanis ac placitis districte subijciamur. Atqui si ecclesiæ summates & primores hanc haberent potestatem, quam sibi vendicant: vt leges condant & sanctiones, etiam de ijs quæ scriptura non continet, subditorum suorum obligatorias: reuera efficerẽtur fideles, serui hominum, & misera premerentur seruitute prælatorum ecclesiæ: imponentium grauia onera statutorum humeris aliorum. Nõ igitur eam habent potestatem: ecclesiæ præsides. ¶ Responsio. Non est ea prædictorum verborũ Pauli intelligẽtia, quam assignant aduersarij in hac obiectione: sed longe alia ac diuersa. Nõ enim illic loquitur Paulus de seruitute atq̃ subiectione: quam debent subditi suis præpositis, & serui dominis. cum vtranq̃ in suis epistolis sępenumero præceperit: & seruandam docuerit. Illam quidem: ad Hebręos decimotertio capite. Hanc vero, in compluribus suarũ epistolarũ locis: in quibus admonet seruos debere esse subditos in omni timore dominis suis, obsequiũq̃ illis fideliter impendere debere ex animo, & non quasi ad oculũ seruientes. Sed in prædictis verbis apostolus vetat omnes se illi subijcere hominum seruituti: qua addicant se peculiariter aut Apollo, aut Paulo, aut Cephæ: tanq̃ suæ salutis præcipuis authoribus. quasi in hominibus spem salutis cõstituentes: atq̃ in hũc modum se obtrudentes in miseram seruitutẽ. cum illi & eorum similes: solum sint ministri dei, a quo solo: nostrę salutis pendet summa. Insuper eadem Pauli verba recte etiã intelligũtur de prohibitione illius humanæ seruitutis: per quam impeditur seruitium deo debitum. Prohibetq̃ illis apostolus, fideles ita fieri hominũ seruos: ꝙ per hoc subtrahantur ab obsequio, ipsi deo ante omnia debito. quemadmodum exponunt frequentes loci illius interpretes. At vero per obseruationem statutorum ecclesiæ, non addicit se quispiam hominibus tanq̃ primarijs ani-

Gala. 1.
Actuum. 11.
Actuum. 10.
1. Corin. 7.
Hebre. 13.
Ephe. 6.
Colossen. 3.

marum salutis authoribus: sed in deum (vt debet) præcipua intentione fertur ac tendit. Neq̃ etiam per huiusmodi præcepta ecclesiæ, subtrahitur quispiam aut auocatur a seruitio quod debet deo: sed adminiculo illorum, ad illud amplius & perfectius prouehitur ac ducitur, quoniam eo
6 tendunt omnia. ¶ Sexto, & hunc mouent cauillum aduersarij. Si ecclesiæ & eius proceribus indulta est potestas constituendi ea scita ac placita, præceptorum vim habentia, quæ extra scripturæ sunt limites ac metas: nullus tandem illorum præceptorum condendorum erit finis. atq̃ tandem in eum adaugebuntur numerũ: vt excedant multitudinem statutorum, Iudaico populo a deo impositorum. Vnde tandem grauiori onere prementur Christiani: q̃ olim populus Hebræorum in lege Mosaica. de quo tamen dixit beatus Petrus: in concilio apostolorum. Quid tẽtatis imponere iugum super ceruices discipulorũ: quod neq̃ nos neq̃ patres nostri portare potuimus? Atqui testante Christo: iugũ legis euãgelicę, suaue est, & onus eius leue, præstans requiem animabus fidelium. Non est igitur admittendum: ꝙ talem obligandi potestatem habeat ecclesia. ¶ Responsio. Omnino refutandum est, illud incommodum posse consequi eam potestatem ecclesiasticam: quod in hac obiectione subinferunt aduersarij. Nempe sicut beato Paulo, ita & cæteris omnibus ecclesiæ pastoribus in sublimitate constitutis, data est potestas regendi ecclesiam: in ædificationem, & non in destructionem. Proinde non quæuis statutorum genera, pro suo nutu & arbitratu decernere possunt prelati: sed ea duntaxat, quæ conducunt ad pietatem religionis, ad dei honorem, animarum salutem: ad fidei elucidationem, ac morũ honestatem. Talia autem, non in eum possunt numerum excrescere: cuius obseruatio sit intolerabilis. sed certis finibus ac metis, secũdum rectæ rationis iudicium: definiũtur. Q̃ si quispiam fortasse prælatorum imponere vellet suorũ subditorũ humeris, pro solo suo arbitrio, onera grauia & importabilia, nec vtilia nec rationabilia: hoc non faceret ex potestate sibi tradita, sed per abusum illius. Quare talia: haberi deberent irrita.

Actuum. 15.
Matth. 11.
2. Corin. 13.

¶ Ecclesiam recte instituisse ieiunia & delectum ciborum: sub obligatione. Cap. VIII.

Voluptatũ carnis amatores hęretici, summopere ea exhorrẽt: quę ciborũ delicias refrenãt & cohibẽt. qualia sunt, ieiunia, sanctione ecclesiastica instituta: & delectus ciborũ, abstinẽtiaq̃ a carnibus, certis ãni diebus, & a lacticinijs in quadragesima. Proinde oblatrant: ecclesiam non habere authoritatem imponendi illas ieiuniorũ & delectus ciborũ leges fidelibus, sub obligatione: neq̃ huius-

modi præcepta,esse a nobis seruanda. Cõtra quã Cherinti, Aerianorũ, Iouiniani, Vigilantij, Begardorum, Viclefi, Ioannis Hus, pestiferam: & iam olim ab ecclesia concilijsq; generalibus dãnatam doctrinã (quam & Lutherani nostra tẽpestate, pessimo errorũ magistro, Martino Luthero vsi: resuscitarũt ab inferi faucibus) hæc proponitur veritas catholica.

Ecclesia sancta, recte sub obligatione instituit ieiunia quotannis obseruanda: vt quadragesimæ, quatuor temporum, cęterorũq; dierum. Recte itidem ordinauit ciborum delectum: certis anni diebus custodiendum.

¶ Cuius quidem veritatis prior pars: primum ostenditur ex eo, q̃ Leui- 1
Leuiti.16. tici decimósexto capite, itidem & vicesimotertio datur a domino præceptum filijs Israel: q̃ in festo expiationis affligant animas suas, religio-
Leuiti.13. ne perpetua: etiam sub interminatione interitus & damnationis. Omnis (inquit dominus) anima quę afflicta non fuerit die hac: peribit de populo suo. Illa autem animę afflictio, de qua ibidem fit sermo, nihil aliud est secundum sacros expositores, q̃ carnis per ieiunium emaceratio & castigatio. Igitur in eo festo districte præcepit deus Iudęis: obseruari ieiuniũ. Atqui in noua lege (quæ spiritualis est: & sanctior) nõ minori deuotione & puritate, obseruanda sunt festa solennia: annua reuolutione celebranda. quinimmo eo syncæriore animorum affectu: quo ampliora in ipso beneficia suscepimus. Igitur vt præparentur fidelium corda & corpora ad debitam illorum festorum celebrationem, recte instituit ecclesia (exẽplo & forma id agendi: a domino ex loco Leuitici prædicto desumpta) q̃ in vigilijs solennium festorũ vt Natiuitatis dominicæ, Pentecostes, Assumptionis sacratissimæ virginis Mariæ, omnium sanctorum, beatorũ apostolorum, & sancti Laurentij, obseruetur a fidelibus ieiunium: non ex solo arbitrio, sed ex obligatione. Quod enim dominus per se egit in lege veteri: simile quid in nonnullis quæ mores & actiones cõcernũt, agi voluit in noua lege per ecclesiã & præcipuos eius rectores, potestate ab eo accepta. ¶ Insuper. Iohelis secundo capite: dicit dominus 2
Iohe.2. per eundẽ prophetã. Cõuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio & fletu, & planctu. Et paulo post. Sanctificate ieiuniũ, vocate cœtum. Quæ non per modũ consilij tantũ: sed pręcepti dicta intelligi debent. & non solum pro legis Mosaicæ tempore: sed & pro statu ac decursu legis euãgelicæ. Nempe oracula prophetarum, quippiam ad pietatem religionis & cultum dei pertinens explicantia, quod vtriq; legi est commune: haud minus pro nouæ legis tempore q̃ veteris, dicta accipi debent. Quis enim recte putauerit aut autumauerit, q̃ pro veteris legis tempore duntaxat præceperit dominus fideles ad se cõuerti in toto corde suo: in ieiunio, fletu & planctu, ieiuniumq; sanctificari: & non etiam pro tempore

legis nouæ? cum in euangelica lege haud minus indigeamus illa ad deum per ieiuniũ conuersione, & sanctificatione ieiunij: q̃ indiguerint antiqui patres. Probe igitur ab ecclesia est instituta ieiunij obseruatio, certis diebus agenda: cũ illa dinoscatur a domino per prophetam, etiã pro hoc le-
3 gis nouæ statu, esse præcepta. ¶ Rursus. Zachariæ octauo capite: ad He- Zacha.8.
bræos ex trãsmigratione hæc dirigũtur domini verba. Hæc dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, ieiunium septimi, & ieiunium decimi: erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in solennitates præclaras. Ex quibus verbis constat, Iudæos fuisse obligatos iure diuino ad prædicta ieiunia: cum loquentis ibidem præmittatur authoritas, per hęc verba. hæc dicit dominus exercituum. At vero ad exemplum & normam illorum ieiuniorum, quatuor prædictis mensibus determinatorum: ecclesia sancta instituit in noua lege ieiunium quatuor temporum quotannis obseruandum: authore Calixto, huius nominis primo Calixtus papa.
summo pontifice, sanctimonia vitæ & martyrij gloria mirifice adornato. Cuius super ea re decretũ, explicatur septuagesima sexta distinc. libri decretorum: cap. ieiuniũ. vbi ita scribit ad Benedictum episcopũ. Ieiunium quod ter in anno apud nos celebrari didicisti: conuenientius nunc per quatuor tẽpora fieri decreuimus. Vt sicut annus per quatuor voluitur tempora: sic & nos quaternarium solenne agamus ieiunium, per anni quatuor tempora. In compluribus itidem alijs eiusdem distinctionis capitibus: approbatur & obseruandũ districtius præcipitur tale ieiuniũ. Ad illud igitur custodiendum: obligãtur fideles ex institutione ecclesiæ.

4 ¶ Præterea. Christus apud Matthæũ tanquam præsupponens esse ieiunandum in sua lege euãgelica, sicut & orandum, & dandã elemosynam: explicat apertius quomodo sit ieiunandum, dicens. Tu autem cum ieiu- Matth.6.
nas: vnge caput tuum, & faciem tuam laua. ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito. & pater tuus qui videt in abscõdito: reddet tibi. Ecce hic ipse legifer noster aperit, quonã pacto fieri debeat ieiunium deo gratum & acceptum: designans eo modo quem præscribit factum ieiunium, esse mercedis æternæ meritorium. Quis igitur ausit tantopere commendatum a domino ieiunium, & per quod cælestis præmij consequuntur fideles retributionem: contemnere? & obgarrire: q̃ temere sint ab ecclesia instituti dies ieiuniorum, sub obligationis
5 districtione, & cõminatione pœnæ? ¶ Ad hæc. Disceptantibus discipulis beati Ioannis Baptistæ & pharisæorum, cũ discipulis Christi: q̃ hi nõ
ieiunarent sicut ipsi, respondit dominus noster. Nunquid possunt filij Matth.9.
sponsi lugere: q̃diu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cũ auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Quod quidem domini verbum ope-

re compleuerũt apostoli: post abitionem ipsius in cælum, per gloriosam
Actuum.13. & triumphalem ascensionem. Enimuero in decimotertio actuum apo-
stolicorũ capite, scriptum legimus de ipsis: & cæteris, ecclesiæ curam ge-
rentibus. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus: dixit spi-
ritus sanctus. Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus ministerij:
ad quod assumpsi eos. Et proxime sequente eiusdem libri capite: de bea-
Actaum.14. to Paulo & comitibus eius, dicit litera historica. Cũ constituissent illi per
singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus: cõmenda-
uerũt eos domino. Quinimmo & beatus Paulus ad ieiunij sacrum exer-
2.Corinth.6. citium incitat Corinthios: eorumq; nomine fideles omnes, his verbis. In
omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros: in multa patientia, in labo-
ribus, in vigilijs, in ieiunijs. Ex quibus perspicue cognoscimus magnam
esse ieiunij & non contemnendã dignitatem & virtutem: cũ illud videa-
mus a primis ecclesiæ columnis & verbo prædicatum, & opere frequen-
tatum. ¶ Adde, q̃ sacra ecclesiæ concilia etiam decernunt: ieiunia ab ec- 6
Decretũ concilij Lugdunensis. clesia instituta, districtius esse seruanda. vt ex concilio Lugdunẽsi habe-
tur hic canon in libro decretorũ: de cõsecra. distinctione tertia. cap. pro-
nunciandum. Indictum vero ieiunium quando fuerit denunciatum: ab
omnibus obseruetur. Cui cõsonat decretum Eusebij papæ: quod in eo-
dem libro, de consecratione, distinctione quinta: cap. ieiunia. exprimitur
Eusebius papa. in hanc formam. Ieiunia, in ecclesia a sacerdotibus constituta: sine necessi
tate rationabili non soluantur. Deniq; concilium Gangrense, decimono-
no suorum canonum capite, idem definit: non licere scilicet ecclesiastica
ieiunia præter rationem soluere, temereq; ea soluentes: anathematis sen-
tentia percellit. Et recitatur idem canon, in volumine decretorũ: distinc-
Cõcilij Gangrensis decretum. tricesima. cap. siquis eorum. in hunc modum. Siquis eorum qui in pro-
posito sunt continentiæ: præter necessitatem corporalem superbiat, & ie
iunia communia putauerit cõtemnenda totius ecclesiæ, perfectam in sua
conscientia iudicans rationem: anathema sit. Veruntamen decimumno-
num (de quo nunc sermo) caput canonũ eiusdem concilij Gangrensis:
idem decretum paulo aliter, & aliquantulum diuerso verborum cõtextu
exprimit: in hunc tenorem. Siquis eorũ qui in proposito sunt continen
tiæ, præter necessitatẽ corporalem superbiat: & ieiunia communia totius
ecclesiæ putauerit cõtemnenda, perfectam in sua scientia vendicãs ratio-
nẽ: anathema sit. Sed & hic & ille canon, diuersis verbis in eandem pror-
sus conspirant sententiam: neq; aliquam inter se habent sensus discrepan
tiam. ¶ Porro inter omnia ecclesiæ ieiunia, præcipuũ & maximum est 7
quadragesimæ ieiunium: quotannis ante festa paschalia recurrẽs. Quod
& in veteri lege præfiguratum est per Moysi quadragenariũ ieiunium:

bis ab ipso paratum. Primo quidem, ante primarum legis tabularum ac-
ceptionem: vt vicesimumquartũ exodi caput refert. Secundo vero, an- Exodi.24.
te secundarum (primis iam confractis) tabularum diuinæ legis susceptio Exodi.34.
nem: vt tricesimumquartum exodi caput commemorat. Et vtrunq; ho
rũ, ab ipso Moyse narratur populo Israelitico: Deuteronomij nono ca- Deutero.9.
pite. Idem quoq; quadragesimale ieiunium: præsignatum est per Heliæ
prophetæ memorabile exemplum. Qui postquam cibum accepit & po- 3.regum.19.
tum, angelico ministerio sibi delatum: quadragenarium simul cum am-
bulatione continua vsq; ad montem dei, exercuit ieiunium. vt tertij libri
Regum: decimumnonum caput testatur. Deniq; consecratum est idem
ieiunium, exemplo legislatoris nostri Iesu Christi: qui post susceptum a
sancto Ioanne baptismum ductus in desertum a spiritu sancto, ieiunauit Matthei.4.
integros quadraginta dies & noctes: vt nobis relinqueret exemplum.
8 ¶ Idem quoq; ieiunium ex traditione apostolorum esse constitutũ, hinc
liquet: q̃ probati authores asseuerent ipsum a beato Petro (cum totius
ecclesiæ moderamen gereret) esse ordinatum. Cui satis concordat beati
Ignacij testimonium, qui circa apostolorum tempora claruit: ita scriben Ignacius.
tis in quarta sua epistola, quæ est ad Philippẽses. Dies festos nolite inho
norare, quadragesimam vero nolite pro nihilo habere: imitationẽ enim
continet dei conuersationis. hebdomadam etiam passionis: nolite despi-
cere. Ex quibus verbis liquet, tum quadragesimam fuisse institutam: cũ
hęc beatus martyr Ignacius scriberet. Sãctus itidem Hieronymus in epi
stola ad Marcellam idem perhibet: cum assignans discrimen inter catho
licos, & impios Montani sectatores, ait. Nos vnam quadragesimam se- Hieronymus
cundum traditionem apostolorum: toto anno, tempore nobis congruo
ieiunamus. Illi tres in anno faciũt quadragesimas: quasi tres passi sint sal-
9 uatores. hæc ille. ¶ Accedit his & Theophilus Alexãdrinus: dicens. Ha Theophilus.
bemus quadragesimam: ab apostolis institutam & ordinatam. Demum
& sanctus Maximus, obseruationem quadragesimæ, maxime tenendam Maximus.
censet: his verbis. Sacrarum (inquit) literarum exempla protulimus: qui-
bus approbaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab ho-
minibus constitutum: sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatio-
ne initiatum: sed cælesti maiestate præceptum. Et paulo post, de eodem
ieiunio loquens: ait. Hæc autem præcepta (quibus scilicet institutum est Idem.
illud quadragenarium ieiunium: quotannis peragendum) non tam sa-
cerdotum præcepta: q̃ dei sunt. Atq; ideo qui ea spernit: nõ sacerdotem
spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. Ecce quanti facien-
dum censet hic sacer author: quadragesimæ ieiunium. Verumtamen id
eius verbum quo hic dicit: huiusmodi ieiunium non esse ab hominibus

constitutum:sed diuinitus consecratũ,&quod proxime sequitur: ita accipiendum est. vel ꝙ deus ipse, quadragesimæ obseruantiam instituerit: & apostoli solũ fuerint talis diuinæ institutionis promulgatores.vel potius,ꝙ apostoli quidem instituerint huiusmodi ieiuniũ: sed quatenus dei ministri, & ita ab eo directi in ijs quæ ad totius ecclesiæ regimen spectabant:ꝙ in illorum institutione non poterant a recto deuiare,propter assiduam dei cum eis assistentiam.Et idcirco talia ab eis ordinata: dicuntur diuinitus sancita atq; præcepta. ¶Subscribit huic sententiæ & venerabilis Beda, in homelia euangelij quod legitur in dominica post ascensionem domini:hoc verborum tenore.Vtranq; sane hanc solennitatem, scilicet & quadragesimæ & quinquagesimæ: nõ quorũlibet hominũ sed ipsius domini ac saluatoris nostri,prima nobis sãxit authoritas.Quadragesimam videlicet in eo:ꝙ quadraginta diebus & quadragnita noctibus ieiunauit in deserto.victaq; tentatoris versutia: ministerijs fruebatur angelicis.Vbi suo nos informauit exemplo,quia per macerationem carnis: aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad angelorum debeamus peruenire cõsortiũ.hæc ille.In quibus plane sentit : diuina authoritate sancitam primũ esse quadragesimæ obseruationẽ.¶Neq; a prædictorum patrũ sententia dissidet beatus Gregorius,in homelia euangelij:quod in prima quadragesimæ dominica legi solet. recitanturq; verba ipsius in libro decretorum:de cõsecratione,distinctione quinta.cap.quadragesima. in hanc formam.Quadragesima,summa obseruatione est obseruanda : vt ieiunium in ea præter dies dominicos(qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quẽ infirmitas impedierit,nullatenus soluatur.quia ipsi dies: decimæ sunt anni. hæc ibi . Deinde in reliquo prædicti capitis decursu, declarat idem sacratus author diffusius: quonam pacto ieiunium quadragesimale integre obseruantes, decimam dierum totius anni partem domino fideliter exoluunt:sicut & iubemur omnium bonorum nostrorum decimas illi persoluere,non humano tantum sed & diuino iure.¶Demum in eodem decretorũ volumine,de consecratione,distinctione tertia.cap. non oportet.ex cõcilio Laodicensi depromitur hoc decretũ.Non oportet in quadragesima,feria quinta vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui: & totã quadragesimã inhonorari.sed per totos dies ieiunare:& escis abstinentiæ cõueniẽtibus,id est aridioribus vti.hęc ibi.Cui respõdet etiam decretũ Martini pape,in eodem decretorũ codice:de cõsecratione,distinctione tertia.cap.non liceat.positum:hoc pacto . Nõ liceat quinta feria fratres nouissimæ septimanæ,ieiunium soluere : & omnem exhonorare quadragesimam,sed syncere abstinentes totã quadragesimam perexire. hæc ibi. Ex concilio quoq; Agathensi, in eodem libri decretorum loco:

Beda.

Matth.4.

Gregorius

Concilij Laodicensis decretum.

Martinus papa.

cap.placuit.hoc refertur decretum . Placuit vt omnes ecclesiæ (exceptis dominicis diebus)in quadragesima,etiam in die sabbati:sacerdotali oratione & discretionis cõmunione ieiunẽt.Sic ibi.Constat vtiq; ex prædictis,& sacrorũ cõciliorum & summorũ pontificũ authoritate approbari quadragesimæ ieiuniũ:quod ab illis etiam iubetur integre & districte seruari.¶Præterea.ꝙ ieiunia ab ecclesia instituta,sint studiose obseruanda: præter concilia sacra & decreta summorũ pontificũ,superius adducta in hoc capite:decernũt etiã cõcilia & decreta sequẽtia. vtpote conciliũ Gangrẽse:in præfatione.Carthaginense quartũ:cap.sexagesimotertio . Elibertinũ: cap. vicesimotertio, & vicesimosexto: pro sabbato. Toletanũ octauum:cap.nono . Liber græcarũ synodorũ Martini episcopi Braccharẽsis:cap. quinquagesimo. Damnatio Iouiniani facta per Siritium: in decretis eius.Rescriptum episcoporũ:ad Siritium. Decretum Innocentij primi:cap.quarto.Braccharense secundum:cap.nono.¶Insuperꝙ non sint ieiunia,ecclesiastica authoritate instituta,a fidelibus obseruanda:error est Eustachij,damnati in concilio Gangrensi:necnon & Aerianorum . Error est etiam Valdensium,Begardorum & Beguinarum,ac deniq; pseudoapostolorũ.Quem postea secuti sunt Viclefus, & Hussitæ,ac demum nostra ætate Lutherus:voluptatum carnis patronus.

Decretũ concilij Agathẽsis.

¶Posterior vero pars prædictæ veritatis, circa initiũ capitis huius propositæ:delectũ scilicet ciborũ recte ab ecclesia esse institutũ:primũ ostenditur hac ratione. Ipsis primis parẽtibus simul atq; formati fuerũt:indicta est lex de ciborũ delectu,ꝙ scilicet omni fructu paradisi vescerentur: præterquam fructu arboris scientiæ boni & mali.Quo dei præcepto interdictus est ipsis vsus pomorum ligni vetiti . Est igitur huiusmodi lex rationabilis:vt quæ exemplo diuinæ authoritatis innitatur . Similiter in principio constitutionis ipsius mundi, humano generi definita est quædam abstinentiæ lex:quando non carnes nec pisces, sed soli fructus terræ & arborum,sunt primis parentibus & eorum posteris vsq; ad diluuium designati in cibum.Transacto vero cataclysmo,& vniuersali illa aquarũ inundatione:& carnes quidem & pisces hominibus in cibum sunt indulti.cum hac tamen moderatione:ꝙ carnem cum sanguine non comederent.vbi quædam restrictionis lex:indulgentiori illi concessioni est adhibita.¶Postea vero cum eductus ægypto populus Israeliticus præcepta decalogi a domino, Moyse internuncio accepisset: indixit illi dominus quandam abstinentię disciplinam,cum animalia munda & esui permissa ab immũdis atq; in cibum assumi vetitis, tam in gressilibus q̃ auibus & piscibus discreuit. Ad cuius exemplum & formam: in noua lege ecclesia sancta delectum etiam ciborum,licet alio prorsus modo constituit,certis

Gene.2.

Gene.1.

Gene.9.

Leuiti.14.

anni temporibus & diebus obseruandum. freta ipsius dei authoritate: a
quo talis ei indulta est potestas atq; facultas. ¶Sed & lex ipsa Nazareo- 3
Numeri.6. rum, nonne quibusdam abstinentiæ constringebat illos habenis: cũ pro-
hibuit eos toto suæ consecrationis tempore, vino aut quouis potu qui
ebrietatem posset inducere, vti: quinimmo & esum eorum quę ex vinea
colligũtur: illis interdixit. Sacerdotibus etiam veteris legis, cum taberna-
culum erant intraturi vt ministrarent domino: vetitus erat vsus vini. se-
Leuiti.10. cundum illud domini verbum, in Leuitico: ad Aaron. Vinum & omne
quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui: quando intrabitis in ta-
bernaculum testimonij, ne moriamini. Cum itaq; perspicuum sit, in ve-
teri lege positam sæpius a deo abstinentiæ legem expressam: cur & in no
ua idem non licuerit fieri, a primis ecclesiæ pastoribus? An ligata est do-
mini manus: vt eam potestatẽ non potuerit ecclesię cõmunicare? ¶Cæ- 4
terum vt exemplis quoq; sacræ paginæ, veterem legem cõplectentis, rem
eãdem comprobemus: filij Ionadab de domo Rechab, mirifice cõmen-
Hiere.35. dantur a domino, & repromissionem accipiunt perpetuæ successionis
suæ posteritatis: q̃ Hieremia propheta ipsis diuino iussu porrigente vi-
num, recusauerint illud bibere: ob mãdatum a patre suo acceptũ, q̃ per-
petuo viuerẽt abstemij, vsumq; vini refugerent. Vnde liquido cognosci-
mus: huiusmodi abstinẽtiam obedientię sociatã, ipsi domino perquam-
Danie.1. gratam fuisse. Consimiliter Daniel & socij eius, neglecta & posthabita
regiæ mẽsæ annona ipsis designata: legumina in cibum, & aquã in potũ
sibi desumpserunt. Vnde & vultu elegãtiores, & sapientia supra coæta-
neos suos, præstantiores inuẽti sunt: vberioreq; dei gratia perfusi. ¶Ad 5
nouum vero progredientes testamentum: in primo ipsius limine atq; in-
troitu, sanctissimum Christi pręconem Ioannem Baptistam comperi-
Matth.3. mus a vino & carnibus semper temperasse. atq; locustis & melle sylue
stri in cibum, & aqua in potum: vti solitũ. Sed quis adeo desipiat: vt eun
dem ex vtero matris sanctum crediderit ob hanc austeritatem vituperã-
Luce.1. dum esse? ob quã: & ab angelo conceptionis eius nuncio, & a sanctis euã
Luce.3. gelistis, & a tota ecclesia catholica: tantopere cõmendatur & celebratur.
¶Beatus itidem Paulus in suis sacratissimis epistolis: eandem approba- 6
Roma.14. uit in delectu ciborũ consistentem abstinẽtiam, cũ ait. Bonum est non
manducare carnem: neq; bibere vinum. Siquid autem bonũ est: id repre
1.Corinth.8 hensioni non est obnoxium. Et rursum alio in loco. Quapropter si esca
scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum. Et ite-
rum. Qui autem infirmus est: olus manducet. Mãducatio autem oleris,
eo in loco, cum subinsinuet abstinentiam a carnibus: ad delectum perti-
net ciborum, & lautioris mẽsę abdicationẽ. ¶Sed hic obstrepent aduer- 7

sarij, beatũ Paulum in superioribus locis tantummodo loqui de abstinen
tia ciborum: quæ fit ad euitandum in proximo scãdalum. ob quam cau
sam: admittunt & ipsi: delectum ciborum recte fieri posse, immo debe-
re. Esto id: sed nunquid ea sola est apud Paulum abstinentiæ causa? Nõ-
ne cum ait. omnis qui in agone contẽdit: ab omnibus se abstinet. & de se 1.Corin 9.
loquens inquit. castigo corpus meũ: & in seruitutẽ redigo. abstinentiam
etiam lautiorum ciborum commẽdat & insinuat: ad edomationem car-
nis & subiectionem ad spiritum? ¶In actibus etiam apostolicis, vbi de- 8
scribitur decretum concilij apostolorũ, Hierosolymis habiti super ma-
teria legalium statutorum: disciplina quædam & regula imposita legitur
ijs, qui ex gẽtilitate ad veræ fidei lumen erant in ipso legis euãgelicæ pri- Actuum.15.
mordio conuersi. vtpote q̃ abstinerent a suffocato & sanguine. Et apo-
stoli quidem, magisterio spiritus sancti edocti, hanc statuerunt legẽ: tran
quillæ conuersationi eorum qui ex Iudæis & gentibus conuersi erant, tũ
summopere conducentem. Cur igitur ecclesia sancta, quæ eodem spiritu
sancto rectore semper dirigitur: eandem nõ habet potestatẽ constituen-
di persimiles de ciborum delectu leges, per suos præsides? cum id ipsum:
emacerationi carnis & animarum saluti, vel maxime conferat. ¶His au 9
tem testimonijs, hactenus ex sacrarum literarũ promptuario desumptis:
consonant admirabili harmonia, & sacrorum dicta doctorum, & sum-
morum põtificum decreta. Augustinus enim in libro de diffinitionibus
orthodoxæ fidei, & ecclesiasticis dogmatibus, ait. Bonum est in cibo cũ Augustinus.
gratiarum actione sumere: quicquid deus edendum præcepit. Abstinere
autẽ ab aliquibus, non quasi a malis, sed quasi non necessarijs: non est ma
lum. Moderari vero carnium vsum, pro necessitate & tempore: proprie
Christianorum est. Et paulo post idem: in prædicto opere. Sacratæ vir- Idem.
ginitati nuptias coæquare: aut pro amore castigandi corporis, abstinenti-
bus a vino vel carnibus, nil credere meriti accrescere: non hoc Christiani,
sed Iouiniani est. Quibus verbis: haud dissimulanter delectum ciborum
& abstinentiam a lautiore mensa & carnibus, commendat. ¶Ex eccle- 10
siastico vero instituto fideles obligari ad certũ ciborũ delectũ, aliquot an-
ni temporibus: manifeste pandit illud Thelesphori summi pontificis de- Thelesphorus papa.
cretum, quod in libro decretorũ, distinctione quarta: cap. statuimus. de-
promitur in hunc modum. Has ergo septem hebdomadas (sex scilicet
quadragesimæ, & septimã quinquagesimæ) omnes clerici a carne & de-
licijs ieiunẽt: & hymnis & vigilijs atq; orationibus inhærere, die noctuq;
studeant. hæc ibi. Veruntamen quod de septima hebdomada tota, ieiu-
niorum quadragesimæ adijcienda, hic proponitur: non est in vniuersum
nunc moribus vtentiũ approbatum. Quod vero subijcitur de abstinen-

tia a carnibus & delicijs in quadrageſima: nõ modo clericos, ſed & laicos omnes, obligatorio vinculo conſtringit. Concordat quoq; eidem de ci-
Gregorius. borum delectu in quadrageſima, beatus Gregorius: ita ſcribens ad Augu ſtinum Anglorum epiſcopum. quod in eodem decretorum volumine, eademq; diſtinctione quarta, cap. deniq;. recitatur: in hunc modum Par eſt autem, vt nos qui his diebus (quadrageſimæ ſcilicet) a carnibus abſti-nemus: ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt originem car-nis, ieiunemus: a lacte videlicet, caſeo, & ouis. hæc ibi. In quibus verbis, plane prohibet beatus Gregorius: vſum lacticiniorum in quadrageſima fidelibus. ¶ Ad hæc. feria quarta & ſexta cuiuſq; hebdomadæ, a carnibus 11
abſtinendum eſſe: cõſtituit apoſtolica authoritate Leo quartus in eo de-creto, quod in codice decretorum ſcribitur, de conſecratione, diſtinctio-
Leo quartus. ne tertia. cap. de eſu carnium. in hanc formam. De eſu carniũ, apud nos vetuſtiſſima & non improbanda traditio ſemper eſt tenenda: vt a cœnæ termino quæ fit in principio noctis quartæ feriæ, quæ luceſcit in quarta feria: vſq; in diluculum quintæ feriæ. & ſimiliter a cœna noctis ſextæ fe-riæ, quæ luceſcit in ſexta feria: non imperite ieiunatio ~~eſt tenenda~~ vſq; ad ſabbati lucem. & quantũ de diei parte aliquis ieiunare maluerit vel debue rit: protendatur. hæc ille. Vbi nomine ieiunationis: abſtinẽtia a carnibus tantum intelligi debet. quoniam vt ipſe canonis illius indicat titulus: nõ illic de obſeruatione ieiunij eccleſiaſtici fit ſermo, vel depromitur decre-tum. ſed tantummodo de abſtinentia ab eſu carnium: & quibus diebus ab vſu carnium ſit abſtinendum. Verũtamen vt eodem in loco recte di-cit gloſſa marginalis: illud ſtatutũ, de quarta feria conſilium eſt: de ſexta præceptum. ¶ Conſimiliter & ſabbato vniuſcuiuſq; hebdomadæ, carni 12
bus abſtinẽdum eſſe ex eccleſiaſtico inſtituto: declarat illud decretũ Gre-
Gregorius ſeptimus. gorij ſeptimi, quod ponitur in libro decretorum. de cõſecratione, diſtin ctione quinta. cap. quia dies. hoc verborum tenore. Quia dies ſabbati, apud ſanctos patres noſtros, in abſtinentia celebris eſt habitus: nos eorũ-dem authoritatem ſequẽtes, ſalubriter admonemus, vt quicunq; ſe Chri ſtianæ religionis participem eſſe deſiderat: ab eſu carniũ eadem die (niſi maiori feſtiuitate interueniente: vel infirmitate impediente) abſtineat. hæc ibi. Nihilo ſecius de diebus ſabbati occurrẽtibus quotannis inter na-talem domini & reſtũ purificationis ſacroſanctæ virginis Mariæ: quan-tum ad manducationem carnium vel abſtinentiam ab illis, quiſq; ſequa-tur morem regionis in qua diuerſatur: & ita nõ delinquet. ¶ Poſtremũ, 13
in tribus diebus rogationum, continuo præcedentibus ſolennitatẽ aſcen ſionis dominicæ: etiam ex ſanctione eccleſiaſtica nõ eſſe carnibus veſcen dum, teſtatur ille canon ex concilio Aurelianenſi depromptus: qui in co-

dice decretorum explicatur: de conſecra. diſtinct. tertia. cap. rogationes. hoc verborum cõtextu. Rogationes, id eſt letanias: ante aſcenſionem do-
Cõcilij Aurelianenſis decretum. mini placuit celebrari, ita vt præmiſſum triduanũ ieiunium: in dominicę aſcenſionis ſolẽnitate ſoluatur. per quod triduũ, ſerui & ancillæ ab opere relaxentur: quo magis plebs vniuerſa conueniat. quo triduo omnes abſti neant: & etiã quadrageſimalibus cibis vtantur. Sic ibi. Verũtamen vt re-cte annotat ibidem gloſſa marginalis: quod illic ſtatuitur de ieiunio, non præcipitur, ſed ſuadetur. Et ita ſentiẽdum eſt de eo, quod inibi dicitur de feriatione publica ab opere manuali: & de vſu ciborũ quadrageſimaliũ. hæc enim tria: non ſunt vbiq; moribus vtentium approbata. Sed iam tẽ-pus adeſt: vt obiectiones aduerſariorum proponantur.

1 ¶ Qui primũ adducunt illud domini verbũ: per Eſaiam prophetã popu lo Iſraelitico dictũ. Nunquid tale eſt ieiuniũ quod elegi: per diẽ affligere
Eſaie. 58. hominẽ animam ſuã? Quo loquẽdi ſchemate: deſignat dominus ſe cor-porale ieiuniũ nõ approbare, ſed potius ſpirituale: de quo, paulo poſt ſub-
Ibidem. ijcit. Nonne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? diſſolue colligationes im-pietatis: ſolue faſciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui cõfracti ſunt, libe-ros: & omne onus dirũpe. Frãge eſuriẽti panem tuũ: & egenos vagoſq; induc in domũ tuã. Cum videris nudum, operi eũ: & carnẽ tuã ne deſpe xeris. Ex quibus verbis plane cõſtat: deũ illud approbare gratũq; habe-re ieiuniũ, quod fit in abolitione peccatorũ prius cõmiſſorũ: & in exerci tio bonorũ operũ, potiſſimũ miſericordię in pauperes & indigos. ¶ Re ſpõſio. In ſupra dicto prophetæ verbo, dominus deus nõ ſimpliciter & omnino reprobat ieiuniũ quod in afflictiõe corporis exercetur: ſed illud ſolũ, quod perperã fit, & prauis cõiungitur operibus atq; circunſtãtijs, tol lẽtibus ieiunij corporalis meritũ & efficaciã. Quod ſatis cõſtat ex hiſce
Eſaie. 58. verbis domini: eo in loco ſequẽtibus. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volũtas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & con-tẽtiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. hæc ibi. Et certe huiuſmodi ieiunio corporali nõ recte peracto: præferendum eſt ſtudiũ abolitionis peccatorũ, & exercendorũ in egenos operum miſericordiæ. Veruntamẽ vbi corporale ieiunium in ſuo comitatu habet alia bona opera (vt debet) elemoſynã ſcilicet, orationem, & charitatẽ in proximos: haud dubie per-
Tobie. 12. quam gratũ eſt deo & acceptum. Bona enim eſt oratio cũ ieiunio & ele-moſyna: magis q̃ theſauros auri recondere. vt ait angelus domini Ra-
2 phael: reſerãs ſui miniſterij diſpẽſationẽ. ¶ Secũdo obiectãt illud domi-ni verbũ: quo iuſſit diſcipulis cp cũ intenti eſſent prędicationi euãgelij, & in aliquam domum ſe conferrent: comederent & biberẽt quæ apud illos
Matthæi. 10 eſſent. In eadẽ (inquit) domo manete: edentes & bibentes quæ apud illos

ſunt. Et rurſum. In quãcũq; ciuitatẽ intraueritis & ſuſceperint vos: manducate quæ apponũtur vobis. Nõ eſt igitur habendum ciborũ diſcrimẽ & diſcerniculũ: ſecundum illam Chriſti formã diſcipulis præſcriptam. ¶ Reſponſio. In illo euãgelij loco & cõſimilibus, eandem cõplectẽtibus ſententiam: Chriſtus ſolum præcepit, prædicatores euangelij debere eſſe cõtentos cibo & potu, oblato ab ijs apud quos manent: neq; ipſos debere exquirere delicatiora cibaria ab ijs quibus prædicant, q̃ offerantur. Vnde
Theophilus. Theophilus eũ exponẽs locum: ait. Q̃uis modica exiſtãt & vilia, cibaria ſcilicet oblata: nihil amplius inquirẽtes. Quæ ſentẽtia: delectui ciborum nõ aduerſatur. Adde, q̃ cum Chriſtus hanc conſtitueret formã viuendi ſuis prædicatoribus: necdum inſtitutæ erant particulatim illæ ſanctiones eccleſiaſticæ, ad ciborũ delectũ pertinẽtes, ſicut poſtea fuerũt latæ. Quare tunc nõ conſtringebãt fideles: nũc autẽ arcte cõſtringũt. ¶ Tertio in- 3
Matth. 15. ſiſtunt: adducentes illud domini verbũ ad diſcipulos ſuos. Nõ quod intrat in os: coinquinat hominẽ. ſed quod exit de ore: illud coinquinat hominem. Ex quo cõſequens eſt, carnes ſumptas feria ſexta, aut in die ieiunij, aut quadrageſima: non contaminare animam hominis labe peccati, neq; eandem præuaricatricẽ reddere. ¶ Reſpõſio. Id ingenue fatendum eſt: carnes ipſas aut cibum quẽlibet vetitum, non cõtaminare ſecundum ſuam ſubſtantiã atq; naturã, ſumentis conſcientiam. Sed volũtas ſumendi illum cibum cõtra preceptũ eccleſię, & cõcupiſcentia pelliciens animũ ad præuaricationẽ legis eccleſiaſticæ: cõtaminat hominẽ, reũq; cõſtituit. Illa autẽ voluntas impellens ad inobedientiã, eſt intranea & intima homini: & exit de corde, & demũ de ore, per praui operis executionẽ. Et ergo ſecundũ domini ſentẽtiã: de numero eſt eorũ quæ coinquinãt & pollutũ efficiũt hominẽ. Quocirca locus ille euangelij, ſi accuratius excutiatur: nõ ſuffragatur aduerſarijs, ſed potius repugnat. ¶ Quarto afferũt nõnullos 4
ex epiſtolis beati Pauli locos: quos putant ſuæ aſtipulari veſaniæ. vt illũ.
Roma. 14. Nõ eſt regnum dei: eſca & potus. ſimiliter & hunc. Eſca nos nõ cõmen-
1. Corinth. 8 dat deo. Necnõ & illũ ad Coloſſenſes. Nemo vos iudicet in cibo aut po-
Coloſ. 2. tu, aut parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ. Ex quibus cõtendũt conficere: inanem eſſe & vanũ, omnem ciborũ delectum. ¶ Reſponſio. Eſca ipſa & potus, ſi nuda illorũ attendatur ſubſtantia naturaliſq; conditio: neq; ad regnum cælorũ prouehunt quempiã, neq; cõmendatum deo reddunt. Sed obedientia quæ circa vſum cibi & potus, exhibetur deo & eccleſiæ: aut inobedientia præuaricatrix mandatorum eccleſiæ & dei, qui
Matthæi. 18. præcipit audiẽdam eſſe eccleſiã: reuera aut promouet ad regnũ dei, aut ab eo nos abducit. Cõmendat ſiquidẽ nos deo obedientia, & odibiles efficit inobedientia. At vero quod ad Coloſſenſes ſcribit beatus Paulus: ſolum

debet accipi de ritibus & cærimonijs legis Moſaicæ. Ad quas obſeruandas: Coloſſenſes nequaq̃ aſtrictos fuiſſe, teſtatur illic Paulus. neq; ipſos iudicari, damnarive debere: ſi eos ritus non cuſtodiant. Idipſum autem:
5 nequaq̃ infirmat delectũ ciborũ legis euangelicæ. ¶ Rurſum acrius in-
ſtant per id: quod in prima ad Timotheũ epiſtola ſcribit Paulus. vbi pe- 1. Timo. 4.
ſtiferam damnat quorundam doctrinã: aſtruentiũ eſſe abſtinendum a cibis, quos deus creauit ad percipiẽdum cũ gratiarũ actione fidelibus, & ijs
qui cognouerũt veritatẽ. quia omnis creatura dei (inquit) bona eſt: & ni- Ibidem.
hil reijciendum, quod cũ gratiarũ actione percipitur. Ex quo verbo contendũt: nec carnes feria ſexta, nec in quadrageſima reijciendas. Adducũt
inſuper & illud eiuſdem apoſtoli dictũ: ad Titũ. Omnia munda mũdis: Titum 1.
coinquinatis autẽ & infidelibus nihil eſt mundũ, ſed inquinatæ ſunt eorũ & mens & cõſcientia. Vnde conficere nitũtur: omnia cibariorũ genera, promiſcue & ſine delectu a Chriſtianis ſumi poſſe. ¶ Reſponſio. Illud apoſtoli verbum prophetico ſpiritu dictũ eſt cõtra quoſdam hæreticos,
qui poſtea futuri erãt: vt Manichæos, Seuerianos, & Tacianos, atq; Eu- Manichæorũ
cratitas, dicentes a carnibus abſtinendũ eſſe: q̃ ſuapte natura malæ eſſent, error.
& productę a malo principio, & ita cõtumeliã ac iniuriã inferẽtes ſummo rerũ omnium cõditori. qui vidit cũcta quæ fecerat: & erãt valde bo- Gene. 1.
na. Eccleſiaſticæ autẽ traditiones, non docent eã ob cauſam eſſe carnibus abſtinendũ: ſed ad ipſam corporis caſtigationẽ, ne ad vitia carnis petulaſcat. At vero omnia ſunt (vt ait ad Titũ Paulus) munda mundis, dũmodo debito tẽpore & modo ſint ſumpta: & ſecundũ eam regulã qua ſumi debẽt. Si autem tẽpore vetito & cõtra eccleſiæ leges, per inobedientiã ſumãtur: immunda ſunt talia, quantũ ad effectũ. quoniã ex illa ſumptione:
6 immũda redditur ſumẽtis cõſciẽtia. ¶ Poſtremũ inſiſtunt aduerſarij &
hac ratione. Ieiunia & delectus ciborũ inſtituta ſunt ab eccleſia, ob emaceationẽ carnis noſtræ: & vt in ſeruitutẽ ſpiritus redigatur. Ergo ſiquis habeat corpus õnino ſubditũ ſpiritui, & nullo modo rebelle: ille amplius nõ indiget ieiunijs nec diſcretione ciborũ. ſed fretus libertate ſpiritus, poteſt corpori ſuo concedere quicquid appetit: ſine aliqua culpa. ¶ Reſpõſio. Nõ ad ſolã corporis caſtigationẽ ordinata ſũt per diſciplinã eccleſiaſticam ieiunia & ciborũ diſcernicula: ſed & ob pleraſq; alias cauſas. vt ad obtinendã mentis puritatẽ: liberioremq; alacritatẽ qua ad deũ feratur, ad obediẽtiæ meritũ, ad cõſequẽda vberius diuinæ gratiæ dona, ampliorẽq; ęternæ vitę mercedẽ. Proinde quantũuis habuerit quiſpiã carnẽ ſpiritui morigerã: adhuc obſtringitur legibus eccleſiaſticis, ieiunia & delectũ ciborum decernẽtibus: debetq; eas ad vnguẽ cuſtodire. Alioqui adhærebit pernicioſæ hæreſi Begardorũ & Beguinarum: dãnatæ in concilio Vien-

nensi. vt constat ex Clementinis sanctionibus libro quinto: titulo de hæ-
Begardorum errores. reticis. cap. ad nostrum. Vbi inter octo ipsorũ errores sacrilegos, ibidem expressos: hic habetur ordine secundus. q̃ ieiunare non oportet hominẽ nec orare: postquam summum perfectionis gradum (quem confingũt) reddentem ipsum impeccabilem, fuerit assecutus. Quia tunc concupiscentia (vt dicũt) est ita perfecte spiritui & rationi subiecta: q̃ homo potest libere corpori suo concedere, quicquid placet. Tertius vero eorũ error pestifer, inibi explicatus & damnatus: est. q̃ in prædicto perfectionis gradu constituti, & idcirco in spiritu libertatis (vt asserunt) collocati: non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta ecclesiæ obligantur. hæc ibi. Verum illi, cum libertatem spiritus sibi arrogãt: durissima vitiorum seruitute premuntur.

¶ Ecclesiam recte instituisse: q̃ sacris ordinibus initiati perpetuam seruent continentiam. Cap. IX.

Voniam saturitas ventris plærunq̃ propensionem inducit & procliuitatem ad libidinem: nostræ tempestatis hæretici, ieiunia & delectum ciborum execrantes, indulgentesq̃ ventri, consequenter ad vitia carnis feruntur præcipites. Iouinianiq̃, Vigilantij, atq̃ Viclefi impium dogma resuscitantes: ruptis continentiæ frenis, docẽt viros ecclesiasticos sacris ordinibus insignitos, posse vxores ducere: vt sub nuptiarum prætextu suam expleant libidinem. Hinc incœstis connubijs: dedecorant & conspurcant totum ecclesiæ decorem. dum & ipsi, vt suo alios exemplo ad idem pertrahant facinus: immemores voti solennis, in sacrorũ ordinum susceptione deo palã exhibiti, nõ exhorrent se mulierculari thoro cõiugali (vt vocant) coniungere. Contra quã infamem vesaniã, & insanam turpitudinem: hæc proponitur veritas catholica, authoritatibus & rationibus munienda.

Ecclesia religiose & sapienter instituit cælibatum virorum ecclesiasticorum: quo sacris ordinibus initiatos astrinxit ad perpetuã cõtinentiam.
¶ Nempe legem veterẽ suscepturo populo Israelitico, inter cætera præ- 1
Exodi. 19. cepit Moyses: ne appropinquarẽt vxoribus suis. Quam ergo sanctimoniam habere debent: qui dominũ nouę legis atq̃ institutorẽ sunt in sacro
1. regum. 21. altari sumpturi? Achimelech itidem sacerdos noluit ipsi Dauid & socijs eius tradere panes propositionis in esum: nisi postquã intellexit eos esse mundos a mulieribus, suarumq̃ vxorũ consortio. Quanta igitur pollere debent mundicia: qui panem cælestẽ & viuificum, figuratum per panes
Luce. 1. propositionis, sunt manducaturi? Sacerdotes insuper veteris legis, tempore ministrationis suę in templo: abstinebãt omnino ab vxorum suarum

cõmercio. Nouæ vero legis sacerdotes, quotidie aliquod debent ministeriũ tẽplo: aut orationis, aut administrationis sacramentorũ. Quare assiduã ipsi & perpetuã deo debent cõtinentiã: vt in sanctitate eidem mini-
2 strẽt. ¶ Porro hanc postremã prædictæ rationis particulã: præclare cõfirmat venerabilis Beda, in primo libro suorum cõmentariorũ in euangelium Lucæ. Vbi exponens id verbum euangelistæ, de Zacharia: patre sancti Ioannis Baptistæ. Et factũ est vt implerẽtur dies officij eius: abijt Luce 1.
in domum suam. ait. Hoc est quod dixi: q̃ vicis suæ tẽpore pontifices, Beda.
templi tantum officijs mancipati: nõ solum a complexu vxorum, sed ab ipso quoq̃ domorum suarum abstinerent ingressu. Vbi nostri temporis sacerdotibus, quibus semper altari seruire iubetur: perpetuo seruandæ castitatis exemplum datur. Quia enim tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quęrebatur: necessario tẽpus substituẽdę soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed perfectio spiritualis inquiritur: consequenter sacerdotibus vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur. hæc ille.
3 Quæ maxime nobis suffragantur. ¶ Præterea. Ad Corinthios scribens apostolus, admonet vinculo coniugali alligatos: q̃ non fraudent se inui-
cem officio cõiugij, nisi forte ad tẽpus vt vacẽt orationi. Quibus verbis 1. Corinth. 7
insinuat eos abstinere debere vsu coniugij: cum orationi publicæ & supplicationi est intendendum. Sacerdotũ autem nouę legis est munus: quotidie deo orationes pro seipsis & populo offerre. Debent igitur ipsi perpetuo, a mulierum consortio & opere nuptiarum abstinere. In eodem
quoq̃ loco scribit apostolus, q̃ qui vxori cõiunctus est: solicitus est quo- Ibidem.
modo placeat vxori, & quæ sunt mundi cogitat: atq̃ diuisus est & distractus ad prouidendum familiæ & liberis. Sacerdos autem vt suo rite fungatur officio, solicitus tantummodo esse debet quomodo placeat deo: ad cuius est ministeriũ delectus. Nõ debet igitur ipse: humeros suos subij-
4 cere sarcinæ coniugali. ¶ Confirmat autem hanc rationẽ Hieronymus, quantum ad priorem eius partem: in commentarijs super epistolam beati Pauli ad Titum, ita dicens. Si laicis imperatur, vt propter orationem Hieronymus
abstineant se ab vxorum coitu: quid de ipso sentiendum est, qui quoti- 1. Corinth. 7.
die pro suis populiq̃ peccatis, illibatas deo oblaturus est victimas? Cui astipulatur & Ambrosius: in expositione primæ epistolæ beati Pauli ad Timotheum, sic scribens. Si plebis hominibus, orationis causa, ad tem- Ambrosius.
pus se abstinere præcipit Paulus, vt vacent orationi: quanto magis leui- 1. Corinth. 7.
tis, ac sacerdotibus, quos die noctuq̃ pro plebe sibi cõmissa oportet orare? Mundiores ergo debẽt esse cęteris: quia actores dei sunt. hæc Ambro-
5 sius. Quæ & nostro instituto: magnopere patrocinantur. ¶ Posteriorẽ

vero partem tertiæ rationis,modo ex Paulo adductæ: corroborat etiam
Innocentius tertius. non parum Innocẽtius tertius in ſuo decreto,quod ſcribit ad Noruicen
ſem epiſcopum:in tertio libro epiſtolarum decretalium,titulo de clericis
1. Corinth. 7. coniugatis.cap.diuerſis.hoc verborum contextu.Cum vir cogitet quo=
modo placere poſſit vxori, & ideo minus quæ dei ſunt valeat cogitare:
cum quaſi diuiſus in duo plenam ſui non habeat poteſtatem, vt ei a quo
ſtipendium recipit:plenius famuletur. mandamus,quatenus huiuſmodi
clericos qui matrimonia contraxerunt:beneficijs eccleſiaſticis,quę in tua
dioceſi ſunt adepti, priues:appellatione reiecta.præſertim cum rerum ec
cleſiaſticarum ſubſtãtia:per tales ſoleat deperire.hæc ibi. Ecce decretum
apoſtolicum:ex beati Pauli ſentẽtia definiens clericis indecentes eſſe nu=
ptias. ¶ Adde, ꝙ ab ipſo legis euangelicæ exordio nunquam indultum 6
fuiſſe legitur ſacerdotibus & ſacris altaris miniſtris:ꝙ poſt acceptos hu=
iuſmodi ordines eccleſiaſticos ducerent vxores. quoniam tunc a ſpiritu
quodam modo ad carnem tranſirent,& ſtatum viuendi ſubirẽt:magno=
pere impedientem prius ſuſceptum ſacri altaris miniſterium. Enimue=
ro in canonibus apoſtolorum,viceſimoquinto capite. id habetur decre=
Canon. 25. apoſtolorum. tum.In nuptijs autem qui ad clerum prouecti ſunt:præcipimus,vt ſi vo
luerint,vxores accipiant: ſed lectores, cantoreſq; tantummodo. Sic ibi.
Ex quo protinus recte conficitur:nec diaconos nec preſbyteros,a prima
nouæ legis coruſcatione:potuiſſe poſt huiuſmodi ſuſceptos ordines du=
cere vxores, & nuptias illis hoc apoſtolico decreto fuiſſe interdictas. Et
tanto magis id epiſcopis fuiſſe vetitum,eodem apoſtolorum canone, col
ligere debemus:quanto ſublimiore gradu & dignitate,ſupra cæteros or=
dines collocati ſunt. ¶ Deinde poſt trãſacta apoſtolorum tempora, Ca= 7
lixtus papa huius nominis primus, eandem renouauit conſtitutionem,
per ſuum decretum:quod recitatur in libro decretorum,diſtinctione vi=
Calixtus papa. ceſimaſeptima.cap.preſbyteris.hoc verborum ſchemate. Preſbyteris,
diaconibus, ſubdiaconibus, & monachis, concubinas habere, ſeu matri=
monia contrahere: penitus interdicimus. contracta quoq; matrimonia
ab huiuſmodi perſonis,diſiungi,& perſonas ad pœnitentiã redigi debe=
re: iuxta ſacrorũ canonum definitionẽ iudicamus.hæc ibi.Ex quorum
poſtrema particula:plane inſinuat ipſe Calixtus,non ſe primũ fuiſſe hu=
ius ſanctionis authorem: ſed ante ſua tempora eandem legem fuiſſe la=
tam,per præcedentium orthodoxorum patrũ canones. Et certe huiuſce
cõſtitutionis primordium:in ipſa apoſtolorũ tẽpora,immo in prima le=
gis euãgelicæ initia eſt referẽdũ:vt modo adductus apoſtolorũ canon cla
re teſtatur. ¶ At vero nõ ſimile putari debet eſſe iudiciũ de prouectis ãte 8
ad ordines eccleſiaſticos: ꝙ poſtea permiſſi fuerint ſuperducere vxores.

& de alligatis prius vxorio vinculo: ꝙ deinde promoti fuerint ad ſacros
ordines,manentes in ſuo coniugio, etiam quantum ad vſum eius. Nam
illud(vt iam dictũ eſt) nunq̃ in lege gratiæ & euãgelica: apud eccleſiam
locum habuit.hoc vero:a principio prædicationis euãgelij etiam vſq; ad
tempora Niceni concilij,frequens fuit & vſitatum. Quinimmo & poſt
eiuſdem cõcilij decurſum,adhuc erat in vſu: vſq; ad tẽpora Siricij ſum=
Siricius papa mi pontificis,qui præſedit apoſtolicæ ſedi: circa annum ab incarnatione
domini trecenteſimũ & nonageſimũ.& Innocentij primi: qui ſolo vno
Innocentius primus. intermedio ſucceſſit Siricio,circiter annum quadringẽteſimũoctauum.
Siquidem vterq; eorum,apoſtolica authoritate conſtituit:neminẽ debe=
re ad ſacros ordines admitti qui haberet vxorem, niſi ea per mutuũ con=
ſenſum quantũ ad vſum thori dimiſſa:ſeruaret deinceps perpetuã conti=
nentiam.Et exinde lata eſt & poſita lex, eos qui connubiali fœdere ſunt
vxoribus cõiuncti:nõ debere ſacris ordinibus inſigniri, q̃diu ſuperſtites
ſunt eorũ vxores.Ipſius quidem Siricij ſuper ea re decretũ: explicatur in
volumine decretorum,octogeſimaſecũda diſtinct.cap.plurimos.Inno=
centij vero ſuper eadẽ re ſanctio: continetur in eadem diſtinctione.cap.
propoſuiſti.Ex quibus,noſtrum liquido comprobatur propoſitũ:con=
9 tinentiam ſcilicet perpetuam,clericis eſſe indictã. ¶ Neq; ſimplex eſt illa
& omni vinculo libera,obſeruãdę cõtinẽtiæ in viris eccleſiaſticis diſcipli
na:in ſuperiore ratione expreſſa,ſed alligata voto etiã ſolenni. quod deo
& eccleſiæ ædit quiſquis ſacros ordines ſuſcipit:obſtringitq; ſe ad perpe
tuam deinceps ſeruãdam cõtinentiam.Huiuſmodi autem obligatio per
votum:ex eccleſię determinatione enaſcitur.quę hanc ſanciuit legem,ꝙ
nemo debeat ſacris inſigniri ordinibus:niſi qui continẽtiæ perpetuo ſer=
uandæ profeſſionem & votum deo fecerit. Quod ex libro decretorum,
diſtinctione viceſimaoctaua: cap. ecce oſtenſum. manifeſte innoteſcit.
Vbi Gratianus in illius ſententiæ cõprobationẽ: citat beati Gregorij au=
Gratianus. thoritatem,hoc verborum tenore.Ecce oſtenſum eſt breuiter, ꝙ nolen=
tes vouere continentiam:nec ad ſubdiaconatum,nec ad ſuperiores ordi=
nes conſcendere poſſunt. Vnde ad ſubdiaconatum accedentes: non ſine
voto caſtitatis iubentur admitti,authoritate beati Gregorij:qui ſcribens
Gregorius. Petro ſubdiacono ait.Nullum facere ſubdiaconum præſumãt epiſcopi:
niſi qui ſe caſte victurum promiſerit. Quia nullus ad miniſteriũ altaris
accedere debet:niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit ap=
probata.hæc ibi.Illa autem promiſſio: aliud nihil eſt, q̃ vera voti conti=
10 nentiæ æditio. ¶ Conſtat etiam idem, ex eo concilij Toletani quinti ca=
none:qui in eadem viceſimaoctaua diſtinctione, capi.quando. ponitur,
hoc modo.Quãdo preſbyteri & diacones per parochias conſtituuntur:

oportet eos professionē suo episcopo facere, vt pure & caste viuant sub
timore dei. Vt dum eos talis professio obligat: vitæ sanctæ disciplinam
retineāt. Sic ibi. Huiusmodi autem professio, caste deinceps viuendi: re-
uera est emissio & exhibitio voti continentiæ. Atqui de subdiaconatu,
idem censeri debet hoc tempore iudicium, sicut de diaconatu & presby-
teratu: quantum ad continentiæ disciplinam. quoniam apud ecclesiam
etiam nunc sacer habetur ordo: sicut & duo superiores. Sacros igitur or-
dines sortiti: obstringuntur voto continētię. Quod etiam plane innote-
scit ex cap. vnico. quod votū. titulo de voto & voti redēptione. in sexto
libro decretaliū. & ex cap. antiquæ cōcertationis. extrauagante Ioannis
vicesimisecundi. ¶ Qz autē tale votum, nō simplex habendum sit, sed 11
solenne: eo ipso constat. Quoniam palam & in propatulo fit secundum
ecclesiæ legem a suscipiente sacros ordines, & in manu episcopi: gerentis
vicem ipsius ecclesiæ, & recipientis illud votum oblatum ab eo, cui con-
fert sacrorum ordinum ministeria. Haud aliter q̄ votum monasticæ re-
ligionis fit a subeunte eam professionem: in manu patris ipsius monaste
rij, vt abbatis, aut prioris. Vnde perspicuum euadit, in quantam voragi-
nem & barathrum damnationis se præcipitant Lutherani: cum post su-
sceptos sacros ordines feralibus & infaustis coniungunt nuptijs. quæ, ve-
ræ nuptiæ non sunt, sed sacrilegia, & incœstu nō inferiora libidinum cō-
mercia: nuptiarum nomine & prætextu obducta & obtecta atq; adum-
brata. Quippe non solum eo abominabili flagitio: disciplinam continen
tiæ, viris ecclesiasticis ex traditione apostolorum constitutam, proculcāt
pedibus: sed & voti solennis deo exhibiti in facie ecclesiæ, rei fiūt & præ-
uaricatores. Quocirca grauis illos manet ira dei, & tristis exitus: nisi resi-
piscant, & tantum facinus digna pœnitentia diluant. ¶ Ad hæc. grauita 12
tem huiusmodi culpæ, quam cōtrahunt qui sacros ordines sortiti, postea
nuptiarum tricis se irretiūt: ostendit etiam magnitudo & acerbitas pœ-
narū, a summis pontificibus & sacris cōcilijs decretarum in eos, qui tam
immane scelus tentauerint. Siquidem Innocentius secundus, in tales hoc
sanxit decretū: quod in libro decretorū, vicesimaoctaua distinct. cap. de-
cernimus. ita depromitur. Decernimus vt ij qui in ordine subdiaconatus
& supra, vxores duxerint, aut cōcubinas habuerint: officio atq; ecclesiasti
co beneficio careāt. Cū enim ipsi: tēplum & vasa domini, atq; sacrarium
spiritus sancti debeant esse & dici: indignum est, eos cubilibus & impudi
citijs deseruire. Cui consonat & illud concilij Neocæsariensis decretum:
quod in eadem distinctione. capi. presbyter. sic contexitur. Presbyter
si vxorem duxerit: ab ordine suo illum deponi debere, statuimus. Qz si
fornicatus fuerit vel adulterium commiserit: extra ecclesiam abijci, &

Concilij Tolletanum.

Innocentius secundus.

Concilij Neocæsariēsis decretum.

ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet. Deniq; & in cōcilio Anchi- *Concilij Anchiritani.*
ritano hic legitur ordinatus canon: priori, in decernenda presbyteris nu-
ptiatoribus pœna, haud absimilis. Presbyter si vxorem duxerit: ab or-
dine deponatur. Porro operosum nimis esset & arduum negociū: cæte-
ros omnes canones in eandem tendentes sententiam, qui per totum De-
cretorū volumen sparsim annotantur: hic cōflare atq; coaceruare. Quo-
circa a pluribus hic citandis supersedētes: ad alias rationes afferēdas pro-
13 grediamur. ¶ Cæterum q̄ rationabilis sit & honesta perpetuæ cōtinen-
tiæ lex, sacris templi ministris imposita: etiam præclare demōstrat egre-
gius author & diligens scripturarū interpres Haymo: in homelia huius
euangelij, de sanctis cōfessoribus legi soliti. Sint lumbi vestri pręcincti: *Luce. 12.*
& lucernæ ardētes in manibus vestris. Vbi postq̄ diffuse ostēdit, q̄ lum-
bos præcingere: sit ardorē libidinis amore castitatis refrenare. subiūgit.
Quod cū omnibus fidelibus generaliter obseruandum sit: specialiter ta- *Haymo.*
men ministris ecclesiastici ordinis custodiendum iniungitur. quando in
veteri lege carnes agni, qui in figura corporis & sanguinis Christi immo
latus est: non prius comedere permissi sunt, q̄ renes accinctos haberent.
domino dicente. Sic ergo comedetis illum. Renes vestros accingetis: cal- *Exodi. 12.*
ciamenta habebitis in pedibus. Item. Et dixit dominus ad Moysem. Lo
quere ad Aaron, & ad filios eius. Homo de semine vestro, in quo fuerit *Leui. 21.*
macula: nō accedat ad altare. Et paucis interiectis subiungit ibidem. Qui
enim sacra mysteria manibus tractare, & alijs ministrare debēt: dignum
est vt ab omni immunda pollutione sint alieni. vt scilicet & mente sint
casti: & corpore pudici. Quod in opere Dauid discimus, qui cū venisset
ad Achimelech sacerdotem: nō prius panes sanctificatos accipere valuit, *1. Regum. 21.*
q̄ se suosq̄ mūdos a mulieribus testaretur. nō vtiq; solum ab alienis, neq;
a cōcubinis: sed etiā a proprijs vxoribus. Ait enim. Et quidem si de mu- *Ibidem.*
lieribus agitur: cōtinuimus nos ab heri & nudiustertius: & fuerunt vasa
14 puerorum munda. Hęc ille. ¶ Idem quoq; exemplum de Dauid peten-
te panes propositionis, modo adductum, & in prima capitis huius ratio-
ne etiam citatum: multum pōderat & magnifacit beatus Hieronymus, *Hieronymus.*
ita scribens in commentarijs suis super epistolam Pauli ad Titum. Re-
legamus regum libros: & inueniemus sacerdotem Achimelech, de pani-
bus propositionis noluisse prius dare Dauid & pueris eius: nisi ante in-
terrogaret, vtrum mundi essent pueri a muliere, non vtiq; aliena: sed cō- *1. Regum. 21.*
iuge. Et nisi eos audisset ab heri & nudiustertius vacasse ab opere coniu-
gali: nequaq̄ panes quos prius negauerat, cōcessisset. Tantū autē interest
inter panes propositionis & corpus Christi: quantum inter vmbram &
corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorū, & ea

ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quomodo itaq; mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoq; & benignitas: pręcipue debent esse in episcopo, & inter cunctos laicos eminentia. sic & castitas propria: & (vt ita dixerim) pudicitia sacerdotalis. vt non solum ab opere immũdo se abstineat: sed etiam a iactu oculi & cogitationis errore, mens corpus Christi susceptura, sit libera. Hęc Hieronymus: ibidem. ¶ Porro ex supra dictis in toto hoc capite, iam dilucidũ esse reor: q̃ ex eo loco de Achimelech sacerdote, & alijs plerisq; tam veteris q̃ noui testamenti locis, ante citatis: haud magno negocio & facile deducitur perpetua sacrorum ecclesiæ ministrorum continentia. atq; ex ipso sacræ scripturæ fonte: recto consequio colligitur.

¶ Verum adducendæ nunc sunt & dissoluendæ: rationes aduersariorũ. 1
Qui primo quidem loco obiectant: veteris legis sacerdotes ex diuina ordinatione habuisse vxores. Quorũ exemplo colligere nituntur: & nouæ legis sacros ministros etiam posse cõnubio coniũgi. ¶ Responsio. Non æqua est ratio de antiqui ritus sacerdotibus: & nostræ legis. Quoniã illi multo anni tempore vacabant & ociosi erant a ministerio templi: & officio sacerdotij. cum non parua fuerit eorum multitudo: quorum vnusquisq; certo tempore seruiebat. secundũ institutum regis Dauid: in primo libro Paralipomenon conscriptũ. Quare reliquo anni tempore negocijs domesticis & rei vxoriæ potuerũt esse intenti, sine præiudicio ministerij deo debiti. Euangelicæ vero legis sacerdotes, quotidianum deo debent obsequium: in orationibus, sacramentorum administrationibus, aut altaris sacrificio. Quare assiduam debent seruare castimoniã: & cælibatum. Huic accedit, q̃ ex sola tribu Leui: in lege Mosaica sumebãtur sacerdotes. hinc necessaria erat in ipsis propagatio carnalis per nuptias: ne tandem deperiret ipsa tribus, aut intermitteretur successio. In lege autem euangelica, non ita ex vna tribu aut per successionem carnalem quęruntur sacerdotes: sed ex omni populo & tribu per electionẽ spiritualẽ. quare non est nunc necessaria, ad asciscendos ministerio templi sacerdotes: carnis inter ipsos propago per nuptias. Adde, q̃ vetusti ritus sacerdotes: pecora offerebant deo, aues, panes propositionis, & hircorũ sanguinem. Nouæ vero legis sacri ministri, contrectant panem viuum qui de cælo descendit: & hostiam illam immaculatam, quæ totius mũdi sustulit delicta. Proinde tanto maior & syncærior in his q̃ in illis debet esse sanctimonia & puritas: quanto dignior, perfectior & sanctior est hostia nostra: q̃ victimæ antiquæ. His adijcitur & hæc non futilis ratio, nec inualida: quare antiquæ legis sacerdotibus concedebantur vxores, & nõ legis euãgelicæ sacris ministris. quoniã susceptio ordinis in veteri lege, erat

1. Para. 24.

Ioan. 6.

necessitatis: & diuino iussu indicta leuiticæ tribui. In noua vero lege, est
2 libertatis: quoniã nullus ad eam susceptionem ab alio obstringitur. ¶ Secundo insistunt. Græci & orientalis ecclesiæ presbyteri, vxores habent: & vna cum altaris ministerio suis cohabitant coniugibus, quantũ ad domicilium & vsum coniugij. Cur igitur idem non licuerit & latinis: occidentalisq; ecclesiæ sacris ministris? ¶ Respõsio. Græci quidem sacerdotes habent vxores: quas ante sacrorum ordinum susceptionem duxerant virgines. neq; cum sacris initiantur: compelluntur eas a se abijcere aut seiugare. quoniam sanctionẽ ecclesiasticam de voto continentiæ sacris ordinibus annectendo, non admiserũt: sicut ecclesia occidentalis. Quẽadmodum testatur Innocentius tertius, in libro tertio epistolarum decretalium: titulo de clericis coniugatis. cap. cum olim. dicens. Orientalis ecclesia: votum continentiæ non admisit. quoniã orientales in minoribus ordinibus contrahunt: & in superioribus vtuntur matrimonio iam cõtracto. Hæc ibi. Veruntamen ijdem sacerdotes nunq̃ post susceptos sacros ordines ducunt vxores: aut nuptias contrahunt. Quinimmo si contingat eam quam primo duxerunt vxorem, obire diem suum: nõ superducunt secũdam, sed manẽt cælibes, q̃uis adhuc florẽte sint ætate. Quẽadmodum perhibet author libri Decretorũ: distinctione vicesimaoctaua, cap. siracusanæ. circa finem capitis, in hunc modum. Orientalis ecclesia: non suscepit generale votum castitatis. Hoc tamen indefinẽti obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotiũ, defuncta priori vxore, cũ qua sacerdos factus fuerat: si alteram duxerit, deponatur. Sic ibi. Quo fit vt orientales sacerdotes, q̃uis in multis articulis desciscant ab ecclesia catholica: in seruãda tamen cõtinentiæ disciplina rectius se habeant, q̃ nostri temporis hæretici & eorum assecłæ. Quoniam tametsi hi desertores ecclesiæ susceperint continentię votum, illudq; deo cum sacris initiarentur ædiderint: attamen post susceptum sacerdotium nõ erubescũt vxores ducere, aliosq; vt ita faciant, inducere. Quod nunq̃ apud oriẽtalis ecclesiæ sacerdotes: attentatum legitur. ¶ Tertio insurgunt. Secũdo geneseos capite dictum est a domino: primis parẽtibus. Crescite & multiplicamini: & replete terram. Idemq; repetitũ est a deo ad Noe & filios eius: post diluuij cessationem. Nullũ igitur peccati reatũ incurrit: qui & nunc multiplicandæ soboli per nuptialem copulam studet. Quare nuptiæ: sacerdotibus sunt licitæ. ¶ Responsio. Non eadem est ratio temporis in quo tale præceptum a domino est traditum hominibus: & illius in quo nunc diuersamur. Nempe in principio constitutionis mundi & statim post exactum diluuium: pauci admodum erant homines super terram. & necessaria erat tunc aliorum propagatio per coniugale cõsortium: ad

Innocentius tertius.

Gratianus.

Gene. 2.

Gene. 4.

multiplicationem humani generis. Nunc vero non adigit nos illa necessitas ad fœdera matrimonij: quoniã satis superq; multiplicati sunt homines super terram, & quotidie multiplicantur per nuptiale cõmerciũ laicorũ. Quare opportunitas nũc occurrit viris ecclesiasticis, vt eorũ ascribantur numero: de quibus ait Christus in euãgelio. Sunt eunuchi: qui se castrant propter regnum dei. salutare itidem amplectantur documẽtum beati Pauli: quo in prima ad Corinthios epistola magnopere cõmendat virginitatem & continentiæ puritatem. Insuper. Illud domini verbũ ex genesi in obiectione adductum, ad illos intelligi debet esse dictũ: qui nullum habent cõtrahendarum nuptiarum impedimentũ vel obstaculum, & quibus liberum est vxorio se vinculo cõstringere: si velint. Tales autem nõ sunt, euãgelicæ legis sacerdotes: q; geminum ipsis sit impedimẽtum, quo minus fœdera ineant nuptialia. vtpote sacer ordo ante susceptus: & cõtinentiæ votum solenne, deo ab eis factum. ¶ Deinde & hũc 4
mouent cauillum. In prima ad Corinthios epistola capite septimo: scribit apostolus de ijs, qui nõ sunt coniugio deuincti. Q; si nõ se cõtinent: nubant. Melius est enim nubere: q̃ vri. Et rursum ibidem. Si nupserit virgo: nõ peccauit. Igitur secundũ illam Pauli sententiã, sacerdotes possunt ducere vxores: ne per incõtinentiam prolabantur in grauiora probra ac flagitia. ¶ Responsio. Consimilis est huic cauillationi adhibenda dissolutio, sicut præcedenti, secũdo loco est assignata. ea scilicet quę citata sunt apostoli verba, de ijs tantũ intelligenda esse: qui adhuc in sua sunt libertate constituti, vt vinculo nuptiali se alligent si velint, sine cuiusq̃ offensione. quiq; nullo detinẽtur impedimento: prohibente illis contractũ nuptialem. Sacerdotes autem, amplius hoc modo nõ sunt liberi: vt si velint, licite ducant vxores. tum ob ordinem sacrum: statui nuptiali repugnantem. tum etiam ob solenne continentiæ votum, quo sunt deuincti: copulæ coniugali penitus aduersum. Sane eam ob rem scribit apostolus ad Timotheũ: adolescẽtiores viduas esse deuitandas. Cũ enim luxuriatę (inquit) fuerint: in Christo nubere volunt, habentes dãnationẽ: quia primam fidem irritam fecerunt. Vbi primã fidem vocat Paulus, votũ castitatis: quod post virorũ suorum mortẽ deo æddiderũt, se deinceps scilicet in continentia viduali victuras. Post quod votum, volentes viris nubere: merito dãnantur. Sic & Augustinus recte dicit, q; virginibus quæ suã deo virginitatem cõsecrarũt: nõ solũ nubere, sed & velle nubere, dãnabile est. Nõ igitur promiscue sunt omnibus indultæ nuptię. ¶ Deinceps & illud apostoli verbũ, in prima ad Timotheũ epistola tertio capite scriptũ: obiectant. Oportet episcopũ: esse vnius vxoris virũ. Similiter & illud eiusdẽ ad Titũ, dictũ: quo perhibet eũ esse cõstituendũ episcopũ,

Matth.19.
1. Corinth.7.
Ibidem.
1. Timo.5.
Augustinus.
5
1. Timo.3.
Titum.1.

qui sit vnius vxoris vir. Ex quo cõficere nitũtur: debere sacerdotes esse vxoribus copulatos. ¶ Respõsio. Nõ sunt illa beati Pauli ad Timotheũ & Titũ verba: affirmatiue & per obligationẽ assertoriã intelligẽda, vt ea accipiũt aduersarij. quasi illis velit designare apostolus, eos qui ad episcopatũ prouehũtur: debere vxores habere. & si nõ habeant: idcirco eos nõ esse cõstituendos episcopos. Alioqui nec ipse potuisset ad gradũ illũ ecclesiasticũ subuehi: q; nunq̃ vxorem duxerit. vt sancti doctores grauissimæ authoritatis asserunt: & ex verbis eiusdem, de seipso in prima ad Corinthios epistola capite septimo dictis, facile colligitur. Similiter nec sanctus Ioannes apostolus, nec alij pleriq; ex apostolis & viris apostolicis, potuissent in exordio legis euãgelicæ ordinari episcopi: q; nuptiarum erant expertes. Sed secundũ sacrorum omniũ authorũ locos illos interpretantium sentẽtiam, prædicta Pauli verba: sunt ad sensum negatiuum accipienda, hoc modo. Nõ oportet episcopum esse bigamũ: nec secundam habere vxorẽ. vt si bigamus fuerit, aut secundæ alligatus vxori: nõ subuehatur ad episcopatus gradum. Ex quo nihil aliud confici recte potest: nisi episcopum eo tempore aut debuisse cælibem esse & castũ, aut vnam tantũ & primam habere vxorem. & solam bigamiã: illis apostoli verbis in episcopo esse prohibitam. Quæ & per decimumseptimum canonem apostolorum, etiam vetita legitur viris omnibus ecclesiasticis: in hunc modum. Siquis post baptisma secũdis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit: non potest esse nec episcopus, nec presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum: qui ministerio sacro deseruiũt. 6 ¶ Demũ & hac ratione nobis insultant. In prima ad Timothæum epistola capite quarto: scribit apostolus. Spiritus autẽ manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide: attẽdentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentiũ mẽdacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam: prohibentiũ nubere. Hanc autem dæmoniorum doctrinam (inquiũt aduersarij) instaurant & promouent: qui sacerdotibus nuptias interdicunt. Non igitur sunt illi: audiendi. ¶ Responsio. Prædictis verbis apostolus spiritu sancto reuelante prenũciauit: in ecclesia futuros hęreticos qui nuptias in vniuersum damnarent, tanq̃ illicitas & a dæmone adinuentas. Quales fuerũt Marchion, & Manes, Tacianus, & cæteri cõsimilis farinę, de quibus solis ibidem loquitur Paulus: & eorum doctrinam pestiferam vocat diabolicam, vt reuera est. De ijsdem etiam meminit venerabilis Beda, in homelia euãgelij describentis nuptias factas in Cana Galileæ: hoc modo. Porro euangelica lectio: Taciani & Marchiani, cæterorumq; qui nuptijs detrahunt, perfidia q̃ sit damnabilis: insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptijs

1. Corin.7.
Canon apostolorũ decimusseptimus
1. Timo.4.
Qui fuerunt hæretici: damnãtes nuptias
Beda.
Ioan.2.

debita castitate celebratis, culpa inesset: nequaq̃ dominus ad has venire, nequaq̃ eas signorum suorum initijs consecrare voluisset. Et reliqua: in eandem sententiam continuo subsequentia. Eosdem etiam hæreticos & eorum peruersum dogma notat & taxat Gangrense concilium: in eo canone suo, qui in libro decretorũ, distinctione tricesima, capite. siquis nuptias. exprimitur, in hanc formam. Siquis nuptias in accusationẽ duxerit: & mulierem fidelẽ & religiosam cum viro suo dormiẽtem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanq̃ non posse coniugatos in regnum dei ingredi: anathema sit. At vero ecclesia & orthodoxi patres, qui sanxerũt addictos sacro altaris ministerio debere a nuptijs temperare, & cælibes viuere: non in totum damnant nuptias & in vniuerso hominum statu, quinimmo easdem mirifice cõmendant recte obseruatas. vt quas norint a deo institutas & approbatas: atque ab apostolo Paulo multis laudibus prædicatas. Sed duntaxat determinãt: sacris ministris illicitas esse nuptias. tum ob sublimitatem ministerij, cũ omni puritate & mundicia exercendi. tum etiam ob votũ continentiæ ab eis æditũ: quod nuptijs omnino aduersatur. Sicut & ipse Paulus ad Corinthios scribẽs: virginitatem ac cælibatum consulit amplectendum, illumq̃ nuptijs dignitate præfert. ¶ Postremũ & hanc aduersarij contexũt obiectionẽ. In 7
primitiua ecclesia etiam vsq̃ ad concilij Niceni tempora & vltra: sacerdotes sine reprehensione habuerunt vxores. Non debuit ergo illa facultas, posterioribus seculis sustolli: & iugum graue continentiæ ceruicibus ministrorum altaris imponi. ¶ Responsio. Vt in rationũ huius capitis deductione mõstratum est: nunq̃ sacerdotiũ adepti postea permissi sunt vxores ducere. ne mittentes manũ suam ad aratrũ ministerij templi: respicerent retro ad ea quæ carnis sunt & mundi, & ita redderentur inepti regno dei. Qui vero illis temporibus duxerant vxores ante sui cõsecrationem in obsequium templi, & idonei inuenti sunt illi officio: retentis suis vxoribus etiam quantum ad vsum coniugij, assumebantur ad sacerdotium & sacros ecclesiæ gradus. Tum, quia tunc pauci in legis euangelicæ principio inueniebantur soluti vinculo maritali: & apti ministerio ecclesiastico. quare necessariũ fuit tales ad id assumi pro eo temporis spacio: quales reperiebantur & occurrebant. Tum etiam, quia nõ erat expediens circa legis nouæ primordiũ, perpetuæ continentiæ legem imponere ministris altaris: cum desęuiebat rabies tyrannorũ in sanctos dei martyres. ne illius legis difficultate & asperitate deterriti: auocarẽtur a sacerdotio Christi. Cũ vero satis multiplicati fuerunt: qui sine coniugio apti erant altaris seruitio, tranquillitasq̃ reddita fuisset ecclesiæ, & satis radicata atq̃ diffusa foret in orbem terrarum fides catholica: tum cõgruens

Gangrense cõcilij cap. primo.

Gene. 2.

1. Corin. 7.

Ibidem.

Luca. 9.

fuit, illam perpetuæ cõtinentiæ legem sacris templi ministris imponere.

¶ Non esse damnanda vota monastica, nec ad tempus obseruanda: sed perpetuo, secundũ primã patrum cõstitutionem. Cap. X.

On solum ecclesiasticum ordinem deturpare moliuntur Lutherani per nuptiarum contubernia: sed & monasticum, totumq̃ professionis cœnobiticę statũ eneruare. dum & tria religionis illius vota subsannant: dictitantes, ea non perpetua sed temporaria esse debere, ea quidem lege, vt cum libitum fuerit vouenti: pedem ab eis reuocet, & deposita cuculla redeat ad seculũ, nuptialiq̃ vinculo se innectat. Contra quam perniciosam pestem, a Viclefo & Ioanne Hus improbis hæreticis paulo ante tempora nostra inuectã orbi: & in sacrosancto concilio Constantiensi damnatam, nũc vero infelicibus atq̃ sinistris Lutheri auspicijs innouatam: proponitur hæc veritas catholica.

Ecclesia recte & conformiter ad sacram scripturam, approbat tria vota monastica: non quidem ad tempus sed perpetuo seruanda.

1 ¶ Nempe q̃ licitũ sit & cõmẽdabile: deo quippiã vouere (nam & id nõ erubescũt inficiari aduersarij: oblatrantes de faciendis votis nullã in scriptura fieri mẽtionẽ) notius est, q̃ vt probatione egeat. Cur enim prophe
ta in psalmo toties nobis votorũ nomẽ inculcaret, & ad vouẽdũ deo nos
hortaretur: si illicita esset voti emissio? Vota mea (inquit) domino red- *Psal. 115.*
dam: corã omni populo eius. Et iterũ. Reddã tibi vota mea: quæ distin- *Psal. 65.*
xerunt labia mea. Alio quoq̃ in loco. Redde altissimo vota tua. Et rur- *Psal. 49.*
sus. Vouete & reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius af- *Psal. 75.*
fertis munera. Aperte igitur toti contradicunt scripturæ: qui obgarriũt
2 non esse facienda deo vota. ¶ Nec minus sacras eneruant pro viribus literas, & conculcant: qui astruunt, vota cum facta fuerint, nõ debere deo
exolui integre, & secundum eorũ, qui talia instituerunt vota: intelligen-
tiam. Siquidem libri Numeri capite tricesimo: scriptum legimus. Siquis *Numeri. 30.*
virorum votũ domino vouerit, aut se cõstrinxerit iuramento: nõ faciet
irritum verbum suum, sed omne quod promiserit implebit. Et Deute-
ronomij vicesimo tertio capite. Cum votum voueris domino deo tuo: *Deute. 23.*
non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus. & si mora-
tus fueris: reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri: absq̃ pec-
cato eris. Quod autẽ semel egressum est de labijs tuis: obseruabis, & fa-
cies sicut promisisti domino deo tuo, & propria voluntate & ore locu-
3 tus es. Hæc dominus: per Moysem. ¶ Quibus astipulatur Ecclesiastes:
cap. quinto dicẽs. Siquid vouisti deo: ne moreris reddere. displicet enim *Ecclesiastes. 5*
deo: stulta & infidelis promissio. Sed quodcũq̃ voueris: redde. multoq̃

melius est non vouere: q̃ post votũ, promissa non reddere. At vero primi religionis monasticæ fundatores: intellexerunt & declararũt, illa vota nõ ad tempus sed perpetuo esse obseruanda: & ita interpretati sunt illam votorum emissionem. Quam sane interpretationẽ, satis etiam exprimunt ipsa subeuntium professionẽ monasticam verba: quibus promittunt conuersionem morum, & stabilitatem (id est perpetuã permanentiã) in religione. Nonne igitur infidelis est & stulta promissio: quãdo post huiusmodi professionem, abijciunt Lutheranæ vesaniæ sectatores habitum religionis: & cum vxore Loth respiciunt post tergum? Cuius tamen vxoris (ne imitemur eam) nos memores esse debere: admonuit dominus in euangelio. ¶ Huiusmodi sane dementiam, extremamq; malitiam, damnat ipse dominus per Malachiam prophetam: dicens. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum: & votũ faciens immolat debile domino. Certe non minus est maledictus ille dolosus, qui vouit perpetuam in religione perseuerantiam: & mittens manum ad aratrum respicit retro, & reuertitur ad seculum. Cui cõsonat & Sapiens in prouerbijs: dicẽs. Ruina est homini, deuotare sanctos: & post vota retractare. Quanto ergo grauior est ruina cuiq̃: si deo (qui sanctus est sanctorũ: & omnes sanctitate supergrediens) votũ faciat perpetuæ in religione persistentiæ: & postea retractat votũ, regrediens in Aegyptũ, id est seculi tenebras: vnde prius sponte exierat. ¶ At vero votum de re aliqua perpetuo seruanda, recte fieri posse (nam id peruicaciter abnegãt aduersarij: contendentes temporaria tantum, & ad certum tenenda tempus, non autem perpetua, posse emitti) cõuincit suo exemplo: spectabilis & sancta mater Samuelis. Quæ anteq̃ eum concepisset in vtero, votum vouit domino, q̃ si daret ei prolem masculam, accommodaret eam ministerio dei in tabernaculo: omnibus diebus vitæ ipsius. Quod quidẽ votum non fuisse ingratum deo: ipse rei monstrauit euentus. Nam diuina benedictione adiuta, desiderij sui compos effecta est: & deinde votum exoluit. Qz si potuit ipsa de filio quem necdum cõceperat, id emittere votum, q̃ perpetuo ipsum consecraret dei ministerio in tabernaculo: cur non poterit quispiam de seipso consimile ædere votum? Nonne plus iuris habet vnusquisq; in voluntatem propriam, vt per eam vltroneus quicq̃ deo promittat: q̃ habuit venerabilis illa matrona in voluntatem alienam, futurę scilicet prolis: vt eam deuinciret & obstrictam redderet ad perpetuum templi ministerium? ¶ Ad hæc. Qui vinculum subit coniugale: obstringit se ad perpetuam cum vxore societatem q̃diu ipsa vixerit, neq; illa superstite: potest eam obligationem rescindere. Et qui sacros suscipit ordines, perpetuo se cõstringit ad ministerium eccle-

Gene.19. Lucæ.17. Malach.1. Luce.9. Prouer.20. 1.Regum.1. 4 5 6

siasticum: neq; ab illo potest, q̃diu vixerit, reuocare pedem. Siquis itidem aut domum aut vestes aut agrum donat ecclesiæ, aut pecuniam ad instaurandum dei templum: tale donum est irreuocabile, neq; possunt talia repeti, aut ad vsus prophanos accommodari: secundum illud domini verbum in Leuitico. Quod semel domino consecratum fuerit: non poterit amplius in alios vsus applicari. Cur igitur & in religione monastica, non poterit quis seipsum deuouere deo in perpetuam seruitutem: vt in ea reliquum vitæ suæ exigat? An quod in statu coniugali & ecclesiastico licitum est, immo necessarium: id in monastico statu censebitur illicitum? Et quod in spontanea donatione fit: non poterit in sui ipsius libera oblatione ad dei obsequium in monasterio præstandum, fieri? ¶ Verum ne obstrepat aduersarius contra adductas rationes: & causetur, votum quidem in veteri lege licitum fuisse: & in frequenti vsu. at non in noua: q̃ cum ritibus & cærimonijs antiquæ legis sit abolitum. hoc lapide contundendum est illi: & obstruendũ os. votum ipsum non esse de genere præceptorum cærimonialium aut iudicialium Mosaici ritus: quæ sunt obsoleta & antiquata. sed de genere præceptorũ moralium: quæ in lege euangelica non minorem habent vim obligatoriam, q̃ ante habuerint. Spectat enim votum: ad primum decalogi præceptum. aut siquis maluerit: ad secundum (sicut & iuramentum: de re licita & honesta factum) & ad diuini nominis honorificentiam, haud dubie pertinet. Nimirũ hæc duo, votum & iuramẽtum: magnã adinuicem habent conformitatẽ, & quãdam inter se germanitatẽ sortiuntur. q̃ in iuramẽto: diuina veritas pro testimonio assumitur, in robur eorũ quæ dicuntur. In voto autẽ: aliquid faciendũ, summæ dei maiestati sancte promittitur. Proinde in sacris literis: plerũq; ambo cõiuncta cõperiuntur. vt in eo psalmi loco. Sicut iurauit domino: votũ vouit deo Iacob. Et in alijs interdũ locis. Itaq; authoritates, in quatuor primis rationibus huius capitis adductæ ex sacris literis: nõ minus intelliguntur pro tẽpore nouæ legis q̃ antiquę, q̃ de eo sint negocio, quod vtriq; est cõmune. ¶ Huic accedit. q̃ oracula prophetarum inueniuntur designasse: q̃ etiam in lege euangelica fierẽt vota deo, & exoluerẽtur. Siquidẽ Esaias propheta in decimonono capite, insinuãs Christianæ legis tẽpora, & de illis texens vaticinium: ait. In die illa, vota vouebũt domino: & soluent. Nimirũ illis verbis significãs, in euãgelicæ legis decursu nõ minus emittenda esse vota deo a Christianis, & integre soluenda: q̃ facta & reddita fuerint, in lege Mosaica. Cuius rei deus memorabile exemplũ ædidit: & cunctis merito formidãdum, ne voti fiant transgressores: cum in Ananiam & Saphiram, ob subtractam pecuniæ de agro vendito conflatæ portiunculã, tam seuere vindicauit: subitariaq;

Leui.27. Psalmo.131. Esaie.19. Actuum.5.

7 8

vtrũq; morte ad vocem beati Petri sustulit. ¶At ne quis subterfugium 9
hic quærens, causetur prædictos duos coniuges nullum fecisse votũ, cum
reciperentur in societatis apostolorum contubernium: audiatur beatus
Gregorius. Gregorius super hac re, ita monachos admonens. Ananias (inquit) deo
pecunias vouerat: quas post victus persuasione diaboli subtraxit. Audia
tur & beatus Hieronymus: in explanatione huius sententiæ apostoli, in
1. Corin. 7. prima ad Corinthios epistola scriptę. Si acceperis vxorem: non peccasti.
Hieronymus dicens. Cæterum qui vel in corde suo promisit: si aliter fecerit, habebit
damnationem, quia primã fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum:
per votum sibi fecit illicitum. Sicut Ananias & Saphira (quibus post vo
Actuum. 5. tum: de precio possessionis suæ retinere nihil licuit) illicite tenuerũt. Ob
quam causam: subita morte prostrati sunt. hæc ille. Vnde & Innocẽtius
primus in decimotertio capite suorum decretorũ ad Victoricum episco-
1. Timo. 5. pum Rothomagẽsem: illam apostoli authoritatẽ de ijs quæ primam fi-
dem irritam fecerunt, intelligendam censet & innuit de viduis: quæ vi-
duitatis votum deo fecerunt, & postea illius voti præuaricatrices transie-
runt ad nuptias. ¶Nec solum illud modo adductum exemplum: recte 10
conuincit, in noua lege etiam solitum esse, q̃ fieret votum deo: sed &
alia plæraq;. Inter quæ, sublimiter emicat exemplũ sacratissimæ virginis
Mariæ: quæ secũdum sacros authores, virginitatẽ suam domino per vo
Lucę. 1. tum consecrauit. Vnde venerabilis Beda in homelia euãgelij. Missus est
angelus Gabriel a deo. pertractans salutationẽ angelicam, ipsi candidissi-
Beda. mæ virgini factam: ait. Quæ salutatio, quantum humanæ consuetudini
inaudita: tantum est beatę Mariæ dignitati congrua. Vere etenim gratia
erat plena, cui diuino munere collatum est: vt prima inter fœminas glo-
riosissimum deo munus virginitatis offerret. Vnde iure, & angelico aspe
ctu simul & affatu meruit perfrui: quæ angelicam studebat vitam imi-
tari. hæc ille. Insuper in volumine decretorũ: vicesimaseptima, quæstio-
ne secũda. cap. sufficiat. idem his verbis astruitur. Vouerat enim Maria:
Lucę. 1. se virginẽ perseueraturam. Vnde ait angelo. Quomodo fiet istud: quo-
niam virum non cognosco? id est me non cognituram proposui. Neq;
enim, quia tunc virum non cognosceba t: necesse erat inquiri, quomodo
posset filium habere: sed quia nunquã se cognituram proposuerat. Et in
eodem decretorum loco. cap. proxime sequenti. beata Maria. idem ex
Augustino confirmatur. ¶Ad hæc. sancti apostoli, cum a Christo vo- 11
cati, sunt ipsum secuti: votũ paupertatis ædiderunt. Vt testatur Augusti-
nus libro decimoseptimo de ciuitate dei, capite quarto: ita de ipsis apo-
Augustinus. stolis ibi loquens. Dixerant potentes illi. Ecce nos dimisimus omnia: &
Matth. 19. secuti sumus te. hoc votum: potentissimi vouerant. Sed vnde hoc eis:

nisi ab illo, de quo hic continuo dictũ est. dans votum vouẽti? Alioquin
ex illis essent potentibus: quorum infirmatus est arcus. Dans (inquit) vo 1. Regũ. 2.
tum vouẽti. Non enim domino quisquã quicquam ratum voueret: nisi
qui ab illo acciperet quod voueret. hæc ibi. Ex quibus planum est, vouẽ-
di quippiam deo morem, circa legis euangelicę exortũ in frequenti fuisse
vsu: & exinde in posteriora secula per imitationis studium esse deductũ.
12 ¶Cęterum vt ad tria vota monastica, peculiariter nunc sermonẽ cõuer-
tamus: quid vtilius illis aut ad salutem commodius dari queat, quæ tri-
plicem mundi huius concupiscẽtiam ducentem ad perditionem, concul-
cant? Omne enim quod est in mundo (vt ait beatus Ioannes apostolus: 1. Ioan. 2.
in sua prima epistola canonica) concupiscentia carnis est, & concupiscẽ-
tia oculorũ: & superbia vitæ. Atqui votum perpetuæ continẽtiæ: ipsam
carnis cõcupiscẽtiam coercet, & omnes corporis illecebras reprimit. Vo-
tum autem spontaneæ paupertatis: oculorum concupiscẽtiam insatiabi-
lem, & cupiditatem illa possidendi quæ obtutibus nostris obiectãtur: at-
terit & compescit, in paupertate Christum sequens. Votum vero obe-
dientiæ: superbiam vitæ edomat. dum propriam abnegans voluntatem:
humiliter se superioris submittit arbitrio. Sunt igitur tria illa vota mo-
13 nastica: summopere cõmendanda. ¶Adde, q̃ eadem vota ex sacri euan-
gelij promptuario sumuntur atq; deducuntur: & in sacris literis (quem-
admodũ & totus status monasticus) fundantur ac radicantur. Obedien-
tia quidem: in eo Christi verbo, quo inquit. Siquis vult venire post me: Matth. 16.
abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Quæ enim
verior sui abnegatio dari queat: q̃ cum quis propriam abdicat volunta-
tem, & alterius arbitrio ac potestati per obedientiã se submittit? Sic enim
proxime imitatur Christum: qui contestatus est se descendisse de cælo, Ioan. 6.
non vt faceret voluntatem suam: sed voluntatem eius qui misit eum pa-
tris. Voluntaria vero paupertas, eo commendatur Christi verbo: quo di
cit. Si vis perfectus esse: vade & vende omnia quæ habes, & da pauperi- Matth. 19.
bus & sequere me, & habebis thesaurum in cælo. Continentia vero per-
petua: eo insinuatur Christi dicto. Sunt & eunuchi: qui se castrant pro- Ibidem.
pter regnum dei. qui potest capere: capiat. Tales autem eunuchi, nõ cor-
porali gladio, sed spirituali se castrant: prauos concupiscentiæ motus co-
hibentes, & ab omni carnis immundicia seipsos sequestrantes. Quis igi-
tur tria hæc vota recte damnauerit: quæ consilijs innitentia euangeli-
14 cis, compendiariam æternæ salutis viam sternũt? ¶Sed nunc a sacris li-
teris ad sanctiones canonicas transeamus: illarumq; authoritate com-
probari etiam vota monastica, demonstremus. Et primum quidem ex
concilio Triburiensi: in commendationem voti castitatis, inuiolabili-

ter obseruandi,hoc depromitur decretum:quod libro decretorum,vicesimaseptima,quęstione prima.cap.virginē.inseritur : in hunc modum. Virginem quæ se deo consecrauerit,similiter & monachū : decernimus non licere,nuptialia iura contrahere. Qz si hæc inuenti fuerint perpetrātes:excōmunicentur. Et cap.hi ergo.proxime sequenti:ex eodem cōcilio,hic canon expromitur. Hi ergo qui sanctimonialibus scienter ad iniuriam Christi copulati sunt,iuxta cēsuram zeli Christiani separētur, & nunquā copulentur,sed in pœnitentiæ lamentis se vehementer,dum viuunt:afficiant. Rursum cap.virginibus.continuo sequēte:ex eodem cōcilio,consimilis sententiæ decretum contexitur,in hanc formā. Virginibus sacris se quosdam temere sociare cognouimus: & post dicatum deo propositum,incœsta fœdera sacrilegaq; miscere. Quos protinus ęquum est,a sacra cōmunione detrudi : & nisi per publicam probatamq; pœnitētiam,omnino nō recipi. ¶ Eadem quoq; causa & quęstione,cap.sciēdum.ex concilio Arelatensi : hic canon recitatur,in eandē cum superioribus tendens sententiam. Sciendum est omnibus:q; deo consecratarum fœminarum corpora,per votum proprię sponsionis deo consecrata:tēpla sunt dei. Et ideo violatores earum: sacrilegi,& iuxta apostolum,filij perditionis esse noscuntur. Quod autē de fœminis hic dicitur:nemo nō intelligit,æquo iure & de viris deo consecratis,esse accipiendum. Operosum sane & tædiosum hic foret,adducere canones cæterorum cōciliorū: vt Calcedonēsis,Elibertani,Aurelianensis,Toletani:super eadem materia,in eadē causa vicesimaseptima,quæstione prima,citatos. Satius itaq; est,vt breuitati studeamus:eosdem in loco supra dicto,a studioso lectore diligenter exquiri. Vnde liquido constat,q̄ execrabile & detestabile est illorū facinus: qui post professionē monasticam,exuta cuculla,audent se abominandis copulare nuptijs,tot sacrorū conciliorū authoritate dānatis. ¶ De voto autē paupertatis,seu abdicationis proprię rei, & approbatione eiusdem: habetur determinatio concilij Lateranēsis,in tertio libro epistolarum decretalium:titulo,de statu monachorum & canonicorum regularium.cap.monachi.hoc modo. Monachi non precio recipiantur in monasterio:nec peculiū permittātur habere. Et paulo post. Qui vero peculium habuerit,nisi ab abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum:a cōmunione remoueatur altaris. Et qui in extremis cū peculio inuentus fuerit, & digne non pœnituerit : nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam. Quod etiam de vniuersis religiosis:præcipimus obseruari. hæc ibi. In eodē etiam titulo.cap.cū ad monasterium. Innocētius tertius in eodē cōcilio Lateranēsi districte prohibet violationem voti paupertatis:his verbis. Prohibemus quoq; districte in

Concilij Triburiensis decretum.

Idem.

Idem.

15

Concilij Arelatensis decretum.

16

Concilij Lateranensis decretum.

virtute obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij:ne quis monachorū, proprium aliquo modo possideat. sed si aliquis, aliquid habeat proprij: totū incontinenti resignet. Si vero post hoc, proprietatem aliquā fuerit deprehensus habere:regulari monitione præmissa,de monasterio expellatur.nec recipiatur vlterius : nisi pœniteat secūdum monasticā disciplinam. Qz si proprietas apud quenq̄ inuenta fuerit in morte:ipsa cum eo in signum perditionis,extra monasteriū in sterquilinio subterretur. secundum q; beatus Gregorius narrat in dialogo:se fecisse. Vnde si quicq̄ alicui fuerit specialiter destinatum:non præsumat illud accipere, sed abbati,vel priori,vel cellerario assignetur. Hæc ibi. ¶ Demū.de voto obedientiæ & eius approbatione:habetur cōstitutio ædita in concilio Viennensi,sub Clemēte quinto.quæ inseritur tertio libro Clementinarū sanctionum : titulo de statu monachorum . cap.ne in agro . paragrapho. quia vero. Vbi longo verborum contextu primum declaratur aliquorum monachorum improbitas & insolentia: qui abiecto regularis obedientiæ iugo, egrediuntur suis monasterijs, non petita nec obtenta facultate abbatis:versanturq; in curijs principū. & quod deterius est : suis domibus monasticis grauia damna interdum inferri procurant. Deinde districta subnectitur horū omnium malorum prohibitio: sub grauissimis pœnis,& etiam sub censura anathematis,sentētiaq; excōmunicationis.quemadmodum studiosus lector ad eū recurrens locū: plane deprehendet. ¶ Postremo. Ipsum statū monasticū, hisce tribus votis & quidem perpetuis suffultum: approbat etiam & cōmendat cōcilium Gangrense in eo canone : qui recitatur tricesima distinctione libri decretorum,cap.siquis virorū.paragrapho.hæc scripsimus.in hæc verba. Nos autem etiam virginitatem cum humilitate admiramur: & cōtinentiam cum castitate,& religionem deo acceptissimam esse dicimus.& renūciationes secularium negociorum atq; actuum cum humilitate: approbando laudamus. Hæc ibi. Quæ certe debēt penitus occludere ora oblatrantium:in religionis monasticæ statum. Sed nunc ad diluēdas aduersariorum obiectiones progrediundum. ¶ Itaq; primū obijciunt, ritum Nazaræorum (quo se consecrarunt deo, & abstinuerunt a vino, & ijs quæ crescunt in vinea, & ex ea colligūtur:secundū legem,sexto libri Numeri cap.descriptā)nō fuisse perpetuū:sed solū ad tempus, vt sex mensiū,aut vnius anni, aut aliud quoduis: secundū arbitriū se deuouētis illi disciplinæ. Quo quidē tēpore finito,nō amplius astringebātur illis obseruationibus: sed more aliorum & vt prius ante illam consecrationē,vixerūt in cibo, potu,& cæteris. Illa autē obseruantia ritus Nazaræorū:erat quędā forma & imago vitæ monasticæ, postea in lege euangelica introductæ.

Innocentius tertius.

Gregorius

Cōcilij Viennensis decretum.

17

18

Decretū concilij Gangrēsis cap.21.

Numeri.6.

Ergo ad imitationē consecrationis Nazaræorum: in monachali professione non debent vota esse perpetua, sed solū temporaria & pro vouentis arbitrio. vt cum visum illi fuerit: resiliat ab eis. ¶ Respōsio. Etsi vera sint omnia, quę in hac assumūtur obiectione: quod tamē concluditur, omnino falsum est & refutandum. quoniā inualida est & manca totius ratiocinationis cōsecutio: atq; illatio. Non enim oportet, quicquid in figura & vmbra inuenitur: etiam in ipsa veritate & eo quod figuratur inueniri. potissimum cū illud, imperfectionē quandam sonat: & quiddam minus dignum & excellens. Planū est autē, votum temporarium & pro certo quodam tempore duntaxat factū: minus esse perfectum & dignū, q̄ votum perpetuum, quo quis se deo deuouet: pro toto reliquo vitę suę tempore. Proinde non oportet, si in lege Mosaica quodam modo imperfecta, fiebant vota solum ad tempus obseruanda: idcirco in euangelica lege (quæ longe perfectior est) talia solum debere fieri vota. sed congruū est ac decens, pro nouæ legis qualitate: in ea fieri perfectiora vota, scilicet perpetua. ¶ Secūdo insistūt. Deus noster, vota nostra, libera esse 2
voluit: & nequaq̄ necessaria. quēadmodū ea faciunt: qui volunt ipsa esse perpetua, eo ipso dicto imponentes iugum necessitatis omnibus religiosis: quod toto vitæ suæ decursu, quantūuis sit graue, ferāt. Atqui potius standum est ijs quæ deus statuit: q̄ quæ homines adinuenerunt. neq; iugum domini suaue & leue: cōuertendum est in graue pondus & onerosum. Matth. 11.
Nō sunt igitur vota monastica, perpetua. ¶ Respōsio. Voluit quidem deus vota esse libera: anteq̄ sunt emissa. quoniā tunc relinquit cuiusq; voluntati & arbitrio: vt ea ædat vota, vel omittat illorum emissionem. Nō tamē voluit ipse deus eadem esse libera, postq̄ sunt ædita deo: sed necessaria & exacte seruanda. quoniam vbi fuerint emissa: non possunt prætermitti aut negligi, sine graui peccato. Quod perspicue monstrant ipsius dei verba, ex Deuteronomio supra citata: in hunc modum.
Si moratus fueris votū reddere: reputabitur tibi in peccatū. Sed si nolueris polliceri: absq; peccato eris. Deutero. 23.
Vota siquidem (vt omniū est sententia) ab initio sunt voluntatis: sed postq̄ sunt facta, sunt necessitatis. Itaq; homines ipsi, monasticæ institutionis fundatores: nō imponunt iugum votorum perpetuo obseruādorum humeris religiosorum. sed qui vltronei & sponte subeunt eam vitæ cōditionem, & voluntarie ea emittūt vota: ipsi sibi tale iugum imponūt, nec a deo nec ab hominibus ad hoc compulsi.
¶ Tertio. hunc mouent cauillum. Vota præsertim monastica, redigunt 3
hominē in quandā seruitutem: durisq; constringūt compedibus. vt non quæcūq; velit: illa faciat. Christus autē, libertatem nobis cōquisiuit: quēadmodū testatur Paulus ad Galatas capite quarto, dicens. Qua libertate: Galat. 4.

Christus nos liberauit. Ergo vota sunt repugnātia & opposita ei conditioni: in qua Christus nos esse voluit ac ordinauit. ¶ Respōsio. Vota nos in Christi seruitutē plenius adducunt: quæ mera est & vera libertas. deo enim seruire (vt canit ecclesia) est regnare. Et quemadmodum contestata est sacratissima dei virgo & martyr Agatha: vera ingenuitas est, in qua seruitus Christi comprobatur. Et hanc seruitutē non improbat sacra scriptura, sed magnopere approbat: seruosq; dei mirifice diuersis in locis extollit, præsertim Matthæi vicesimoquinto capite, & Lucæ duodecimo. Libertas vero quam Christus nobis cōparauit: est libertas a lege Mosaica, & libertas a peccatis. Quæ quidem libertas, nō impeditur per hanc votorum seruitutem iam explicatam: sed maxime per eam adiuuatur & roboratur. Qui enim vota monastica adamussim obseruāt: a dura seruitute peccatorum, superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, expeditissime liberantur. Sancta Agatha. Matth. 25. Lucæ. 12.
4 ¶ Quarto sic insurgunt. Christus perpetuam continētiam (quæ in vita monastica voto promittitur) dissuasit in euangelio: cū dixit apud Matthęū, post verba de eunuchis se castrātibus propter regnū dei. Qui potest capere: capiat. illis verbis subinsinuās neminē id attingere posse: & frustra ad illud conari. Stultū autē est, quēpiam ad illud se obligare: quod Christus dissuasit. Matth. 19.
¶ Responsio. Inficiandum est prorsus, Christum in verbis supra dictis dissuasisse continentiā perpetuā: quinimmo illis eam suadet, & consulit amplectendā. Alioqui beatus Paulus, in quo loquebatur Christus, & qui spiritū dei habebat: nō consuluisset capessendam continentiæ disciplinam. quod tamen in prima ad Corinthios epistola cap. septimo, multifariā fecit: præsertim cum ait. De virginibus, præceptum domini non habeo: consilium autē do. Sed nunquid recta est hæc cōsecutio. non omnes capiūt verbum istud. nulli igitur hominū possibile est continentiam seruare? immo vero ex subiuncto Christi verbo. sed quibus datum est. innuitur ab ijs posse seruari integra continētia: qui id donum a deo acceperūt. Et cum subnectit dominus cōtinuo. Qui potest capere: capiat. plane insinuat aliquos cum dei adiutorio id continentiæ munus amplecti posse: & eos ad illud castrationis spiritualis verbum capessendum exhortatur. Nemo siquidem de re penitus impossibili recte dixerit. Qui potest capere: capiat. cū illa nullo ingenio possit haberi. 1. Corin. 13. 1. Corin. 7. Matth. 19.
5 ¶ Quinto. ita insistunt. Votū castitatis perpetuæ (quod vnū est votorum monasticorū) fit de re nobis impossibili. cū sit homini prorsus negatū: tenere illabefactā & inuiolatā castitatē. teste Salomone in libro sapiētiæ: cū ait. Non possum esse cōtinens: nisi deus det. Nō igitur approbandū est huiusmodi votū. ¶ Respōsio. Impossibile quidē est homini ex se, & suis tantū innitēti viribus: seruare virginitatē illęsam. Eidē tamē Sapien. 8.

adiuto diuina virtute(quæ omni petenti presto adest) idem est possibi-
le. quandoquidem multi vtriusq; sexus,illam incolumem & integrã to-
to suæ vitæ tempore custodierunt:supernæ gratiæ præsidio. Et aposto-
Philip.4. lus ad Philippenses scribens:ait.Omnia possum:in eo qui me cõfortat.
Quæ autem cum dei adiutorio facere possumus:nobis possibilia censeri & dici debent. Alioqui mãdata dei:nobis impossibilia dicerẽtur.quo-
Ioan.15. niam Christus dicit.Sine me:nihil potestis facere. Hoc autẽ absurdum
& impiũ: quoniam tũc irrationabiliter fuissent nobis imposita, & obli-
garemur ad illud:quod nullo modo præstare possemus. ¶Sexto,& hãc 6
obiectant rationem. Vota monastica repugnant diuinis præceptis: quia
inducunt filios vt non obediant parentibus,quando ipsis inuitis & recla-
Exodi.20. mantibus deserunt eos & monasteria subeunt. Deus autem iussit honorandos esse parentes:& illis obediẽdum. ¶Responsio. Quando parentes non sunt in necessitate & indigentia constituti:nec egent filiorũ ope ad vitam honeste transigendam,& filij diuinæ vocationis afflatu incitatati subeunt arctitudinem vitæ monachalis, etiam contranitentibus eorum parentibus:non sunt præuaricatores diuini præcepti,quod iubet parentes honorari.quoniam tunc potius deo vocanti:q̃ parentibus auocãtibus debent obedire.secundum illud in actibus apostolorum, beati Pe-
Actuum.5. tri verbũ.Obedire magis oportet deo: q̃ hominibus. Vnde & Christus
Matth.19. in euangelio magnam repromisit mercedem ijs qui patrem aut matrem propter nomen eius reliquerint.quod vtiq; non fecisset:si illud recte & citra noxam fieri non potuisset. Et in alio euangelij loco : ipse ait. Qui
Matth.10. amat patrem suum aut matrem plus q̃ me:non est me dignus.Sunt igitur parentes:deo in tali negocio,posthabendi. Nempe Iacobus Zebedæi
Matth.4. & Ioãnes frater eius:relictis retibus & patre(vt scribit Matthæus quarto capite)secuti sunt Christum vocantem eos.Similiter Ioannes Bapti-
Lucæ.1. sta relictis parentibus:secessit in tenera ętate in desertum.Cęterum reli-
Gene.1. ctis patre & matre adhærendum est vxori:vt habet scriptura. Et relicta vxore ante consummatum matrimonium:potest vir ea inuita ingredi religionẽ.Ergo etiam relictis parẽtibus:potest quis ingredi religionem.
¶Postremum & hanc adducũt cauillationem. Vota monastica officijs 7
charitatis in proximos exhibendis,sunt impedimẽto.Nempe religiosi,
sibi ipsis tantum prosunt:& alijs in necessitate nõ subueniunt. Insuper
Eccli.33. eadem vota ociositatem (quæ teste scriptura, multã docuit malitiã)nutriunt.cum eos prorsus vacantes labore corporali,inertes reddunt & segnes:ac propemodum quieti & somno deditos. ¶Respõsio. Plurima, & eadẽ maxima charitatis opera:religiosi etiam alijs qui in seculo diuersantur,impendunt.cum eos suis subleuãt assiduis orationibus,bonę vitæ

exemplo ædificant:fructuosis prædicationibus instituunt,& salutaribus dirigunt consilijs,ac demum inopes:elemosynarum elargitione refouẽt. Quæ omnia:a religiosis regularem obseruãtibus disciplinã, abunde alijs præstantur. Deniq; ocium ipsum religiosorũ:sanctum est & pium,spiritualiq; exercitio semper cõiunctũ.& proinde ab ipso Christo magnopere commendatum:atq; prælatum negocio,quod in corporali consistit
ministerio.cũ Mariæ Magdalenæ,sedentis ad pedes eius,& audiẽtis ver- Lyce.10.
bũ illius,quietẽ:præposuit negocioso ipsius Marthę ministerio.Scriptura autẽ,de ociositate noxia loquitur:qua & corpus & animus ociosa fũt.

¶Non esse dandam laicis sacram eucharistiæ communionem: sub vtraq; specie. Cap.XI.

VNum illud videtur Lutheranorũ esse studium, sopitas præteritarum hæresum fauillas resuscitare:quibus pacem ecclesiæ, tranquillitatemq; & cõcordiam fidelis populi,perturbent. Ecce enim inter cætera sua deliramenta,pestiferam Bohemorum insaniam de communione laicorum sub vtraq; specie,q̃ sit ad salutem necessaria: iam diutius in sacrosanctis cõcilijs Constantiensi & Basiliensi damnatam,reuocant ab inferis,& proferũt in auras.Contra quam:hęc opponitur catholica veritas,haud dubie tenẽda.

Ecclesia sancta recte instituit non esse dandam laicis comunionẽ sub vtraq; specie:cui instituto parere debent omnes.

Quæ sequentibus rationibus, ex sacra scriptura & canonicis sanctionibus,depromptis:ad clariorem rei elucidationem comprobatur.

1 ¶Primo quidem,quoniam figuræ huius augustissimi sacramenti,vt totius populi communioni accommodatur : fuerunt in veteri testamento
designatę in solida materia,esui deputata.vt in agno paschali, in manna, Exodi.12.
in panibus propositionis,in pane subcineritio:nulla ibidẽ facta vini men- Exodi.16.
tione, quod coniungeretur ad potum. Sacrificia vero libaminum ex li- Leuiti.24.
quida materia:solum in vsum cedebant sacerdotum.& hostiarũ immo- 3.regum.19.
latarum fundendi sanguinis officium : habebãt solum filij Aaron sacer- Leuiti.6.
dotes,eorũq; in eodem ministerio successores.Vt intelligamus,esse præ- Leuiti.3.
signatum his figurarum velamentis:q̃ non esset permittenda laicis sum- Leuiti.4.
ptio communionis calicis in lege euangelica, sed duntaxat vsus euchari-
2 stiæ sub specie panis. ¶Insuper. Ioannis sexto capite Christus referans
sublime ipsius eucharistiæ mysterium:frequenter vnam tãtum euchari-
stię speciem exprimit,scilicet panis.Vt cum ait.Hic est panis:qui de cæ- Ioannis.6.
lo descendit.vt siquis manducauerit ex eo:nõ moriatur.Et rursum.Pa- Ibidem.
nis verus est,qui de cælo descendit:& dat vitam mundo. Iterum eodem

Ioannis.6. in loco. Ego ſum panis viuus: qui de cælo deſcendi. Et paulo poſt. Pa-
nis quem ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita. Neq; in toto illo ſer-
mone luculento: vlla de ſpecie vini habetur mentio. ¶ Ad hæc. Cæleſti 3
Matthæi.6. ipſius Chriſti magiſterio edocti: iubemur ſic orare. Panem noſtrum ſu-
perſubſtãtialẽ: da nobis hodie. Quę deprecatoria particula: præſertim de
ſacroſancto euchariſtiæ pane eſt accipiẽda. Diſcipulis quoq; duobus eũ-
Lucæ.24. tibus in Emaus: Chriſtũ ſuũ corpus tradidiſſe, ſolũ ſub ſpecie panis, pro-
babile eſt. Vt ſentit beatus Auguſtinus libro tertio de conſenſu euangeli
ſtarum: & venerabilis Beda ſuper Lucam. Poſt ſuſceptionem etiam ſpi
Actorum.2. ritus ſancti fideles quotidie perſeuerabant in communicatione fractio-
nis panis: per ſumptionem ſcilicet euchariſtiæ, ſecundum ſacros illius lo-
ci interpretes. Paulus itidem ad Corinthios ſcribẽs, & ad ſacram cõmu-
1.Corinth.5 nionem eos exhortans: ait. Epulemur in azymis ſyncæritatis & verita-
tis. In quibus omnibus ſcripturæ locis: de vino nullus habetur ſermo.

Pius papa. ¶ Præterea. Pius papa huius nominis primus, & glorioſo præclarus mar 4
tyrio, pro effuſione ſanguinis Chriſti ſub ſpecie vini: imponit tantum-
modo pœnam ſacerdoti illam committenti, nullam de laico faciens men
tionem. Vt conſtat ex libro decretorum. de conſecratione. diſtinctione
ſecunda. cap. ſi per negligentiam. Vbi ſacerdoti imponitur pœnitentia
quadraginta dierum: ſi per eius negligentiam aliquid de ſanguine ſtilla-
uerit ſuper terram. Si vero ſuper altare ſtillauerit calix, & lintheum pri-
mum non penetrauerit: trium dierum illi imponitur pœnitẽtia. Sin ve-
ro penetrauerit: ſecundum pauciorum aut plurium lintheorum penetra-
tionem, pauciorum aut plurium dierum illi ſacerdoti pœnitentia iniun-
gitur. vt patet ex litera illius canonis: diffuſe hæc omnia declarante. Ex
quo loco, non futile ſumitur argumentum: eo tempore laicis non eſſe
traditam communionem ſub ſpecie vini. Nam cum ipſi facilius eſſent
obnoxij periculo effuſionis in illa communione, ſi ea tum fuiſſet in vſu:
non ſubticuiſſet ipſe Pius, nec prætermiſiſſet pœnam, laicis pro tali ne-
gligentia imponendam. ¶ Adde. q̃ in primo libro epiſtolarum decre- 5
talium: titulo de electione & electi poteſtate. capi. oſius. fit mentio de
Concilij Sardicẽſis decretum. laica communione. cum ille canon, ex Sardicenſi concilio, anno trecen-
teſimo, ſeptuageſimoprimo celebrato, de promptus: decernit de eo qui
ad clamorem populi ſe paſſus eſt eligi, & electum aſſerit: quod nec lai-
cam in fine communionem (niſi de hoc pœnituerit) accipiat. Ex quo
Quid laica communio. dicto promptum eſt colligere: quod aliter communicãt laici & aliter ſa-
cerdotes. hi ſcilicet ſub vtraque ſpecie: illi vero ſub vna. ob quam com-
municandi diſtinctam rationem: laica cõmunio, nomen accepit. ¶ Con 6
cilium quoque generale Lateranenſe ſub Innocentio tertio ſolenniter

celebratum: aperte declarat laicis ſufficere communionem ſub vna ſpecie
tantum. cũ in canone illo vulgatiſſimo, qui ponitur in quinto libro epi- Concilij Lateranẽſis decretum.
ſtolarum decretalium, titulo de pœnitẽtijs & remiſſionibus, cap. omnis
vtriuſq;. decernit: laicos debere reuerenter ad minus in paſcha ſuſcipere
euchariſtiæ ſacramentum. Nempe in decretis pontificalibus & eccleſia-
ſticis: vt plurimũ immo ferme ſemper, euchariſtiæ nomen, pro ipſo ve-
nerabili ſacramẽto altaris ſub vna ſpecie, ſcilicet panis: ſumitur. Poſt hãc
igitur tam apertam eccleſiæ totius (quæ ſpiritus ſancti directione iugiter
gubernatur) declarationem, ſuper materia communionis laicorum: quis
niſi impudens & temerarius hac de re hæſitare audeat, aut contentioſam
7 ſuſcitare in populo diſceptationem? ¶ Idem etiam concilium, in alio ca- Aliud eiuſdẽ concilij decretum.
none: qui ponitur in tertio libro epiſtolarũ decretaliũ, titulo de cuſtodia
euchariſtię. cap. ſtatuimus. cõſtituit euchariſtiã diligenter debere ſub ſe-
ra & clauibus cuſtodiri: nullam de cuſtodia vini conſecrati faciens men-
tionem. Quæ tamen diligẽtius eſſet curanda: ſi pro communione laico-
rum ſub vtraq; ſpecie, vinũ eſſet (ſicut hoſtia ſacra) reſeruãdum. Verba
autem canonis illius, ab Innocentio tertio cõſtituti: ſunt hæc. Statuimus: Innocentius tertius.
vt in cunctis eccleſijs, chriſma & euchariſtia: ſub fideli cuſtodia, clauibus
adhibitis, conſeruẽtur. Ne poſſit ad illa, temeraria manus extendi: ad ali-
qua horribilia vel nefaria exercenda. hæc ibi. Ecce nullam hic factam de
8 cuſtodia vini conſecrati: mẽtionem. ¶ Rurſus. In volumine decretorũ.
de conſecratione, diſtinctione ſecunda: cap. preſbyter. ex concilio Guar- Cõcilij Guarmacienſis decretum.
macienſi depromitur iſte canon. Preſbyter: euchariſtiam ſemper habeat
paratam. vt quando quis infirmatus fuerit: ſtatim eum communicet, ne
ſine communione moriatur. Sic ibi. In quo tamen loco nec alio quouis,
iubetur aſſeruari vinum conſecratũ: quod exhibeatur in cõmunione ali-
cui infirmo, decumbenti graui morbo. q̃ admodum difficilis eſſet ipſius
vini conſeruatio: aut deportatio ad infirmos. Signum eſt igitur: ex more
eccleſiaſtico, infirmis non eſſe dandam ſub ſpecie vini communionem.
9 Quare nec laicis ſanis: eadem penitus ratione. ¶ In eodem præterea vo- Cõcilij Aurelianenſis decretum.
luminis decretorũ loco, vtpote, de conſecratione, diſtinctione tertia. cap.
qui bene. ex concilio Aurelianenſi, hoc ponitur decretum. Qui bene nõ
cuſtodierit ſacrificium, & mus vel aliud aliquod animal illud comederit:
quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in eccleſia, &
pars eius ceciderit & non inuenta fuerit: triginta dies pœniteat. hæc ibi.
In eo tamen loco aut alio quouis nulla imponitur pœnitentia ei: qui vi-
num conſecratum non bene ſeruauerit, pro communione infirmis ex-
hibenda. cum tamen multo accuratior adhiberi deberet diligẽtia pro vi-
no conſecrato conſeruando: q̃ pro hoſtia conſecrata. Illud igitur non le-

ue est argumentum : communionem non esse laicis, nec sanis nec infir-
mis faciendam, sub specie vini. ¶ Huic accedit. ꝙ in sacrosanctæ syno- 10
di Constantiensis sessione decimatertia, propter hæresim Bohemorum
de communicatione laicorum sub vtraq; specie, tunc pullulantem: deter-
minatum est. ꝙ sanctissimum eucharistiæ sacramentum : a laicis tantũ-
modo sub specie panis est suscipiendũ. Adiectum est & illud, ꝙ cum hu
iusmodi consuetudo: communicandi scilicet laicos sub vna tantum spe-
cie, vtpote panis, ab ecclesia & sanctis patribus introducta, & diutissime
obseruata sit: habenda est pro lege. quam nõ licet reprobare: aut sine ec-
clesiæ authoritate, pro libito mutare. Superadditur & id in eadem sessio-
ne: ꝙ nullus presbyter sub pœna excommunicationis, communicet po-
pulum sub vtraq; specie. Alioqui graui pœna mulctandus decernitur: &
tanq̃ hæreticus, per censuras ecclesiasticas coercendus. ¶ Insuper in con- 11
cilij Basiliensis (vbi hæc materia de communione laicorum : a patribus
ipsius synodi, cũ legatis Bohemorũ exactissime fuit disputata) sessione
tricesima: hoc ponitur ipsius concilij decretum. Definit & declarat san-
cta synodus Basiliensis, ꝙ fideles laici, siue clerici communicantes & nõ
conficientes: nõ astringuntur ex præcepto domini, ad suscipiendum sub
vtraque specie, panis scilicet & vini, sanctum eucharistiæ sacramentum.
Et paulo post. Laudabilis quoq; consuetudo cõmunicandi laicum popu
lum sub vna specie : ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introdu
cta, & hactenus diutissime obseruata, & a doctoribus diuinæ legis, sacra-
rũ scripturarum atq; canonum multam peritiã habentibus, iam a longo
tẽpore cõmendata: pro lege habenda est. Nec alicui licitum est, eam re-
probare: aut sine authoritate ecclesiæ, ipsam immutare. hæc ibi. Quæ
omnia: veritatem ante positam valide confirmant. ¶ Postremũ. Sacer- 12
dos nõ celebrãs missam, sed aut morbo decumbens, aut legitime impedi
tus a sacrificij altaris oblatione : sub vna tantum specie vtpote panis, de
manu alterius sacerdotis sanctam sumit eucharistiã. Quinimmo in die
sancto parasceues, sacerdos sacra faciens non tamen consecrans, vt habet
antiqua & rationabilis ecclesiæ constitutio: sacram hostiam pridie conse
cratam & reuerenter in id opus reseruatam, tãtummodo sumit, & dein-
de vinum ablutionis post communionem: nequaquam consecratum. ꝙ
solis sacerdotibus consecrãtibus in missa sacram eucharistiam, datum sit
& indultum ex lege ecclesiastica, sumere id dignissimum sacramentum
sub vtraq; specie. Vnde igitur laicis tanta temeritas, præsumptio, & im-
pudentia: ꝙ nõ modo sacris sacerdotibus æquari volunt in communio-
ne illius sacramenti, sed etiam præferri? & contendere id sibi iure deberi:
quod ne ipsis quidem sacerdotibus præstitum norunt & cõcessum? De-

Cõcilij Cõstãtiensis decretum.

Concilij Basiliensis decretum.

In die Parasceues sacerdos celebrãs: sub vna specie communicat.

sinant igitur (si sapiunt) tam arroganter insolescere: & suis contenti me-
tis ac finibus, ecclesiæ sanctæ legibus se humiliter subdant. Sed nunc au-
diende sunt aduersariorum obiectiones.

1 ¶ Primo quidem opponunt, in Genesis decimoquarto capite scriptum *Gene. 14.*
esse: ꝙ Melchisedech, Abrahæ laico reuertenti a profligatione quatuor
regum inimicorum, obtulit panem & vinum. Talis autẽ oblatio: secun-
dum omnes expositores, erat figura huius sacramenti. Igitur ipsum figu
ratum potest sumi a laicis nũc sub vtraq; specie: quemadmodum vtraq;
species, & panis scilicet & vini, est a sacerdote illius tẽporis oblata laico: in
figura & representatione. ¶ Respõsio. Tota hæc obiectio: ex litera sa-
cræ scripturæ perperã intellecta procedit: & potius contra aduersarios q̃
pro eis militat. Non enim ibidem dicit litera: ꝙ Melchisedech obtulerit
Abrahæ, insigni victoria potito, panẽ & vinũ in alimoniã ipsius & so-
ciorum eiusdem. sed ꝙ ea duo obtulit deo, in sacrificiũ & gratiarũ actio-
nem: pro victoria, ipsi Abrahæ a deo præstita. Quod protinus : ex ipsis
literæ verbis subsequentibus, conuincitur. Nam continuo: illius oblatio-
nis hæc subiungitur causa. Erat enim sacerdos dei altissimi. Ad offeren- *Ibidem.*
dum autem panem & vinum cuiquam in alimentum : non erat necessa-
rium sacerdotale officium. cum illud satius & congruentius : per laicum
fieri potuisset. Quare ex eo scripturæ loco potius colligi potest, trãseun-
do a figura ad veritatem: ꝙ ad solos sacerdotes nũc pertinet offerre alta-
ris sacramentum sub vtraq; specie. quod vtiq; verũ est: & nostram cor-
roborat sentẽtiam. ¶ Secundo obijciunt Christum instituisse primum, *Matth. 26.*
hoc sacramentũ sub vtraq; specie: & distribuisse in cœna, adiuncto præ-
cepto ꝙ manducarent ex hoc pane omnes, & ꝙ ex eo calice biberẽt om-
nes. Quod igitur omnibus exhibuit ad manducãdum & bibendum sub
specie panis & vini: non debuit postea ad solos arctari sacerdotes, seclusis
ab illa communione calicis ipsis laicis: contra primam Christi institutio-
nem. ¶ Responsio. Verba illa Christi in vltima cœna, inuitãtia ad man-
ducationem & potum sublimis illius sacramenti: dirigebantur duntaxat
ad eos, qui tum erant præsentes cum eo in cœna. Soli autem duodecim
apostoli, tum affuerunt cum Christo conuiuæ : vt signanter exprimunt *Matth. 26.*
tres euangelistæ, Matthæus, Marcus & Lucas, cõmemorantes ipsum tũc *Marci. 14.*
discubuisse cum duodecim apostolis. Quos & tunc consecrauit sacerdo *Lucæ. 22.*
tes: ministeriumq; & officium contulit illis consecrandi suum corpus &
sanguinem deinceps & cõsequenter, per hæc verba. Hoc facite in meam *Lucæ. 22.*
cõmemorationem. Quis enim sanæ mentis, & pie in deũ affectus, puta- *1. Corin. 11.*
uerit Christũ laicis viris aut mulieribus sanctis, si ibidem fuissent tũ præ-
sentes per hypotesim: designasse ministerium cõsecrandi sui corporis &

ſanguinis:per huiuſmodi verba.hoc facite in meam commemorationẽ.
cum illis: minime competat id officium. Ad ſolos itaq; apoſtolos duo=
decim:hæc poſteriora Chriſti verba ſunt dicta.Igitur & priora eiuſdem
verba,manducate ex hoc omnes,& bibite ex eo omnes: ad ſolos etiã apo
ſtolos tunc fuerunt directa.Et ex hoc loco,iterum ſumitur pro nobis ar=
gumentum:q̃ ad ſolos attinet ſacerdotes,id ſacramẽtum ſub vtraq; ſpe=
cie ſumere,cũ illud conſecrant & cõficiunt:vt Chriſtus inſtituit.¶Ter= 3
tio. In ſuæ aſſertionis robur aſſumunt aduerſarij illud verbum Chriſti,
Ioannis.6. ſexto Ioannis capite ſcriptum. Niſi mãducaueritis carnem filij hominis,
& biberitis eius ſanguinem:non habebitis vitam in vobis.Vbi tanta nos
obligatione(inquiunt)conſtrinxit,ad manducandum eius carnem & bi=
bendum eius ſanguinem:vt niſi vtrũq; fecerimus,vita priuabimur æter=
na.Eſt igitur ſumptio ipſius euchariſtiæ ſub vtraq; ſpecie: omnibus etiã
laicis ad ſalutem neceſſaria,alioqui vitam non habituris. ¶Reſponſio.
Prædicta Chriſti verba,etiã recte de ſumptione ſacramẽtali ſacroſanctę
euchariſtiæ intelliguntur: neq; tamen adigunt laicos ad illam ſub vtraq;
ſpecie ſumendam.Nam quando illi ipſam ſub vna tantum ſpecie,ſcilicet
panis,ſumunt:reuera manducãt eius carnem,& bibunt eius ſanguinem.
quandoquidem ſub illa ſpecie non ſolum eſt Chriſti ſacrum corpus: ſed
naturali conſequio etiam precioſus eiuſdem ſanguis cõtinetur, immo &
ipſe Chriſtus totus:verus deus & verus homo.Quo fit,vt nõ poſſit vn=
quam laicus ſacramentaliter manducare Chriſti corpus ſub ſpecie panis:
quin etiam vere bibat eius ſanguinem.cũ non aſſit ſub panis forma,cor=
pus Chriſti exangue & exanime:ſed viuens,animatũ,immortale,& glo=
rioſum, ſuoq; ſanguine ſacro integre & plene præditum. Vnde in præ=
Ibidem. dictis verbis:non legitur dixiſſe Chriſtus. Niſi biberitis ſanguinem filij
hominis ſub ſpecie vini:non habebitis vitam in vobis. Quoniam panis
quidẽ frequentẽ in eo ſermone pręclaro facit mentionẽ:ipſius vero vini,
ne ſemel quidẽ meminit,neq; illius ſpeciei,neq; calicis illic nomẽ explicat
vnq̃.Quare per ea verba ſolum voluit exprimere Chriſtus obligationẽ:
qua obſtringimur ad ſumptionẽ ſanctiſſimi huius ſacramẽti. Quomo=
do autẽ ſumi debeat a fidelibus,an ſub vna aut gemina ſpecie:ipſi eccleſię
& eius primis paſtoribus ſpiritu ſancto dirigẽdis, ordinandum reliquit.
¶Quarto inſiſtunt hac ratione.Ex Pauli traditione: obligabantur Co= 4
rinthij ad communionem ſub vtraq; ſpecie.cum in prima ſua ad eos epi
1.Corin.11. ſtola:ſic ſcripſerit.Ego enim accepi a domino:quod & tradidi vobis.&
deinde vtriuſq; ſpeciei ipſius ſacramenti:cõtinuo meminit.Igitur & lai=
ci hoc tempore:etiam obligantur ad ſimilem communionẽ.¶Reſpon=
ſio.Abnegandum eſt penitus:q̃ ex illis beati Pauli verbis quæ proponit

in vndecimo capite ſuæ prioris epiſtolæ ad Corinthios, modo citatis, &
ex narratione continuo ſequente quam ibidem contexit: Corinthij fue=
rint obligati ad ſumendam communionem ſub vtraq; ſpecie. In illis ſi=
quidem,non quid agere debeant determinat:ſed narrat duntaxat primã
ipſius ſacramenti euchariſtiæ inſtitutionẽ, a Chriſto in vltima cœna fa=
ctam,eadem penitus ſerie & modo: quo a tribus euangeliſtis Matthæo,
Marco & Luca, in ſuis euangelijs eſt cõtexta.Et meminit profecto illic
Paulus & panis & calicis:non quidem vt Corinthios obligaret ad vtrũq;
in communione ſumendum.ſed vt oſtenderet: ipſum ſacramentum in
vtraq; ſpecie primo fuiſſe a Chriſto inſtitutum,& eius apoſtolis traditũ.
Ex huiuſmodi autem narratione: nulla contrahitur in Corinthios obli=
5 gatio.¶Verum acrius nos hic vrgent aduerſarij. In eodem (inquiunt) 1 Corinth.11
illius epiſtolæ capite & loco,poſt narrationem inſtitutionis ipſius ſacra=
menti euchariſtiæ:apoſtolus ſubiungit. Quotienſcunq; mãducabitis pa
nem hunc,& calicem domini bibetis:mortem eius annunciabitis, donec
veniat.Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc:& calicem domini bi=
berit indigne: reus erit corporis & ſanguinis domini. Probet autem ſe=
ipſum homo:& ſic de pane illo edat & de calice bibat.Rurſum in capite
eiuſdem epiſtolæ proxime præcedente:ait.Vnus panis & vnum corpus, 1.Corinth.10
multi ſumus:omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. In
his(inquiũt)ſuperioribus verbis,ad Corinthios habitis ac directis: qua=
ter cum mentione manducandi panis,fit per copulationem etiam mẽtio
bibẽdi calicis.per quem haud dubie intelligitur ſacer Chriſti ſanguis:ſub
ſpecie vini e calice ſumẽdus.Ergo in verbis ſupra dictis ſignificauit apo=
ſtolus:ipſos Corinthios etiam laicos debere aut ſaltem poſſe ſumere cõ=
munionem ſub vtraq; ſpecie,panis ſcilicet & vini.¶Reſpõſio.Nullum
eſt incommodum,id admittere:quod infert præſens obiectio.quoniam
ſecundum probatorum authorum ſententiam, in primitiua eccleſia tem
pore apoſtolorum & proxime ſubſequente:in aliquibus eccleſijs particu
laribus erat conſuetudo & vſus,cõmunicandi populũ fidelem ſub vtraq;
ſpecie.tũ quia non erat tunc tam numeroſa fidelium multitudo: vt inde
timeri deberet periculum effuſionis calicis ſacri. Tum etiam, quoniam
tunc ſęuiente tyrãnorũ infidelium rabie in eccleſiam dei:fideles per ſum=
ptionẽ ſacri ſanguinis Chriſti ſub ſpecie vini ex calice, generoſius & ala=
crius animabãtur ad fundendum pro Chriſto ſuum ſanguinẽ.quoniam
iam illum hauſerant de ſancto calice:qui fuerat effuſus pro eorum ſalu=
te ac redemptione.Vnde & beatus Cyprianus in quadam ſuarum epiſto Cyprianus.
larum,hanc ſecundo loco adductam cauſam afferens:inſinuat in eccleſia
ſua Carthaginenſi(cuius gerebat epiſcopatum)fuiſſe tunc morem com=

municãdi laicos ſub vtraq; ſpecie. Sed hæ particulares obſeruationes illo tempore factæ: nihil inducere poſſunt obligationis in tempora noſtra.

¶ Rurſum. & hoc nobis intorquent iaculũ. Non eſt immutanda priſci 6
temporis cõſuetudo: & a primis eccleſiæ fundatoribus approbata. ne videamur emendare velle quod ſtatuerunt: quaſi plus q̃ illi ſaperemus. Sed vt in obiectione pręcedente dictum eſt, in primitiua eccleſia vſus erat & conſuetudo communicandi laicos ſub vtraq; ſpecie: etiam tempore apoſtolorum. Non debuit igitur illa conſuetudo tolli: & oppoſita induci.

¶ Reſpõſio. Vbi nulla occurrit rationabilis cauſa ad mutandam antiquã conſuetudinem, debet profecto illa ſeruari in ſua integritate. Sed cum ſu peruenit cauſa legitima, recte impellens viros prudẽtes ad eius mutationem: ne diutius ſeruata officiat reipublicæ, eſt mutanda. In præſenti autẽ negocio, non vna tantum ſed & plures occurrerũt cauſæ: impellentes eccleſiam ſanctam & eius primores, ad prohibendam laicis communionẽ calicis: eſto q̃ in primordio eccleſiæ fuerit illis indulta. Primo. quoniam 1
propter frequentem & copioſam fidelium multitudinem tũc excreſcentem: periculum erat effuſionis ipſius ſacri ſanguinis ſub ſpecie vini. Secũ 2
do. quia nõ minus erat diſcrimen cõſeruationis vini conſecrati, propter infirmos communicandos: ne verteretur in acedinem. Tertio. propter 3
nauſeam deuitandam: quia multorum ſtomachus abhorret potum vini. Quarto. quoniam etiam magnum erat periculum delationis ipſius vini 4
ad loca diſtantiora: pro infirmorũ communicatione, ne in via inopinato deferentis lapſu effunderetur. Quinto. quoniam in multis regionibus 5
magna eſt vini penuria: nec tanta poteſt inueniri, quãta requireretur pro communione calicis, alicuius magnæ populi multitudinis. Sexto. quia ex 6
illa communione calicis, ſi fieret laicis: poſſent aliqui ex eis, cæteris infirmiores, induci in hunc errorem Neſtorij: quo putarent q̃ ſub ſpecie panis ſolũ eſſet Chriſti corpus ſine ſanguine, & ſub ſpecie vini: ſolus Chriſti ſanguis ſine corpore. Itaque vt perfectius ſolidentur omnes in hac fide eccleſiæ: q̃ ſub ſpecie panis continetur verum Chriſti corpus, & verus eius ſanguis, immo & ipſe Chriſtus totus: ſubducta eſt laicis communio calicis.

¶ Neq; quiſpiam addubitare debet: quin penes eccleſiam fuerit poteſtas & authoritas mutandi antiquum illum communionis laicorum morem, in eum qui nunc eſt in vſu. quãdoquidem ipſa directore ſpiritu ſancto: circa ſacramentorum vſum & adminiſtrationem fidelibus faciendam, & alia decẽtiam ac honeſtatem diuini cultus & eccleſiaſtici ſtatus reſpiciẽtia: plærunq; nõnulla mutauerit. Vt eccleſia primũ cõ-
ſecrauit Chriſti corpus in azymo, ſicut & ipſe Chriſtus illud cõfecit. de- Matth. 26. Marci. 14. Luce. 22.
inde ad extinguendam hęreſim Ebionitarum tunc inualeſcentẽ: ad tem-

pus conſecrauit euchariſtiam in fermẽtato, & demum ea extincta, redijt ad priorem conſecrandi morem. Sed nonne in primitiua eccleſia & aliquo deinceps tempore, coniugati admittebantur ad ſacros ordines: nõ dimiſſis vxoribus? poſtea tamen: indicta eſt ſacris tẽpli miniſtris, perpetua cõtinentia. In exordio etiam naſcentis eccleſiæ, cõmunem agebant vitam clerici: ſecundum morem apoſtolorũ, quarto actuum capite expreſſum. Poſtea vero propriã agere vitam citra reprehenſionem comperti ſunt: & eccleſia, fũdos, prædia, ac poſſeſſiones habere. Quę igitur in his & alijs pleriſq;, poteſtatem habuit mutandi vnũ morem in alium: cur & in propoſita materia de communione laicorum, non habuit ipſa authoritatem mutandi vnam conſuetudinem in aliam? cum tot & tantæ rationes
7 ſupra adductæ: eã ad id rationabiliter impulerint. ¶ Poſtremo ſic inſurgunt. Maior & amplior præſtatur gratia, ſumendo ſacramentũ euchariſtiæ ſub vtraq; ſpecie: q̃ ſub altera tantum. cũ ſingulæ cuiq; ſpeciei ſua reſpondeat gratia: quam conſequatur ipſe ſumens. Ergo ſublatio calicis ſacri a cõmunione laicorum: magnum infert ipſis ſalutis præiudicium ac detrimentum. Adijciunt & illud. Si recte cõmunicationem calicis ſuſtulit laicis eccleſia: æquo iure tandem etiam poterit eis ſubmouere communicationem euchariſtiæ ſub ſpecie panis. Et ita omnino tũc priuarentur laici: fructu tanti ſacramẽti. ¶ Reſponſio. Refutãdum eſt: quod primo hic loco proponitur. Nam gratia ſacramentalis non datur ob ſigna ipſa ſacramentorũ, & ſpecies: ſed propter ſignata, & cõtenta in eis ſignis. At nõ amplius cõtinetur ſub vtraq; ſacramẽti euchariſtiæ ſpecie: q̃ ſub vnica. cũ ſub vna, vere totus contineatur Chriſtus, eiuſq; ſacrũ corpus & ſanguis: ſicut ſub vtraq; ſimul. Quare non vberior præſtatur gratia, ex virtute ipſius ſacramẽti & efficacia, ſumẽti vtrãq; ſpeciẽ: q̃ ſuſcipiẽti vnam tantũ, ſcilicet ſpeciẽ panis. Neq; ocioſe hic adiectũ putetur id ipſũ: quod modo dictũ eſt. ex virtute (inquam) ipſius ſacramenti & efficacia. Nẽpe ſi quiſpiã feruenti charitatis affectu ſuſciperet ſanctũ altaris ſacramẽtum ſub vtraq; ſpecie: alter vero idem ſumeret myſteriũ ſub vnica, remiſſiore tamen & languidiore animo. ille reuera copioſiorem q̃ hic cõſequeretur gratiã: nõ quidẽ ex vi & natura ipſius ſacramẽti, ſed ob ſyncæriorẽ cordis ſui deuotionem. Deniq; & illud eſt negandũ, quod ſubijciũt: eccleſiã ſcilicet laicis poſſe tandem tollere cõmunionẽ ſacræ hoſtiæ. Nam diuini iuris eſt: q̃ laici ſumant ſanctã euchariſtiã ſub aliqua ſpecie. Quare illam reliquã, in vniuerſum nõ poteſt laicis eccleſia ſubducere: quoniã nõ eſt ſupra ius diuinũ. Attamen in particulari, aliquibus perſonis poteſt eccleſia denegare ipſius ſacramẽti vſum ad tẽpus: propter aliquam rationabilem cauſam. vt mente captis, patientibus vomitũ, & damnatis ad mortem.

1. Timo. 3. Titum. 1. Actuum. 4.

Nõ plus gratię dari ſumẽti vtrãq; ſpeciem euchariſtiæ, q̃ vnam

¶ Authoritatem ferendæ excõmunicationis, penes eccleſiam eſſe: eamq; pœnam merito formidari debere. Cap. XII.



Ontẽptores eccleſiæ ſe eſſe, manifeſte produnt Luthe rani, eo ipſo potiſſimũ ſigno: q̃ excõmunicationem eccleſiaſticã ſubſannant & irrident, nihilifaciẽtes eam, tanq̃ rem nullius momenti. ita edocti a perditiſſimo ſuorũ errorum anteſignano Luthero: qui inter cætera deliria ſua, quæ ſcripta reliquit, oblatrat ad extenuandam prorſus excõmunicationis vim: q̃ per eam non tradatur homo ſatanæ, nec priuetur bonis eccleſiæ, immo nec interna cõmunicatione: ſed ſolum externa. Et tandem eo dementiæ progreditur: vt aſſerat excõmunicationẽ non ſolum patientiſſime ferendam eſſe, verũ etiam cũ ſumma exultatione & reuerentia ſuſcipiendam. Cõtra quam errorũ colluuiem: hæc opponitur veritas catholica.

Authoritatem inferẽdæ excõmunicationis, eccleſia a Chriſto obtinet: quæ ob grauia (quæ ingerit) dãna ſpiritualia, ſummopere eſt metuẽda. ¶ Quam ſacrarũ literarum teſtimonio necnõ ſanctionũm canonicarũ, 1
fulcire annitemur: vt ipſam excõmunicationẽ ex diuino iure prodire pa
riter & humano, dilucide patefaciamus. Et primo quidem, eius tenuem
vmbram, imaginẽ & figuram, præceſſiſſe in lege Moſaica cõperimus.
1. Eſdre. 10. Siquidem primi libri Eſdræ. cap. decimo, ſcriptũ legimus: q̃ cũ publico
ſeniorũ ac maiorum natu decreto cõuocatus eſſet omnis populus Iuda,
ex tranſmigratione Babylonica reuerſus in Hieruſalem: ad ſeparandas
mulieres alienigenas, quas multi ante duxerant contra dei præceptum.
adiecta eſt illi decreto, & hæc in trãſgreſſores illius pœna, vt ſupra etiam
Ibidem. eſt adductum: capite ſexto. Et omnis qui non venerit in tribus diebus
iuxta conſilium principum & ſeniorum: auferetur vniuerſa ſubſtantia
eius, & ipſe abijcietur de cœtu tranſmigrationis. hæc ibi. Illa autem abiectio de conſortio cæterorum Iudæorum: nonne quædam erat excommunicationis ſimilitudo? ¶ Inſuper. Apud Iudæos hunc morem obſer- 2
uatum fuiſſe, ſatis prodit ſanctum euangeliũ: vt ſiquis, principum ſynagogæ & magiſtratuum decretis nõ pareret: extra ſynagogam eijceretur,
in pœnam cõtemptus & præuaricationis illius. Nempe apud Ioannem
Ioannis. 9. nono capite legimus: q̃ conſpirauerant iam inter ſe Iudæi, vt ſiquis con
fiteretur dominum noſtrũ Ieſum, eſſe Chriſtum: extra ſynagogam fie
ret. Et cæcum a natiuitate, non minus animo q̃ corpore a Chriſto illumi
natum, quia generoſus fuit aſſertor & cõſtans, virtutis & bonitatis Chri
Ibidem. ſti: ſcribæ & phariſæi eiecerunt foras per ignominiam & contumeliam,
Ioannis. 12. vt in eodem capite refert euangeliſta. Duodecimo itidem capite Ioannis

ſcriptum eſt: q̃ ex principibus multi crediderunt in Chriſtũ, ſed propter
phariſæos nõ confitebantur: vt de ſynagoga nõ eijcerentur. Dilexerunt
enim gloriã hominum: magis q̃ gloriam dei. Deniq; hãc eiectionis igno
miniam prenunciauit Chriſtus Iudæos perſecutores ſuis diſcipulis illatu
ros: ob cõfeſſionem & prædicationẽ veræ fidei, cũ Ioannis decimoſexto
capite ait eis. Abſq; ſynagogis facient vos. Hæc autẽ eiectio extra ſyna- Ioannis. 16.
gogã, quædam eſt propinqua excõmunicationis repræſentatio: per quã
excommunicati ſecluduntur ab ingreſſu eccleſiæ, & auditione diuini offi
cij. Planum eſt igitur: in veteri lege pręcucurriſſe quandam excõmunica-
3 tionis figuram. ¶ Rurſus. Quid Maria ſoror Moyſi, ob peccatum mur
murationis iniquæ in ſuum fratrem, lepra a domino percuſſa, & iuſſa ſe- Numeri. 12.
ptem diebus ſeparari extra caſtra: nobis deſignat? Certe quandam excõ
municationis rudem formam præfert: & oſtendit imaginem. Siquidem
myſtice ſignificat: hominem propter graue quodpiam peccatum debere
a cæterorum conſortio per excõmunicationis cenſurã diſſeparari. Idem
quoq; deſignabant in veteri lege leproſi: iuſſi habitare extra caſtra, & ſe- Leuiti. 13.
queſtrari a cõmuni hominum frequentia & ſodalitio. Sic & Oziam re- 2. Para. 26.
gem Iuda, ob arrogantem officij ſacerdotalis vſurpationem, ſubita a deo
lepra percuſſum: legimus habitaſſe in domo ſeparata deinceps, abſq; ali
qua regni adminiſtratione. Quod certe typus quidam eſt & effigies ex
communicationis: ob graue peccatum inferendæ. Quæ non ſolum a cæ
terorum hominũ contubernio, ſed & adminiſtratione rerum eccleſiaſti
carũ: homines excludit. Sed nũc a figuris, ad veritatẽ ipſam in nouo teſta
4 mento exhibitam: tranſeamus. ¶ Excõmunicandi quidem authoritatẽ a
Chriſto, eccleſiæ eſſe collatã: plane cõuincunt hæc eius verba apud Mat
theum, de inſolente & contumace. Si eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut Matth. 18.
ethnicus & publicanus. id eſt ſequeſtretur extra cæterorũ fidelium con
ſortiũ: per cenſurã excõmunicationis. Et ne paruifacienda videatur hæc
excõmunicandi authoritas ac poteſtas: conteſtatur Chriſtus proxime ſe
quentibus verbis, humanã in terris latam excõmunicationis cẽſuram: di
uina in cælis ſententia etiam corroborari, ſubnectens. Amen dico vobis, Ibidem.
quæcũq; alligaueritis ſuper terrã (vinculo ſcilicet anathematis: vt exponit
illic gloſſa interlinearis) erunt ligata & in cælo. diuino ſcilicet iudicio: vt
eadem explanat ibidem gloſſa. Et quæcunq; ſolueritis ſuper terrã: erunt
ſoluta & in cælo. Ex quibus verbis perſpicue elucet. q̃ a deo ſit eccleſiæ
indulta excõmunicãdi facultas, & gladius: quem in rebelles interdũ exe-
5 rat. ¶ Eandem quoq; poteſtatẽ a deo acceptã exercuit & beatus Paulus
in Corinthiũ illum, qui nouercæ ſuæ inuaſerat cubile: quem tradidit ſata 1. Corinth. 5.
næ in interitũ carnis, vt ſpiritus eius ſaluus eſſet in die domini noſtri Ie-

ſu Chriſti. Huiuſmodi autẽ traditio ſatanæ: fuit præcipiendo corporalẽ
vexationem & obſeſſionẽ a ſatana: circa illum fieri. Sicut enim apoſtoli
Luc. 10. virtutem habuerunt expellendi dæmonia a corporibus vexatorũ: ita &
imperandi dæmonibus, vt aliquem pro graui delicto corporaliter vexa-
rẽt. Sic ſane beatus Petrus & mortuos ad vitã diuina virtute ſuſcitauit:
Actuum. 9. vt Thabitam. & viuos eadem poteſtate in mortẽ proſtrauit: vt Ananiã
Actuum. 5. & Saphiram. Haud aliter & Paulus apoſtolus cæcos illuminandi habuit
Actuum. 13. poteſtatem: & videntes etiam excæcandi, vt Elimam magũ. quem cęcita-
te ad tẽpus percuſſit: ꝙ reſiſteret prædicationi fidei. ¶ Exercuit itidem 6
apoſtolus eandem excommunicandi poteſtatem, in Hymenæũ & Ale-
1. Timoth. 1. xandrum: de quibus ita ſcribit in prima ad Timotheum epiſtola. Quam
(bonam ſcilicet conſcientiã) quidam repellentes: circa fidem naufragaue
runt. Ex quibus eſt Hymenęus & Alexander: quos tradidi ſatanæ (cor-
poraliter etiam vexandos) vt diſcant non blaſphemare. Eo autem verbo
traditionis, factæ ſatanæ: ipſum apoſtolum ſignificare velle excommu-
nicationis cenſuram, teſtatur beatus Auguſtinus in opere ſuo de verbis
apoſtoli: ſermone ſexageſimooctauo. & adducitur in libro decretorũ:
Auguſtinus. vndecima, quæſt. tertia. capi. omnis Chriſtianus. in hæc verba. Omnis
Chriſtianus dilectiſſimi, qui a ſacerdotibus excõmunicatur: ſatanæ tradi-
tur. Quomodo? quia ſcilicet extra eccleſiam diabolus eſt: ſicut in eccleſia
Chriſtus. ac per hoc quaſi diabolo traditur: qui ab eccleſiaſtica commu-
nione remouetur. Vnde illos quos tũc apoſtolus ſatanę eſſe traditos prę-
dicat: excõmunicatos a ſe eſſe demõſtrat. hæc ibi. Ecce vnũ ex grauibus
incõmodis: quæ incurrunt homines per excõmunicationẽ in ſe latam, ꝙ
tradũtur ſatanæ, ſaltẽ ſpiritualiter vexãdi. ¶ Ad hęc. In prima ad Corin- 7
1. Corinth. 5. thios epiſtola cap. quinto. ſcribit idem apoſtolus. Si is qui frater nomi-
natur inter vos: eſt fornicator aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledi-
cus, aut ebrioſus, aut rapax: cũ huiuſmodi nec cibum ſumere. hæc ille. In
quibus Paulus aliam excõmunicationis explicat pœnã, protinus eã cõſe-
quẽtem: vtpote ꝙ per eã ſeparãtur excõmunicati, a cõmuni aliorũ cõui-
ctu, & cõtubernio. Quod etiã damnũ ac diſpendiũ, excõmunicationẽ co
mitãs: inſinuat idem apoſtolus in ſecunda ad Theſſalonicenſes epiſtola,
2. Theſſa. 3. cap. tertio, ita ſcribẽs. Q̃z ſiquis nõ obedierit verbo noſtro: per epiſtolã
hũc notate, & nõ cõmiſceamini cũ illo (per mutuã ſcilicet cõuerſationẽ)
vt cõfundatur. hæc ibidem. ¶ Amplius. beatus Ioãnes apoſtolus, in ſua 8
ſecũda epiſtola canonica: etiam excõmunicationis cenſurã plane innuit,
ita ſcribens. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite re-
2. Ioannis. 1. cipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue: com-
municat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis: vt in die domini

non confundamini. hæc ille. In quibus & aliud annotat graue incommo-
dum, excommunicationem conſequens: vtpote ꝙ excommunicatum
9 priuat exhibitione hoſpitalitatis, & familiari aliorũ colloquio. ¶ His au-
tem ſcripturæ teſtimonijs: mira harmonia conſonant ſummorũ pontifi
cum & doctorũ eccleſiaſticorũ ſentẽtiæ. Siquidẽ Antherus papa, graui-
tatem pœnæ ipſius excõmunicationis ſic exprimit: vt habet liber decre- Antherus
torum, vndecima, quæſt. tertia. cap. abſit. In veteri (inquit) lege habetur. papa.
Quicũq; ſacerdotibus non obtẽperaſſet: aut extra caſtra poſitus lapida- Deutero. 17.
batur a populo, aut gladio ceruice ſubiecta, contemptũ expiabat cruore.
Nũc vero inobediens, ſpirituali animaduerſione truncatus, aut eiectus de
eccleſia: rabido ore dæmonũ diſcerpitur. hæc ille. Huiuſmodi autẽ decer
ptio, quæ a dæmonibus excõmunicato infertur: accipienda eſt ſecũdum
corporalẽ vexationẽ, aut ſaltem ſpiritualẽ. quoniã in eum deſtitutũ præ-
ſidio ſacramentorũ & ſuffragiorum eccleſiæ: dæmon habet ampliorẽ &
liberiorẽ poteſtatem, ipſum tẽtandi & detrudendi in peccatum. Et hoc
etiã vnũ eſt eorũ malorũ: quæ per excõmunicationẽ homini inferuntur.
10 ¶ Conſonat illi & beatus Auguſtinus: q̃ formidanda ſit excõmunicatio,
his verbis in ſuo tractatu ſuper Ioannẽ adaperiẽs: quæ etiã recitantur vn-
decima, queſt. tertia, cap. nihil ſic. in hãc formã. Nihil ſic debet formida-
re Chriſtianus: q̃ ſeparari a corpore Chriſti. Si enim ſeparatur a corpore Auguſtinus.
Chriſti: nõ eſt membrũ eius. ſi non eſt membrum eius: nõ vegetatur ſpi
ritu eius. Quiſquis autẽ (inquit apoſtolus) ſpiritũ dei non habet: hic non Roma. 8.
eſt eius. hæc ille. In quibus verbis, aliud etiã oſtenditur graue malũ: quod
incurrit homo per excõmunicationem. Videlicet ꝙ per eam reſecatur a
corpore myſtico, tanq̃ membrum putridũ: neq; amplius recipit influxũ
vitæ & gratiæ ab ipſo capite, neq; participationẽ habet ſacramentorũ &
11 ſuffragiorũ eccleſię: q̃diu ſic manet reſecatus. ¶ At vero ꝙ non ſint con
temnenda vincula eccleſiaſtica, vt ea nihilipẽdunt hęretici: teſtatur Chry
ſoſtomus in ſuis cõmentarijs ſuper epiſtolam ad hæbreos, hac breui ſen-
tentia. quæ etiam refertur in codice decretorum, vndecima. queſt. tertia.
cap. nemo. in hunc modum. Nemo cõtemnat eccleſiaſtica vincula. Nõ Chryſoſtomus
enim homo eſt qui ligat: ſed Chriſtus, qui hãc poteſtatẽ dedit: & domi- Matth. 18.
nos fecit homines eſſe tãti honoris. hęc ille. Et vt paucis rem agã: per to-
tũ illum decretorũ locũ iam ſæpius citatũ: vtpote cauſa vndecima, queſt.
tertia. q̃plurima adducuntur tũ ex ſacris concilijs tum ex doctoribus ec-
deſiaſticis annotatu digniſſima: quæ ad materiã excõmunicationis atti-
nent. Et quoniam arduum eſſet immo ſuperuacaneum, ſingula illic recte
digeſta in hanc paginam refundere: contenti fuimus hic ſolummodo ſi-
gnaſſe locum, ad quem ſtudioſus lector (ſi plura requirit) confugiat.

¶Demũ. In eos qui benigna exhortatione corrigi nõ poſſunt, nec a ſuo 12
malo reuocari: ferendã eſſe excõmunicationis cẽſuram, perhibet Anacle
Anacletus papa. tus papa in eo canone: qui adducitur in volumine decretorum, viceſima
quarta, quæſtione tertia. cap. tam ſacerdotes. hoc verborum contextu.
Tam ſacerdotes q̃ reliqui fideles omnes, ſummam debent habere curam
de ijs qui pereunt: quatinus eorum redargutione, corrigantur a peccatis.
aut ſi incorrigibiles apparuerint: ab eccleſia ſeparentur. hęc ille. In eodem
autem loco libri decretorũ, ſcilicet cauſa viceſima quarta, quæſtione ter-
tia: q̃ plurima alia occurrunt capitula, tum ex ſacroſanctis concilijs, tum
ex ſacris authoribus deſumpta: quæ de excõmunicatione differunt. At
non fuerunt in hanc pagellam ſingula illa nunc congerenda: ſed ſatis eſſe
nobis viſum eſt annotaſſe locum, ex quo ea depromi queant. In epiſto-
larum itidem decretalium libro quinto, titulo de ſententia excommuni-
cationis: ſimiliter & in ſexto libro decretalium, circa finem, in eodem ti-
tulo: de niq; & in quinto libro Clementinarum conſtitutionum, in eo-
dem titulo: perquã multa pertractantur vtilia & ſcitu digniſſima de hac
excommunicationis materia. Ad quæ loca recurrat: qui illorum cogno
ſcẽdorum tenetur deſiderio. Nos autem iam ad obiectiones aduerſario-
rum diluendas: ocyus properemus oportet.

¶Itaq; primum obiectant, crudelem eſſe matrẽ: quæ viſcera pietatis ſuo 1
filio claudens, eũ a ſe abdicat & abijcit: inimicæq; poteſtati deſtitutũ om-
ni materno præſidio derelinquit. Talis autem eſt eccleſia in eos: quos ex-
communicatione ferit. Nempe illos a ſuo ſegregat conſortio: & nuda-
tos omni auxilio ſalutis, hoſtibus eoſdẽ exponit. Nõ eſt igitur excõmu-
nicationis cenſura, rectæ rationi innitens: quinimmo iuri naturali cõtra-
ria, & ſæuitiam quandam præ ſe ferens. ¶Reſpõſio. Si pręter meritum
& citra filij noxam, mater eam ſeueritatem exerceret in filium, quam ex-
primit obiectio: ipſa reuera, crudelis & inhumana dicenda foret. Vbi ve-
ro filius ob rebellionẽ in matrem & inobedientiam, talia meritus fuerit
ſupplicia: nihil præter officiũ ſuum facit mater quantũuis pia, ſi rebellem
& proteruum filiũ aſpere puniat. At eccleſia nunq̃ ſine cauſa legitima fe
rendam in aliquem excõmunicationis ſententiã, definit. vtpote ob grauẽ
culpã, cui annexa eſt cõtumacia: & vbi is in quem fertur illa cẽſura, aliter
corrigi nõ poteſt. Quare ipſa in eo negocio nihil præter naturæ ordinẽ
gerit: neq; pientiſſimæ matris partes negligit. filiorum ſuorũ ſalutem vt-
cunq; poteſt procurans: vel per benignã exhortationẽ, vel aſperam cor-
rectionẽ. ¶Secundo inſiſtunt, excõmunicationis rigorẽ & ſeueritatem 2
repugnare legi charitatis: quæ omniũ ſalutẽ quibus poteſt modis curat,
viaſq; exquirit ſolicita, per quas: ſaluos omnes, vtcũq; poteſt, reddat. Ex-

communicatio vero, præſidia ſalutis aufert ab ijs in quos fertur: ſcilicet
communionem ſacramentorum, ſuffragia eccleſiæ, & hominũ (a quibus
doceri quis, & recte inſtitui poſſet) conuerſationem. Non eſt igitur ipſa
ex deo: neq; diuinis inſtitutis cõſentanea. ¶Reſpõſio. Periti medici eſt,
vulnera quæ lenibus fomentis curari non poſſunt: vſtulatione, cauterio,
vel ſectione adhibita ſanare, neq; præter ſuæ artis facit pręcepta: ſi idipſũ
tentauerit. Haud ſecus eccleſia ſancta, ægrotos animo: quos ſuaſionibus,
admonitionibus, & dulci exhortatione, non poteſt ad mentis ſanitatem
reducere, ob contumaciam & inſolentiam: debet aſperiore caſtigatione
coercere, vt retundat eorum ſuperbiam & proteruiam. Neq; illud cõtra
legem facit charitatis: immo penitus ſecundum illius regulam. Nam nõ
aufert illa ſalutis præſidia: vt perpetuo illa ſubducat excõmunicatis. ſed
vt per ignominiam illius ſeparationis, verecundiam illis ingerat & con-
fuſionem: & tandem eo modo ad viam æquitatis eoſdem reuocet. & tũc
demum reſtituat eiſdem illa ſalutis ſubſidia: quæ ad tempus ſuſtulerat.
Quare nõ claudunt viſcera charitatis in proximos: qui excõmunicatione
3 recte vtũtur, & eo quidem modo, quo ab eccleſia eſt inſtituta. ¶Tertio
hunc in nos mouent cauillum. Anima (inquit Lutherus) excommunica
ti, per inobediẽtiam & cõtumaciã iam trãſierat in ditionem ac poteſtatẽ
diaboli: anteq̃ in eum ferretur excõmunicatio. Ergo per ipſam excõmu
nicationẽ, non traditur anima excõmunicati ipſi ſatanæ: ſed ſolum de-
ſignatur & ſignificatur illi eſſe tradita, per peccatum. vt ipſa excõmuni-
catio: ſolũ ſit ſignũ exterius, illius traditionis occultæ, prius factæ. ¶Re-
ſponſio. Admiſſo eo quod aſſumit hic aduerſarius: negandũ eſt penitus
idipſum quod colligit. quoniã anima hominis prius ſubiecta ſatanæ per
peccatũ: poteſt adhuc amplius & alio modo eidem tradi, ſecundum illud
verbum apocalypſis. Qui in ſordibus eſt: ſordeſcat adhuc. Quemadmo *Apoca. 22.*
dum e diuerſo vir iuſtus qui per gratiam & bona opera deum habet cor
dis ſui hoſpitem: per nouam gratiam & alia bona opera, eundem habere
poteſt perfectius q̃ prius, ſuæ mentis habitatorem. vt ad illum denuo ve
niat: & mãſionem apud ipſum faciat. iuxta illud etiam Apocalypſis ver- *Iaannis. 14.*
bum. Qui iuſtus eſt: iuſtificetur adhuc, & ſanctus: ſanctificetur adhuc. *Apoca. 22.*
Nullus enim addubitat: animam infelicis Iudæ traditoris, per propoſitũ
faciẽdæ proditionis, & pactũ cũ phariſæis initũ de illa adimplenda, fuiſſe
occupatam & detentã a ſatana: qui illud ſcelus immiſerat cordi eius. & *Lucæ. 22.*
tamen deinde poſt acceptam de manu domini buccellam panis, ſcribitur
intraſſe in ipſum ſatanas: vt eum quem ante poſſederat, amplius poſſi- *Ioannis. 13.*
deret. Sic & anima illius in quem fertur excommunicatio: ante illam tra-
dita quidem eſt ſatanę per peccati mortiferi perpetrationem. Adhuc ta-

men adiuuatur ſuffragijs eccleſiæ & cõmunicatione hominũ:ne tantum,
quãtum velit,ei præualeat ſatanas. Vbi vero in illum lata fuerit excõmu-
nicatio:rurſum nouo quodam modo traditur ille ſatanæ. quia deſtitutus
præſidio ſacramentorũ & ſuffragiorum eccleſiæ,& familiari hominum
colloquio : magis exponitur infeſtationi ſatanicæ, q̃ prius. Vt eum ſata-
nas & liberius tẽtare poſſit & vincere,atq; in grauiora præcipitare peccata:
a quibus ille miſer difficilius poteſt reſurgere. Haud ſecus q̃ hoſtili car-
cere detentus, & vinculis conſtrictus : adhuc pluribus & arctioribus ca-
tenis ab hoſte eodem poteſt alligari. ¶Quarto. & hac ratione inſurgit 4
Lutherus. Excõmunicatio nõ præcidit nec adimit homini in quem fer-
tur,communionẽ internã:quæ eſt in vnione ſpirituali ipſius ad deum,&
ad cæteros fideles tanq̃ membra eccleſiæ, per cohærentiam & vinculum
charitatis. Sed tãtum tollit externam cõmunionẽ:quæ conſiſtit in com-
municatione ſacramẽtorũ eccleſiæ,& ſocietatis humanæ per cõuictũ &
colloquiũ. Enimuero nõ tollit(inquit) excõmunicatio fidẽ,ſpem,& cha
ritatem:ab eo cui infertur. Q̃diu autẽ manẽt illa:manet etiã ſalua & in-
tegra cõmunio interna hominis excõmunicatione notati,cũ cæteris fide-
libus & cũ deo. Nõ eſt igitur vſqueadeo formidanda excõmunicatio:vt
eã ponũt timeri debere. ¶Reſpõſio. In hac ratione,multum exorbitat a
vero Lutherus:cũ aſſumit, per excõmunicationem non tolli ab homine
internã cõmunionẽ,ſecundũ eam quam aſſignauit intelligentiã. Enim-
uero excõmunicatio nõ fertur iuſte in quempiã(de ſola enim tali excõ-
municatione,quę iuſte in aliquem profertur : hic ſermo contexitur) niſi
præceſſerit peccatũ. & quidem graue atq; mortiferũ,ſcilicet inobediẽtia:
cui ſit annexa cõtumacia. Tale autẽ peccatũ:non poteſt ſtare cũ charita-
te. vt neq; denſæ tenebræ cũ luce:nec horridũ frigus cum viuifico calore.
Ergo cũ recte in quempiã pronunciatur excõmunicatio:iam eſt ſublata
cõmunio interna,per peccatũ,ratione cuius infertur excõmunicatio:an-
teq̃ externa cõmunio auferatur. Merito igitur formidanda eſt excõmu-
nicatio: vt quæ externã cõmunionẽ tollat, internam vero partim tollat,
partim ſupponat ablatam. Tollat quidem: quo ad participationẽ ſuffra-
giorũ. Ablatam vero ſupponat:quo ad effectũ charitatis,iam ante ſubla
tæ per mortale peccatũ. ¶Quinto. Ita inſiſtit Lutherus. Excõmunica- 5
tio nõ priuat eum in quem fertur, cõmunibus bonis eccleſiæ: vtpote ſa-
2. Theſſa. 3. cramentorũ cõmunione & ſuffragiorũ. Nam de eo, quẽ ad Theſſaloni-
enſes ſcribẽs Paulus,excõmunicatũ haberi voluit,quia nõ obediret ver-
bo veritatis:ipſe continuo ſubiũgit. Et nolite quaſi inimicum exiſtima-
re:ſed corripite vt fratrẽ. Q̃z ſi excõmunicatus nõ ſit cẽſendus inimicus:
nõ debet haberi tanq̃ alienus,aut tanq̃ ethnicus aut publicanus,vel ſegre-

gatus extra eccleſiam:ſed adhuc tanq̃ conſors & particeps bonorum ec-
cleſię. Si etiam excõmunicatus eſt corripiendus vt frater:ipſe fraternita-
te ſpirituali adhuc alijs fidelibus eſt coniunctus, in participatione ſacra-
mẽtorum & ſuffragiorum eccleſiæ,leniterq; ab alijs admonendus eſt: vt
poſita cõtumacia, redeat ad mentem ſaniorem. Non infert igitur excõ-
municatio:illam pœnam ſeparationis ab eccleſia. ¶Reſpõſio. Ea verba
apoſtoli adducta in obiectione cõtorquet Lutherus more ſuo ad alienũ
ſenſum:& abhorrentem ab intelligentia beati Pauli. Quippe cum dicit
Paulus, excõmunicatum quẽlibet non eſſe exiſtimandum quaſi inimi-
cum:deſignat illis verbis,eũdem quãtum ad naturam ſuam,nõ eſſe odio
habẽdũ. q̃uis crimina ob quæ incurrit excõmunicationẽ:inſectãda ſint,
& odio proſequenda. Cum vero ſubnectit,eundem eſſe corripiendũ vt
fratrem:inſinuat illum,vt characteris & ſignaculi baptiſmalis atque fi-
dei,cum cæteris fidelibus participem: ab alijs eſſe corripiendum in ſpiri-
tu lenitatis & ex dilectione,de proteruia & inobedientia ſua. vt depoſita
ceruice dura & contumacia, quam oſtendit in ſanctam eccleſiam & eius
paſtores:redeat ad obedientiæ iugum. Et hanc literæ illius apoſtolicæ in-
telligentiam : aſſignãt ibidem Nicolaus Lyranus & gloſſa interlinearis.
Cum hac autem dilectione naturæ ipſius excõmunicati,& fraterna eiuſ-
dem correptione,qua reducatur ad viam ſalutis: ſtat eiuſdẽ ſeparatio ab
eccleſiaſticis ſacramentis & ſuffragijs,in pœnã inobedientię eidem infli-
6 cta. ¶Sexto. & hanc cauillationem ſtruit Lutherus:cõtendens per eam
cõmprobare, q̃ excõmunicatio non ſolum patienter ferenda ſit:verum
etiam cum ſumma exultatione & reuerentia,ſuſcipienda. In ſexto (in-
quit) libro decretalium epiſtolarum,titulo de ſententia excõmunicatio-
nis. cap. cum medicinalis. hic habetur canon Innocentij quarti:in conci-
lio Lugdunenſi depromptus. Cum medicinalis ſit excõmunicatio : non *Innocentius*
mortalis,diſciplinans : non eradicans,dum tamen is in quem lata fuerit: *quartus.*
non contemnat. prouideat iudex eccleſiaſticus, vt in ea ferenda oſtendat
ſe proſequi:quod corrigentis fuerit & medentis. hæc ibi. Atqui medici-
nam ſalutarem & diſciplinam corrigentem:non abhorrere nec aſperna-
ri,ſed cũ exultatione & gaudio ſuſcipere debent omnes: & libenter am-
plecti. Non eſt igitur formidanda excõmunicatio, vt dicunt eccleſiaſti-
carum partium ſtudioſi defenſores : aut tanq̃ grãde malum refugienda:
ſed cum animi lętitia,capeſſenda. ¶Reſpõſio. Mirum hic & nouum vi
deri debet omnibus:q̃ Lutherus decretum ſummi põtificis,cõcilijq; ge-
neralis ſanctionem canonicam, adducat in cõfirmationem ſuæ aſſertio-
nis. vt qui conſtitutiones pontificias,conciliorumq; canones ſubſannare
ſoleat & ridere: contemptim omnia id genus ſtatuta,frigida decreta ap-

pellans,eaq; nihilifaciens. Verum vt ipse sacræ scripturæ sententias inuer tere est assuetus,& pro sua detorquere libidine in sensum alienum:ita & canonis istius præclari & memorabilis literam, perperam suo accommo dat instituto:& a recta ipsius aberrat intelligentia. Enimuero ipsa excõ= municatio,medicinalis est & disciplinans: primũ in cõparatione ad infe rentem. cuius mens & intentio est & esse debet, per eam mederi morbo pernicioso quo laborat excõmunicatus:non autem,mortem illi inferre. Eiusdẽ itidem est propositũ, disciplinam castigatoriam infligere ei quẽ anathemate percutit : non autem, penitus & perpetuo eradicare eum ex agro dominico,neq; separare in æternũ a cœtu fidelium. Est etiam ipsa excõmunicatio : medicinalis ei cui infertur. quia per eam tanq̃ acerbam & asperam medicinam:sanatur vlcus inobedientiæ,quo animus illius in= tumuit. Est & disciplinans:atq; salutiferam irrogans disciplinam,eidem excõmunicato. vt per eam ignominiam cõfundatur:& verecundia affe= ctus adigatur ad pœnitentiam,& resipiscat. Et hæc quidẽ in excõmuni= cato locum habent : si modo(vt recte dicit adductus a Luthero canon) ipse nõ cõtemnat obstinato animo latam in se excõmunicationẽ. Alio= qui mortifera ei foret excõmunicatio ex ipsius culpa : & extirpatoria ab ipsius ecclesiæ sinu & gremio, etiam in longa tẽpora. Nihilo secius pro= pter plurima incõmoda spiritualia, in rationibus ante positis explicata, quæ infert etiã cuiuis excõmunicato,ipsa excõmunicatio:nõ ab re timẽ= da est & refugienda. quare nunq̃:cũ gaudio suscipiẽda,immo cũ gemitu & luctu. ob eam potissimũ considerationẽ: q̃ propter propriam eius in quem fertur culpam,& quidẽ grauem est illata,q̃q; ipsam iuste sit meri= tus. quæ sane cõsideratio:non gaudij sed mœroris præstat occasionem.

¶Non immerito hæreticos ab ecclesiæ separari consortio:& pœ= nis a iure ordinatis ob sua scelera puniri. Cap. XIII.

Vamuis ingẽtem inferant perniciem hæretici anima= bus fideliũ,quas sua pestifera doctrina in graues mit= tunt errores : indigne tamen ferunt,digna suis operi= bus supplicia sibi secũdum iustitiæ leges inferri. Cru= deliterq; secum & immaniter agi conquerũtur: q̃ ab ecclesiæ cœtu sequestrati tanq̃ ethnici & publicani, tradantur iudicio seculari,& ciuilium iudicum seueritate addicantur flã= mis exurendi. Quod certe ipsos non ægro animo nec moleste ferre de= bere(quoniam nihil contra æquitatis regulam,iustitiæq; rectitudinẽ : in eos hac in re tentatur) hæc monstrabit catholica veritas, multis rationi= bus communienda.

Recte ecclesia hæreticos a suo gremio separat: & iudicio tradit seculari:

a quo etiam iuste pœnis a iure statutis puniuntur.

1 ¶Primo quidem. quoniã in libro Numeri legimus,cũ schisma & sedi= tionẽ excitassent Core,Dathan,& Abyron contra Moysem & Aaron, propter principatum populi & sacerdotium summũ vendicandum:do= minum dixisse ad Moysem & Aaron. Separamini de medio congrega= Numeri.16.
tionis huius:vt eos repente disperdam. Et paulo post,dominus ad Moy sem ait. Præcipe vniuerso populo:vt separetur a tabernaculis Core,Da= Ibidem.
than,& Abyron. Cui obtẽperans Moyses:protinus dixit ad totam tur= bam Israel. Recedite a tabernaculis impiorum: & nolite tangere quæ ad Ibidem.
eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ. Et continuo principes il= lius seditionis & schismatis:vltrice dei dextera,viui a terra sunt absorpti. Porro hæretici ipsi:haud procul a schismaticis distant,in qualitate crimi nis. Erigunt enim se & ipsi,cõtra primores ecclesiæ & suos præpositos: pestilentiaq; disseminant dogmata, per quæ auertant populũ fidelem ab vnitate ecclesiæ:& pertrahãt eum in errorum deuia. De illis igitur recte & illud domini præceptum debet intelligi:q̃ separentur omnes de taber naculis & conuẽticulis eorum,ne polluantur contagio errorum:quos vt lethale virus diffundunt. Et id quidem cõmode fit : quando per ecclesiæ iudicium ipsi hæretici denunciantur separati a consortio fidelium, tanq̃ alieni a gremio ecclesiæ . Est igitur huiusmodi separatio eorum:iusta & 2 recta . ¶Præterea. In Leuitico scriptum est,q̃ cum Moyses cõsuluisset dominũ: quid agendum foret de viro quodam,qui blasphemauerat no= Leuitici.24.
men domini,& maledixerat ei:respondit dominus. Educ blasphemum extra castra,& ponãt omnes qui audierunt,manus suas super caput eius: & lapidet eum populus vniuersus. Nostræ autem tẽpestatis hęretici Lu= therani: nonne blasphemi sunt in deum? cum effutiunt sacratissimã vir= ginem Mariam & sanctos:nec orare pro nobis,nec a nobis orandos esse & honorandos. cum etiam abnegãt sacras sanctorũ imagines in templis erigi debere:ad excitandam fidelis populi deuotionẽ. cum deniq; astruũt suffragia viuentium,vita defunctis non prodesse : & pro animabus cor= pore solutis orandum nõ esse. Certe multo mihi opus esset tempore, & charta amplissima: si cuncta eorum maledicta in sanctam ecclesiam ma trem suam,in pręsides ecclesiæ suos patres,in omnẽ etiam ferme statum fidelium,& monasticum & ecclesiasticum & ciuilem,deniq; in constitu= tiones & leges ecclesiasticas:hic persequi vellem,& particulatim explica= re. Vt maledici igitur in suos parentes,vt blasphemi in nomen domini: educẽdi sunt extra castra ecclesiæ,per disseparationẽ eorum a cœtu fide= lium,& lapidibus acerbæ punitionis (vt vltricium flãmarum crepitatio= 3 ne)a iudicibus secularibus sunt obruendi. ¶Insuper . Venerabilis Beda

Lucæ.17. in homelia euangelij apud Lucam descripti de decem leprosis a domino mundatis: dum secundũ eius præceptum irent se ostendere sacerdotibus,
Beda. ait. Leprosi isti: hæreticos nõ incongrue designare possunt. lepra nanq; huiusmodi est naturæ: vt cutem quã infecerit, diuersis coloribus respergat. Sic & hæretici vt verum se dicere mentiantur: vera falsis permiscẽt, & quasi vnius coloris dogma, mendaciorũ superducta veritate intertingunt. Quia si semper vera prosequerẽtur: hæretici non essent. Si autem semper falsa dicerent: nullus eis nisi dementissimus crederet. hæc ille. Et eandem sentẽtiam alijs verbis exprimit etiam beatus Augustinus: in ho-
Leuitici.13. melia eiusdem euangelij. At leprosi, secũdum domini mandatum habitabant extra castra, & separatim a consortio aliorum hominũ: ne eos sua tabe inficerẽt. Iure igitur & hæretici per leprosos designati, & animã habentes contagiosa lepra prauorum dogmatum cõtaminatam: separandi sunt a gremio ecclesiæ, ne alios etiam suo lædant contagio. ¶ Rursum. 4
Roma.16. Beatus Paulus ad Romanos scribens: circa finem suæ epistolæ dicit. Rogo vos fratres: vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis: faciũt. & declinate ab illis. Huiuscemodi enim, Christo domino non seruiunt: sed suo ventri. & per dulces sermones & benedictiones: seducunt corda innocẽtium. hæc ibi. In quibus verbis apostolus graphice descripsit mores hæreticorum: qui contra doctrinã ecclesiasticam suscitant contentiones & dissidia per suas hæreses. Qui etiã per dulces sermones & blãdiloquẽtias (vt Lutherani per suam libertatem, quam falso Christianam & euangelicam vocant: cum reuera sit antichristiana & diabolica, effrenisq; licentia viuendi secundũ carnem & sanguinem: contra sanctum dei euangelium) seducunt corda innocẽtium: multisq; irretiunt pedicis & laqueis errorum. Ab illis autem seductoribus, Paulus esse declinandũ: solicite admonuit. Sunt igitur hæretici: a gremio ecclesiæ: & a fidelium consortio sequestrandi. ¶ Idem etiã apo 5
Titum.3. stolus ad Titum scribẽs super eadẽ re, ipsum his verbis admonuit. Hæreticum hominẽ post vnam & secũdam correptionẽ deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. hæc ibi. Atqui in hæreticis pertinaciter obstinatis sueq; affixis sententiæ: correptio ipsa vix locum habet aut fructũ aliquem. Nam surdis auribus illam accipiũt: nimiũ suis placitis & assertis addicti. ob quod,
Proverb.1. potius in ipsis verum esse comperitur: quod ait sapiens. Peruersi: difficile corriguntur. Quare secundum salubre beati Pauli documẽtum: deuitandi sunt sedulo, soliciteq; cauendi: ne alios praua sua doctrina coinquinent. Illud autem congruenter fiet: si sequestrentur ab ipso ecclesiæ sinu, & fideliũ consortio. ¶ Consonat etiam eidem sententiæ & beatus Ioan- 6

nes apostolus, in sua secunda epistola canonica dicens: quod in præcedẽte capite adductum iam est, & hic repetere non piget, vt nostro conducens instituto. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite Cap.12.
recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixerit illi, aue: cõmunicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis: vt in die domini 2.Ioannis.1.
non confundamini. hæc ille. Hæretici autẽ, doctrinam apostolicam non afferunt: sed apostaticam & diabolicam, & prorsus aduersam doctrinæ euãgelicæ atq; catholicæ. Non sunt igitur ipsi ad cõmunionem fidelium admittẽdi: ne per mala ipsorum colloquia, corrumpantur boni aliorum
7 simplicium mores. ¶ Hanc autem beati Ioannis sentẽtiam modo adductam exponens glossa ordinaria: ibidẽ hanc texit narrationẽ. Cum Ioannes apud Ephesum balneas lauãdi gratia intraret, & videret Cherintum: Cherintus hæreticus.
exiuit dicens. Fugiamus hinc, ne balneæ ipsæ corrumpant nos: in quibus Cherintus lauatur, veritatis inimicus. Fecit ergo: quod docuit. Tãta enim apostoli atq; eorum discipuli, tunc in religione, cautela vtebantur: vt nec verbi quidẽ cõmunionem cum aliquo eorum qui a veritate deuiauerãt, habere paterentur. hæc ibi. Eandem vero de Ioanne & Cherinto narrationem, refert Gratianus: in libro decretorum, vicesimaquarta, quæstio- Gratianus.
ne prima: cap. omnis qui. ex Beda super epistolã canonicam beati Ioannis: vt a Policarpo acceptam. & Eusebius Cæsariensis, in libro quarto ec Eusebius Cæsariensis.
clesiasticæ historiæ: cap. decimotertio. Quæ omnia monstrant: q̃ sint fu
8 giendi a nobis hæretici. ¶ Eosdem quoq; hæreticos esse feriẽdos anathemate, & a catholicorum cõmunione disseparandos: ostendit Pelagius papa in eo canone, qui recitatur in codice decretorũ: vicesimaquarta, quæstione tertia. cap. apostolicæ. in hanc formã. Apostolicæ authoritatis ex- Pelagius papa.
emplo didicimus: errantium & in errorem mittẽtium spiritus, tradẽdos esse satanæ, vt blasphemare dediscant. hæc ibi. At vero quos magis er- 1.Timo.1.
rantes & in errorem mittẽtes dixerimus aut verius, q̃ hæreticos? qui suo non sunt cõtenti errore quo detinentur: verũ etiam quoscunq; possunt, ijsdem errorum tenebris inuoluunt. Sunt igitur digni: qui per excõmu-
9 nicationem sequestrentur a cæteris. ¶ In eodem præterea libri decretorũ loco: scilicet vicesimaquarta, quæstione tertia. cap. resecandæ. ex beato Hieronymo adducitur sententia, eiusdem nostri propositi confirmato- Hieronymus
ria: in hũc modũ. Resecandæ sunt putridæ carnes: & scabiosa ouis a cau lis repellenda. ne tota domus, massa, corpus & pecora: ardeant, corrũpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexãdria, vna scintilla fuit. sed quo- Arrius.
niam non statim oppressus est: per totum orbẽ eius flãma populata est. hæc ille. Occurrent & alia q̃plurima capitula, in eodem codicis decretorum loco: eandem confirmantia sentẽtiam, de hæreticis ab ecclesia sepa-

randis. Quæ ſtudioſus lector: ex annotato iã loco perquirat. ¶ Ad hęc. 10
In præcedenti capite latius oſtenſum eſt: excõmunicatum omnẽ, ab eccleſia & conſortio fidelium iam eſſe ſeparatum. Hæreticus autẽ omnis in ſua perſiſtens hæreſi: ſententia anathematis iam eſt perculſus. Vt manifeſte conſtat per canonem Lucij tertij, recitatũ in quinto libro epiſtolarum decretalium: titulo de ſententia excõmunicationis. cap. ad abolendam. & per canonem Innocentij tertij, in eodem titulo: cap. excõmunicamus. recitatũ ex concilio generali. in hæc verba. Excõmunicamus itaq; & anathematizamus omnem hæreſim, extollẽtem ſe aduerſus hanc ſanctam, orthodoxam & catholicam fidem: quã ſuperius expoſuimus, condemnantes hæreticos vniuerſos: quibuſcunq; nominibus cenſeantur. Et reliqua, in eandem tendentia ſententiã: cum annotatione pœnarum quibus ſunt plectendi, deinceps ibidem expreſſa. Recte igitur eccleſia hæreticos a ſuo ſequeſtrat conſortio: & ſecularibus tradit iudicibus ſecũdum formã iuris. ¶ Adde. q̃ Auguſtinus libro ſecundo contra epiſtolã Gau- 11
dentij: de hæreticis ait. Hoc hominũ genus: per imperatoriã curiam corrigi debet. Et in ſua expoſitione ſuper euãgelium Ioannis, diffuſe oſtendit: imperatores & principes catholicos bene facere, q̃ vtãtur gladio contra hæreticos. Vbi inter cætera dicit. Nullus noſtrum vult aliquẽ hæreticum perire. Sed aliter non meruit habere pacẽ domus Dauid: niſi Abſalon filius eius in bello eſſet extinctus. Sic eccleſia, ſi aliquorũ perditione cæteros colligit: dolorem materni ſanat cordis, tantorum liberatione populorum. hęc ille. ¶ Rurſus. Ex veterum annalibus compertũ id & ex- 12
ploratũ habemus: q̃ principes catholici, ſua authoritate & ſeueritate laudabili, hæreticos ſint perſecuti, & debita mulctauerint pœna. Enimuero Conſtantinus magnus imperator, Arrium cum adhærẽtibus ei, damnauit exilio: quia noluit ſubſcribere decreto concilij Niceni. Theodoſius etiam imperator: hæreticos Manichęos puniuit ſpoliatione omnium bonorum, eoſq; omni poſſeſſione & hęreditaria ſucceſſione priuauit. Idem quoq; decreuit cum Valentiniano: ne Manichęi in Roma cõueniendi & habitandi haberent facultatẽ. deniq; eoſdem vltimo ſupplicio tradendos ſanxit: libros itidem hæreticorũ diligenti ſtudio inquiri, ac publice comburi conſtituit. Demũ Valentinianus & Martianus imperatores: conſimilia in hæreticos ſtatuerunt. Ob hanc autem in extirpandis hæreticis diligentiam & diſtrictionem, non modo nõ vituperantur hi principes catholici: ſed & magnis (vt par eſt) efferũtur laudibus. Cõmendandum eſt igitur illud eccleſię inſtitutum: quo & hęreticos a ſuo ſeparat gremio, & ſecularibus tradit iudicibus puniendos ſecundũ decreta iuris. ¶ Multum 13
etiam roboris adijcit noſtræ aſſertioni: q̃ oppoſita ei ſententia, vtputa

Lucius tertius.
Innocentius tertius.
Auguſtinus.
2. Regum. 18
Conſtãtinus.
Theodoſius.
Valẽtinianꝰ
Martianus.

aſtruere q̃ hæretici nõ ſunt tradendi poteſtati ſeculari vt ſeuere puniantur: error eſt Catharorũ, Valdẽſium, & Begardorũ. Qui etiam damnatus eſt in ſacro Conſtãtienſi concilio, ſeſſione decimaquinta: inter triginta articulos Ioãnis Hus erroneos, inibi in propria expreſſos forma, & cõdemnatos. Quorum vnus præſentem concernens materiam: eſt huiuſmodi. Doctores ponẽtes q̃ aliquis per cenſuram eccleſiaſticam emẽdandus: ſi corrigi noluerit, iudicio ſeculari eſt tradendus: pro certo ſequũtur in hoc, pontifices ſcribas & phariſæos. qui Chriſtum nolẽtem eis obedire in omnibus, dicentes, nobis non licet interficere quenq̃: demũ ſeculari iudicio tradiderũt. eo q̃ tales ſũt homicidę grauiores: q̃ Pilatus. hęc ibi. Cum itaq; hic articulus publica generalis illius cõcilij authoritate ſit cum cæteris eiuſdem hæretici condemnatus articulis: quis addubitet amplius, aſſertionem quã hic propoſuimus, & veram eſſe & catholicam? Quod
14 tamen ex ſequentibus etiã rationibus: amplius eluceſcet. ¶ Certe lex euãgelica nõ deſtruit: ſed perficit legem naturæ. quandoquidẽ vt omne verum alij vero conſonat: ita rectum omne & æquum, alteri recto & ęquo conſentaneum eſt & concors. Atqui lex naturæ præcipit & dictat, a corpore humano abſcindi debere mẽbrum putridum: ne illius contagio reliqua eiuſdẽ corporis mẽbra ſana corrũpantur. ſecũdum illam præclari poetæ ſentẽtiam. Immedicabile vulnus, enſe recidẽdum eſt: ne pars ſyncęra trahatur. Ergo ſecundũ legem euãgelicam: in republica Chriſtiana, extirpandus eſt ſeueritate iudicij ſecularis, hæreticus obſtinatus: ne peſti-
15 fera ipſius doctrina contaminentur alij fideles. ¶ Licite itidem & iuſte occiduntur lege ciuili homicidæ, & humanorũ corporum interemptores. Nec enim ſine cauſa gladium portat poteſtas ſecularis: cum id faciat in vindictam malefactorũ. Et diuina eſt ſentẽtia, q̃ quicunq; fuderit ſanguinem humanum: fundetur & ſanguis illius. Recte igitur & legitime etiam occidũtur hæretici, ſeruata iuris via & modo: qui ſunt peremptores animarũ, peſtilente ſua doctrina eas intoxicantes: & a veritate fidei ac morum rectitudine, in deuia errorum ac damnationẽ mortis deducẽtes.
16 ¶ Poſtremũ. Peccantes crimine lęſæ maieſtatis, & perturbantes rempublicam, ſimiliter & falſarij: iuſte, morte plectuntur, ſecũdum rectas legũ cõſtitutiones. Hæretici autem: ſunt huiuſmodi. Siquidem rei ſunt lęſæ maieſtatis, non in principem terrenum: ſed in deum regem omnis terrę, eccleſiæq; ſanctæ fundatorem, ſimul & in ipſam eccleſiam catholicam: eiuſq; præſides & primores. Iidem quoq; perturbatores ſunt reipublicæ eccleſiaſticæ & Chriſtianæ: per hæreſes ſuas, & ſchiſmata illas conſequẽtia. Deniq; ijdem, vere falſarij ſunt: q̃ falſa erroneaq; dogmata pro veris diſſeminant, & ſacram ſcripturam ad falſum & alienũ detorquẽtes ſen-

Concilij Conſtantienſis decretum.
Ioan. 18.
Ouidius.
Roma. 13.
Gene. 9.

ſum,indigne conſpurcant & corrũpunt. Sunt igitur & ipſi: per mortem
via iuris inferendã exterminandi. ¶ Cæterum qui latiorem hac de re ex- 17
poſcit pertractationem: perlegat epiſtolam beati Auguſtini ad Bonifa-
cium, & Gabrielem Biel euoluat in lectione ſeptuageſimaquinta: pręda
ri operis ipſius de canone miſſæ. Percurrat itidẽ cap. ſiquos. viceſimater
tia, quęſtione quarta. & cap. ſi audieris. viceſimatertia, quęſtione quinta.
¶ Sed nunc quid obijciant contra prędicta aduerſarij: audiamus. Primo 1
quidem inſiſtunt, præpoſitos eccleſię imitatores eſſe debere humanitatis
Lucæ.9. & benignitatis domini noſtri Ieſu Chriſti: qui non venit animas perde-
re ſed ſaluare, non diſpergere ſed colligere, non deniq; ſeparare aut auel-
lere filios ab vberibus matris: ſed potius aduocare errabundos ad ſinum
maternum. Igitur ad imitationem & exemplũ illius, debẽt prælati eccle-
ſiæ potius eniti: vt hæreticos a fide auerſos, verbis admonitorijs reducant
ad rectum fidei callem, q̃ ferro ſeueritatis & rigidæ cenſuræ ſuccidãt eos
a corpore eccleſiæ, & tradant iudicio ſeculari. ¶ Reſponſio. In principio
tentare quidem debent eccleſiaſtici præſides, circa hæreticos reducendos
in iter rectum: viam illam lenitatis, per exhortatorios ſermones. Verum
vbi cognouerint ob infixam animo illorum pertinaciam, hunc modum
procurandę ſalutis eorum nequicq̃ tentari: debẽt aſperioribus in illos &
acerbioribus vti medicamẽtis. reſecatione ſcilicet illorum ab eccleſiæ ſo-
cietate: & traditione eorũdem in manus curiæ ſecularis. Sic enim & do-
Ioan.2. minus noſter facto de funiculis flagello: eiecit ementes & vendẽtes de tẽ
plo. Et apoſtolus ad Galatas ſcribens: feruente diuini honoris zelo dixit.
Gala.5. vtinam abſcindantur: qui vos conturbant. Siquidem vt iuſtitia ſine mi-
ſericordia, ſęuitia dici ſolet: ſic e diuerſo miſericordia ſine iuſtitia, indul-
gentia quædam eſt, licentioſaq; remiſſio. ¶ Secundo ſic inſurgũt. In in- 2
ferenda malefactoribus pœna, potius ad clemẽtiam quãdam eſt tenden-
dum & mitiorem punitionem: q̃ ad rigidam quãdam ſeueritatem, pro-
pemodum ſæuitiæ conuinctam. Ergo in hæreticos conuictos & nõ pa-
ratos abiurare ſuam hæreſim: potius animaduertendũ eſſet aut deporta-
tione in exilium, aut priuatione bonorum tẽporalium, aut detruſione in
diuturni temporis carcerem. Sed illis præſentem inferre mortẽ, aut igne
aut gladio: crudele quiddam præ ſe ferre videtur, & a moribus maiorum
alienum. ¶ Reſponſio. Paulo poſt exordium legis euãgelicæ, cum non-
dum experimento cognita multum eſſet hęreticorum pertinacia & per-
uerſitas: contenti fuerunt catholici moderatiora pœnarum genera hære-
ticis inferre, vt exilium, bonorum ſpoliationẽ, aut carcerem diuturnum.
Verum cum increſceret vehementius illorũ malitia & obſtinatio: coacti
ſunt ad acerbiora ſupplicia illis inferenda ſe conuertere. vtpote illationẽ

mortis, per ignem aut gladium: ad cæterorum terrorem, & ad declaran-
dam ipſius criminis hæreſeos grauitatem: quod tam acerbo mortis ge-
nere expietur, ſecundum ſanctiones iuris. Nempe quanto vehementius
incrudeſcunt morbi: tanto efficaciora ſunt quęrenda antidota, & pręſen
3 tiora remedia, ad illos humano corpore ocyus propellendos. ¶ Tertio.
hunc in nos mouent cauillum. In bonis promouendis aut malis expellen
dis: debẽt catholici eſſe imitatores apoſtolorum. Qui ſpiritus ſancti gra
tia perfuſi, rectum virtutis callem (quem ſequamur) tenuerunt: & exem
plo nobis oſtenderunt. Atqui apoſtoli nunq̃ leguntur expetijſſe a prin-
cipibus terræ: vt vim inferrent hæreticis, exilio damnarent, aut mulcta
pecuniaria, aut morte plecterent. Igitur non debet eccleſia etiam nũc tra
dere hæreticos: curiæ ſeculari puniendos. Alioqui diſcedit ipſa, ab imita
tione apoſtolorũ: quod merito dãnandũ eſt. ¶ Reſponſio. Circa naſcen
tis eccleſiæ tẽpora, cum in terris diuerſarẽtur apoſtoli: nullus adhuc im-
peratorum in Chriſtum credidit, a quo potuiſſet auxilium implorari &
expeti contra hæreticos. vt recte dicit Auguſtinus ſuper Ioannem: re-
ſpõdens Donatiſtis hæreticis, cõſimilem præſenti obiectioni cauillatio- Auguſtinus.
nem contra catholicos mouentibus. Quinimmo circa ea tẽpora & pro-
xime ſubſequentia: principes Romani, Nero, Domitianus, Traianus, &
cæteri: fidem Chriſtianam immaniter ſunt perſecuti, deſęuieruntq; inhu
mana rabie in ſanctos dei martyres. At vero cum pax eſſet reddita eccle
ſiæ, & Conſtantinus magnus ſacro eſſet baptiſmi lauacro ablutus: tum
catholici, eius petierunt auxilium ad extirpandos hæreticos. quod ille in
ſynodo Nicena: perquã libenter impendit. Cuius exemplum ſecuti ſunt:
4 & alij pij imperatores. ¶ Quarto. & hoc in nos intorquent iaculum. In
ſacro euangelio & epiſtolis Pauli, continetur integre forma ac regula vi-
uendi: quam ſequi & tenere debeamus. Atqui nec euangelium nec Pau-
lus aliquid docent huiuſmodi, q̃ debeant catholici implorare principum
opem contra hæreticos: aut q̃ principes debeant hæreticis eſſe infeſti.
Illud igitur, ab eccleſia tentandum non eſt: nec a principibus agendum.
¶ Reſponſio. Vt fides euangelij oſtẽderetur non ex hominibus eſſe ſed
ex deo, & diuinæ opus virtutis: expediens fuit eam in primo ſuo exortu
non inniti humanæ ſapientiæ. Idcirco per piſcatores ante ſuam vocatio- Matth.4.
nem ad diſcipulatum Chriſti, homines & idiotas atq; illiteratos: eſt præ- Actuum.4.
dicata. Ita nec congruum fuit: eandem in ſuo primordio inniti humanæ
potentiæ. Idcirco per eoſdẽ pauperes, infirmos & debiles, quãtum ad vi-
res humanas: eſt diſſeminata in totum orbem. At poſtq̃ in eius progreſ
ſu, diademata regum & principũ inclinarũt ſe ſignaculo fidei ſuſcipien-
do, & viuificæ crucis inſigne geſtarunt frontibus ſuis impreſſum: tum

demum decuit, & ipsam fidem contra hæreticos eius hostes capitales armis imperatorum & regum defendi, ipsorumq; authoritate consolidari. Verũtamen nec euangelium generalibus verbis subticuit exterminan
Matth.18. dos esse hæreticos: cum ait de fratre correpto sed non correcto. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et paulo ante: in
Ibidem. eodem capite. Væ homini illi: per quem scandalum venit. Expedit enim ei: vt suspẽdatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Per quos autem grauius enascitur scandalum, in ijs quæ fidei sunt & morum: q̃ per hæreticos? Beatus etiam Paulus insinuat eliminã-
Gala.5. dos fideliũ cõsortio hæreticos: cũ ad Galatas scribens ait. Vtinam abscindantur: qui vos cõturbant. Nullos autem inuenias, excitantes grauiorem turbationem inter fideles: q̃ hæreticos. Idem quoq; innuit apostolus, in compluribus alijs suarum epistolarum locis: in hoc capite & præcedente, sparsim adductis. ¶ Quinto. hanc nobis obiectant rationem. Secun- 5
1.Petri.3. dum beati Petri sententiam: debemus esse parati reddere rationem omni poscenti, de ea quæ in nobis est, fide. Hæretici autem petentes inire conflictũ disputationis cum catholicis, super materia de qua inter eos est cõtrouersia: poscunt sibi rationem reddi de ea, quæ in nobis est, fide. Igitur disputandum est cum eis: per authoritatem sacrarum literarum, & doctorum catholicorum. vt gladio spiritus vincantur, quod est verbũ dei: & materiali principum gladio non feriantur. ¶ Responsio. Illud beati Petri verbum intelligitur de ijs, qui debito modo & cũ modestia, pioq; animo & recta intentione: poscunt sibi reddi rationem, de ea quæ in catholicis est, fide. Vt videlicet discant veritatem & cognoscant: & ita demum agnitam fidem religiose amplectantur. Tales autem non sunt hæretici, neq; disputationis congressum subire volunt: eo quo decet modo. Nempe contra se nihil adduci sinunt, nisi nudum sacræ scripturæ textũ: repudiantes authoritates orthodoxorum patrum, & expositiones doctorum ecclesiasticorum: aspernantes etiam decreta summorũ pontificum, sanctiones sacrorum cõciliorum, & leges ecclesiasticas: antiquo vsu diuturnoq; approbatas & obseruatas. Ipsam vero scripturã sacram quæ citatur in eos, pro nutu suo & arbitrio exponunt: detorquentes eam ad sensum suo errori congruum, & omnem aliam interpretationẽ ipsius scripturæ adductæ, reijcientes. Quæ igitur tela literaria contra eos ita affectos, sumere quis queat: vt confodiantur & reuincantur? Quibus item iaculis eos hostes aggredi possent viri, etiã diuini iuris peritissimi: vt eos prosternant? Finis itidem, ob quem inire volũt congressionẽ literariam hæretici: nec bonus est, nec rectus. Non enim id faciunt (vti deberent) quo veritatem fidei cognoscant apertius: & cognitam amplectantur.

sed solummodo vt victores euadant: & assertiones suas erroneas peruicaciter tueantur. Nullo siquidem tenentur agnoscendæ veritatis desiderio: sed solo affectu vincendi, & pertinaciter defendendi suam positionem. Vnde cum ab Aristotele in primo libro Elenchorum, assignentur duo opera sapientis: primum quidem, non mentiri: secũdum vero, men- Aristoteles.
tientem manifestare: hæretici prorsus opposita opera his duobus exercere student. Nam & mentiuntur: defendentes toto studio falsum, fidei orthodoxę contrarium. & veritatem catholicam pro viribus oppugnãt: ob quod, non mentientem, cõfutare laborant. Quocirca nullus ex disputationis huiusmodi cum hęreticis certamine prodiret fructus: sed potius scandalum in ijs auditoribus, qui infirmi essent, & putarent fortasse asserta hæreticorũ vera esse: quia a catholicis eorum iudicio confutari non possent. Proinde omittenda est a catholicis, contra tales hæreticos disputatio. nisi in priuato illa fiat: siquid emendationis ipsorum hæreticorum inde speretur. vel in publico: propter vrgentem necessitatem, aut vtilitatem aliquorum: qui alias non recederent ab hæresi, & per publicam il-
6 lam congressionem ab eadem reuocarentur. ¶ Sexto sic argutantur in nos. De beato Augustino canit ecclesia. Eodem tempore Fortunatus Augustinus.
presbyter: Manichęorum versutia plurimos seducebat. quẽ sanctus Au- Fortunatus hæreticus.
gustinus in cõuentu omnium disputans: publice superauit. Et Possido- Possidonius.
nius episcopus Calamensis, in vita beati Augustini quam cõscripsit: refert ipsum sępius conseruisse manus in publica disputatione cum multis hæreticis, & eos confutasse. Quid ergo prohibet exemplo tanti patris, & nunc disputationes cum hæreticis fieri: & catholicos in campo literario cum eis decertare? ¶ Responsio. Disputationes beati Augustini cum hæreticis: factæ sunt accitis notarijs, excipiẽtibus obiecta & respõsa vtriusq; partis. & coram viris literatis: qui tanq̃ iudices & censores certaminis illius constituti, assistebant attentis auribus & arrectis ad omnia quæ proponebantur. de quibus, quia sacrarum literarũ erant peritissimi: rectum potuerunt ferre iudicium. Et ergo vtiles erant & fructuosæ: huiusmodi disputationes. At tales disceptationes non quærunt hæretici nostræ tempestatis: sed eas quæ sine notariorum exceptione fiant, contentiose & clamosis vocibus, coram viris laicis: qui non sunt capaces mysteriorũ sublimiũ, & sacramentorum orthodoxæ fidei. Et idcirco etiam non sunt cõpetentes iudices nec idonei, earum rerũ: quæ agitandæ sunt contra hæreticos. Ex huiusmodi igitur disputatione tumultuaria, & cum strepitu auditorij facta: nihil enasceretur nisi subuersio audientium, & inductio in errorem. Hinc satius est & vtilius, ab ea penitus abstinere: q̃ ipsam admittere & attentare, cum periculo salutis multorum.

¶Ecclesiam bona temporalia, domus & prædia: recte possidere. Cap. XIIII.

Blatrant insuper hæretici, ecclesiastico ordini semper infesti: ecclesiã ipsam nullas diuitias obtinere debere, nec agros nec possessiones. sed Christi & apostolorũ paupertatem: in suis prępositis & ministris debere ad vnguem imitari. Quos vt ita saperẽt, edocuerũt Valdẽses, & pauperes de Lugduno: iam olim generalium conciliorum censura damnati. Ioannes itidem Viclefus & Ioannes Hus, eius assecla: condemnati in sacrosancto concilio Constantiensi. Contra hanc itaq; pestilentem doctrinam, a satana ad exterminium ecclesiastici status, perditorum hominum cordibus instillatam: astruitur hæc veritas catholica, ab omnibus firmiter & indubitato tenenda.

Ecclesiastici viri, iure possunt habere diuitias: & bona tam mobilia q̃ immobilia, citra aliquam noxam.

¶Quæ tam ex veteris q̃ noui testamenti pagina sacra, multifariã ostenditur: necnon ex canonicarum sanctionũ multiplici authoritate. In pri- 1
Gene.14. mis, decurrente adhuc legis naturæ statu: Melchisedech rex Salem fuit, & sacerdos dei altissimi. quare dominatũ in rebus terrenis & possessiones amplas habebat: alioqui rex non fuisset. Ipsius autem sacerdotium: figura fuit & typus sacerdotij ipsius Christi in lege euangelica, secũdum
Psalmo.109. illud verbum psalmi ad Christum. Tu es sacerdos in æternum: secũdum ordinem Melchisedech. quemadmodum præclare deducit illud apostolus: in suæ ad Hebręos epistolæ cap. sexto & septimo. Igitur & tempore sacerdotij Christi currente, & in lege euangelica: sacerdotes recte possident diuitias. ¶In eadem quoq; lege naturæ: sacerdotium secundum sa- 2
crorum authorum concordem sententiam, erat annexum primogenituræ, & primogeniti tum habebantur sacerdotes. Erant autem ipsi primogeniti: tunc admodum diuites. Nam præter portionem hæreditatis designatã sibi cum cæteris suis fratribus: iure primogenituræ ipsi aliam
Gene.15. certam supra cæteros habebant bonorum paternorum portionem. Vn-
Gene.26. de & sancti patriarchæ, Abraham, Isaac & Iacob, suo tempore sacerdo-
Gene.28. tes erant dei: & sacrificia sæpius offerebãt, erectis altaribus. Et Iacob erexit lapidem in titulum: fundens oleum desuper, quod sacerdotis erat munus. Attamen ipsi: multis abundabant diuitijs. Cur igitur & nunc: idem nõ licet sacerdotibus? ¶Insuper. In libri Numeri tricesimoquinto capi- 3
Nume.35. te scribitur dominus per Moysem præcepisse filijs Israel: q̃ darent leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana eorum per circuitum. vt ipsi in vrbibus maneant: & suburbana sint suis pecoribus

& iumentis, postq̃ fuissent ingressi terram: sibi a domino repromissam. Et illud domini præceptũ executus est Iosue: dux populi Israelitici post Moysem. qui post distributam sorte cæteris tribubus terram Chanaan: curauit ipsis leuitis assignari a reliquis filijs Israel, octo & quadraginta Iosue.21. vrbes: quæ enumerantur in vicesimo primo capite libri Iosue. Quarum sex erant in fugitiuorum præsidium & asylum: reliquæ vero quadraginta duæ cum suis suburbanis, in habitationem & possessionem leuitarũ. Itaq; tempore legis Mosaicæ: ipsi sacerdotes habebant possessiones. Cur
4 igitur & nunc non habebunt? ¶Quinimmo in statu Mosaicæ legis: tribus leuitica erat alijs tribubus longe opulentior. Nempe cæteræ tribus, vltra oblationes & primitias frugum quæ cesserunt in vsum leuitarum: Numeri.18. obligabantur ad persoluendas tribui sacerdotali decimas omnium quæ gignit humus, per id quod scribitur Leuitici vicesimoseptimo capite. Leuiti.17. Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum siue de frugibus: domini sunt & illi sanctificantur. Insuper astringebantur ad dandas decimas pecudum: per illud quod eodem in loco scribitur. Omnium decimarum Ibidem. bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt: quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino. Neq; solum constringebãtur cæteræ tribus, ad exoluendas leuiticæ tribui decimas prædiales: verũ etiam & ad personales. quod satis colligitur ex illo verbo: quod in secũdo libro Esdræ (qui & liber Neemiæ dicitur) ita scribitur. Ipsi leuitæ decimas 2.Esdræ.10. accipient ex omnibus ciuitatibus, operum nostrorum. Quam quidem obligationem, cæteræ tribus tunc suis humeris non imposuissent: nisi ante fuisset illa solutio decimarum personalium præcepta a domino, & ex antiquo vsu diutius obseruata. Constat etiam idem ex eo pharisęi verbo: sua bona opera ore iactabundo commemorantis. Decimas do omnium: quæ possideo. Cum itaq; ampliores fuerint leuiticæ tribus diui- Lucæ.18. tiæ, q̃ cæterarum: vt ex prædictis recto colligitur ratiocinio. cur sacerdotibus nouæ legis, hæretici diuitias inuident? cum debeat ecclesia in suis ministris maiori fulgere decore: q̃ synagoga. Talis autẽ decor, q̃ quis in diuitijs tẽporalibus præcipue nõ subsistat, sed in virtutũ splẽdore: is tamen fulgor spiritualis, sine opibus in ecclesia nunc elucere cõmode nõ potest.
5 ¶Ad hęc. Hieremias propheta domini, sanctificatus in vtero matris, ex Hiere.32. leuitica tribu fuit oriundus: & tamen ex diuino pręcepto emit sibi agrũ, & soluit precium stipulationis, illiusq; contractus instrumentũ fieri curauit. Quis igitur addubitet, leuitas potuisse habere possessiones: etiam per emptionis commercium? Sed & inclyti duces Machabęi, ex leuitica tribu duxerũt originẽ: & obtinuerũt singuli eorũ, præsertim Iudas Machabęus, Ionathas & Simon, sacerdotium in populo Israelitico. Et tamẽ

1.Macha.3. ſimul habuerunt poſſeſſiones non modicas: cum quiſq; eorum ſubinde
1.Macha.10. etiam habuerit ciuilem in populum domini principatum, qui ſine opum
1.Macha.13. amplitudine commode geri non poteſt. Fuit & Ionathas a regibus Alexandro & Anthioco adoleſcente: magnis donatus ac honoratus muneribus, nouoq; multarum vrbium dominatu inſignitus. vt ex primi libri
1.Macha.13. Machabeorum capite decimo & vndecimo: clare conſtat. Simon vero magnificum ſuis parentibus & fratribus extruxit mauſoleum: ſeptem pyramidibus altis inſignie. Miſit & munera precioſa pro more magnifi-
1.Macha.14. corum principum, ad Demetrium regem & ad Romanos: ad ineũdam cum eis ſocietatem pacis. vt primi libri Machabæorum decimũtertium caput & decimũquartum: diffuſe commemorant. Qui autem hæc fieri poſſent: ſine diuitiarum amplitudine? Et ſi illa apud ſynagogam non vituperabatur in ſacerdotibus: cur apud eccleſiam in eis dabitur vitio? ¶ In 6
noui autem teſtamenti pagina, Chriſtus dominus noſter loculos habuiſ-
Ioannis.12. ſe refertur: quorum cuſtos conſtitutus erat Iudas, & diſpenſator. In illis autem reponebantur oblata ad ipſius & diſcipulorum ſuorum ſuſtenta-
Lucæ.8. tionem, a fidelibus religioſis & pijs mulieribus: quæ ſequebantur eum, & miniſtrabant ei de ſuis facultatibus. Et ea reſeruabãtur neceſſitatibus corporalibus ipſius Chriſti & ſuorum diſcipulorum: ſubleuandiſq; aliorum pauperum indigentijs. vt ex duodecimo & decimotertio capite Ioannis: plane conſtat. Vnde cum dominus ipſe colloqueretur Samaritanę mu-
Ioan.4. lieri iuxta puteum, vt quartum Ioannis caput refert: diſcipuli eius ierant in ciuitatem propinquam, vt eſcas emerent. Erat igitur apud eos pecunia, ex loculis illis deſumpta, tanq̃ totius cõmunitatis eorum ærario: quibus cibos ſibi compararent. Quamuis itaq; ſinguli ipſorum pauperes eſ-
ſent: eorum tamen communitas, aliquid poſſidebat. ¶ Poſt aſcẽſionem 7
vero domini, & aduentum ſpiritus ſancti in diſcipulos eius: fideles ſecundum apoſtolicam viuentes regulam, etiam addicti ſacro altaris miniſterio: nonnihil pecuniarum & diuitiarum habebant, ſaltem in cõmuni vita quam agebant. Nam vt quartum caput actuum apoſtolicorum teſta-
Actuum.4. tur: omnes qui habebant poſſeſſiones, vendebant eas, & ponebant precium ad pedes apoſtolorũ. Vnde diſtribuebatur cuiq; prout opus erat: vt nec quiſquã egens fuerit inter eos, quibus erant omnia communia. In
Ibidem. eodem quoq; capite narratur Ioſeph cognominatus Barſabas habuiſſe agrum: quẽ vendidit, & eius preciũ attulit ad pedes apoſtolorũ. Sequenti
Actuum.5. vero capite, Ananias & Saphira repentina morte ſcribuntur extincti: q̃ fraudauerint de precio agri. Quare eo tẽpore: apud apoſtolos erat poſſeſ-
ſio rerũ in cõmuni. ¶ Ad hæc. Apoſtolus in prima ad Timotheũ epiſto 8
1.Timo.3. la capite tertio, deſcribens quibus virtutibus ornatus eſſe debeat epiſco-

pus: inter cætera dicit eũ debere eſſe hoſpitalem. Non autem poteſt hoſpitalitas exerceri ſine facultatibus: quæ ſubminiſtrẽtur ijs qui hoſpitalitatis indigent officio. Ex eodẽ inſuper apoſtoli loco, & ex primo ſimili-
ter epiſtolæ ad Titum capite, conſtat epiſcopũ potuiſſe tunc habere vxo Titum.1.
rem ante epiſcopatũ ductam, & filios. Et vero ſimile id eſt, nõnullos tũc ab apoſtolis ordinatos epiſcopos: vxoribus fuiſſe alligatos, & ex eis filios ſuſtuliſſe. quibus obligabãtur iure diuino & naturali prouidere de rebus temporalibus: ad alimoniam & ſuſtẽtationem eorum neceſſarijs. Quomodo autem id præſtare potuiſſent epiſcopi: omnibus deſtituti diuitijs?
9 ¶ Adde, q̃ idem apoſtolus in prima ad Timotheũ epiſtola, capite quin- 1.Timo.5.
to dicit. Siquis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis: ne grauetur eccleſia. impenſis ſcilicet, quæ eſſent neceſſariæ: ſi illæ viduę alerẽtur bonis & facultatibus eccleſiæ. In eodẽ etiam loco deſcribit Paulus, qualis eſſe de- Ibidem.
beat vidua: quæ educari debeat eccleſiaſticis facultatibus. vtpote q̃ ſexagenaria ſit, vniuira, operibus miſericordię prius intenta: & ita de reliquis conditionibus, quas exprimit ibidem. Quomodo autem eccleſia tales viduas tunc alere potuiſſet: ſi nullas ipſa habuiſſet facultates, quibus alimo-
10 niam illis neceſſariam impenderet? ¶ Huic accedit. q̃ beatus Petrus in prima ſua epiſtola canonica: paſtores eccleſiæ his admonet verbis. Paſci-
te, qui in vobis eſt: gregem dei. Vbi ſecũdum ſacros expoſitores: prælati 1.Petri.5.
eccleſiarum admonẽtur triplici cibo gregem domini paſcere. vtpote: cibo ſanæ & veræ doctrinæ. cibo conuerſationis honeſtæ: per bonæ vitæ exemplum. & cibo corporalis alimoniæ: ſubminiſtrando in eos qui ſunt egeni, & aliorum indigẽt ſubleuatione, temporalem ſuſtentationẽ. Hoc autem tertium cibi genus, non poteſt ſubditis miniſtrari a ſuis præpoſitis: ſine facultatibus & diuitijs. vt neq; ſine lapidibus & lignis: fieri ædificatio. q̃ ipſæ opes ſint neceſſaria materia exercẽdæ liberalitatis & operũ miſericordiæ: quemadmodum lapides & ligna, extruendi ædificij. Igitur etiam tempore apoſtolorum, eccleſia habuit facultates: vt ex ſacris literis
11 eſt deductum. ¶ Q̃ vero deinde tempore ſanctorum martyrum, eccleſia habuerit bona temporalia: plane ex eo conſtat, q̃ in libro cõciliorum Iſidori, Pius papa & martyr hoc decretum ædidiſſe dicatur (quod continetur in eius epiſtola: epiſcopis Italiæ ſcripta) contra ſacrilegos: eccleſię
prædia vſibus applicantes humanis. Ad ſedem (inquit) apoſtolicam per- Pius papa.
latum eſt: q̃ ſint inter vos contentiones & æmulationes, & prædia diuinis vſibus tradita: quidam humanis vſibus applicant, & domino deo cui tradita ſunt, ea ſubtrahũt: vt ſuis vſibus inſeruiãt. Quapropter ab omnibus: illius vſurpationis contumelia depellenda eſt. ne prædia ſibi ſecretorum cæleſtium dicata: a quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſiquis

præsumpserit: sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. hæc ibi.

Sanctus Laurentius. Beatus etiam Laurentius facultates ecclesiæ, a sancto Sixto papa & martyre sibi traditas (cp illis diripiendis: impius Decius cæsar inhiaret) atq; commẽdatas: in pios vsus pauperum distribuit, & egenis erogauit. ¶ In 12
eodem itidem libro conciliorũ Isidori, Lucius papa & martyr, ad episcopos Galliarum & Hispaniarum scribens: damnat diripientes bona ecclesiarum, his verbis. *Lucius papa* Omnes tales præsumptores, & ecclesiæ raptores, atq; suarum facultatum alienatores: a liminibus sanctæ matris ecclesiæ, anathematizatos apostolica authoritate pellimus, & damnamus: atq; sacrilegos esse iudicamus. hęc ibi. Idem etiam fecit Stephanus papa & martyr: in epistola de accusationibus sacerdotum. *Thomas Cantuariensis.* Vnde & beatum Thomã archiepiscopum Cantuariensem, legimus subijsse primo exilium septẽne, & deinde gloriosum martyrium, pro tuendis rebus & libertate ecclesiæ: quas terreni principes sibi vendicare contra ius volebant. ¶ Astipulatur 13
& huic sentẽtiæ de possessionũ ecclesiæ approbatione: Vrbanus papa & martyr, in eo suo decreto: quod adducitur in volumine decretorũ, duodecima, quæstione prima. cap. videntes. hoc verborum tenore. *Vrbanus papa.* Videntes autem summi sacerdotes & alij, atq; leuitæ & reliqui fideles, plus vtilitatis posse conferre: si hæreditates & agros quos vendebãt, ecclesijs quibus præsidebant episcopi, traderent: eo cp ex sumptibus eorum, tam præsentibus q̃ futuris temporibus, plura & elegantiora ministrare possent fidelibus, cõmunem vitam ducentibus: q̃ ex precio ipsorum. cœperunt prædia & agros, quos vẽdere solebãt: matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus earum viuere. Ipsæ vero res: in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenẽt apostolorum) erant, & sunt vsq; adhuc, & futuris semper debent esse tẽporibus. hæc ille: & reliqua, in eodem canone subsequentia. ¶ In eodem etiam libri decretorum loco. cap. habe- 14
bat. proxime sequente: beatus Augustinus, bona ecclesiæ temporalia approbat, his verbis. *Augustinus. Ioannis. 12.* Habebat dominus loculos: a fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primũ ecclesiasticæ pecuniæ forma: est instituta. & vt intelligeremus, quod *Matth. 6.* præcepit non esse cogitandum de crastino: nõ ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis. sed ne deo propter ista seruiatur: & propter inopiæ timorem, iustitia deseratur. Hæc ille. Quæ etiam non parum conducunt ad confirmationem sextæ rationis: supra adductæ. ¶ At vero post trãquillitatem, ecclesiæ redditam a persecutione & sæui- 15
tia imperatorũ & regum in sanctos dei martyres: multum adauctæ sunt ecclesiarum possessiones & prædia. Nempe in primo libro sexti decretalium, titulo de electione, cap. fundamẽta. hæc cõtinetur sententia de Cõ-

stantini in ecclesiam gratuita liberalitate. Ne autem ipsa mater ecclesia in *Constãtinus magnus.* cõgregatione & pastura fidelium, temporalibus careret auxilijs: quin potius ipsis adiuta, spiritualibus semper proficeret incremẽtis, non absq; miraculo factum esse concipitur: vt occasionaliter Constantini monarchæ a deo prouisa, sed curata baptismalibus fomẽtis infirmitas: quandã quasi adijceret ipsi ecclesię firmitatem. Et reliqua, ibidem cõtinuo ordine subsequentia: de eiusdem gloriosi principis in ecclesiam munificẽtia memorabili. Ex secundo etiam libro Clemẽtinarum constitutionum, titulo de iureiurando. cap. romani. euidens colligitur testimonium, sub Clemẽte quinto in concilio Viennensi approbatum: cp sancta ecclesia terras habet
16 & possessiones, bono iure ad ipsam pertinentes. ¶ De eadem insuper donatione Constãtini magnifica, cuius meminit præcedens ratio, fit mẽtio in decretorũ libro: duodecima, quæstione prima. capi. futuram. in hunc modum. Futurã ecclesiam apostoli in gentibus præuidebãt: idcirco præ- *Actuum. 4.* dia in Iudæa minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egentes. At vero cum inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia: ad hoc vsq; peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant: ad fidem Christi & baptismi sacramenta cõcurrerent. Ex quibus vir religiosissimus Constãtinus pri- *Constãtinus primus.* mus, fidem veritatis patenter adeptus: dedit licẽtiam per vniuersum orbem in suo degentibus imperio, non solum Christianos fieri: sed etiam fabricandi ecclesias, & prædia constituit tribuenda. hæc ibi. Ex quibus liquido constat, facultates ecclesiæ per insignem ipsius Cõstantini magni-
17 ficentiam: non paruum accepisse incrementum. ¶ Deniq; post tempora primi Constantini: multi summi pontifices, sanctitate & rerum agendarum prudentia spectabiles: moderati sunt sedem apostolicã, post amplam ecclesiæ dotationem. e quibus nonnulli: in catalogum sanctorũ relati sũt. Vt leo primus, Gregorius primus: eximius ecclesiæ doctor, Martinus primus: & alij nõ pauci. Qui nunquam permisissent ecclesiam sibi commissam possidere temporalia bona, & possessiones: si illud recte & secundum æquitatem fieri nõ potuisset. Vnde in libri decretorum loco, non semel hic citato: vtpote duodecima, quæstione prima. cap. expedit: haud ab re dictum est. Itaq; homines, tam secularium q̃ diuinarum literarum sine ambiguitate doctissimi: si scirent res ecclesiæ debere contemni, nunquam eas debuerant suscipere, qui omnia reliquerant. Hæc ibi.
18 ¶ Demum. Nimis operosum foret & arduũ negociũ: reliqua omnia decretorũ volumini inserta, summorum pontificum & sacrorum cõciliorum decreta, particulatim hic afferre: quæ dotationẽ ecclesiæ approbant, & temporalium bonorum possessionẽ. Proinde ab illis adducendis nunc

ſuperſedentes:ea latius perquirenda relinquimus ſedulo lectori,ex prædi
cto libri decretorum loco, ſcilicet cauſa duodecima,quæſt.prima.necnõ
eiuſdem cauſæ quæſtionibus:ſecunda,tertia,quarta,& quinta.In quibus
hæc materia de poſſeſſionibus eccleſiæ: & per ſacrorum canones conci-
liorum,& ſummorum pontificum decreta, eccleſiaſticorũq; doctorum
ſententias:ampliſſime pertractatur.¶Deinceps. Propoſitam in hoc ca 19
pite veritatem etiam confirmant complures ſacrorum cõciliorum cano-
nes,ſummorumq; pontificum decreta.vtpote canon apoſtolorum trice
ſimuſoctauus,& triceſimuſnonus.concilium Antiochenum:cap.viceſi-
moquarto & viceſimoquinto.Calcedonenſe:cap.viceſimoſecũdo.Car-
thaginenſe tertium:cap.decimotertio.Carthaginenſe quartum:cap.tri-
ceſimoprimo.Carthaginenſe quintũ:cap.quarto. Inſuper conciliũ Aga
thenſe:cap.ſeptimo & triceſimotertio,& ſequẽtibus.Tarraconẽſe:cap.
duodecimo.Ilerdenſe:cap.decimoſexto. Valentinum : cap. ſecundo,&
tertio.Toletanum ſecundum:cap.quarto.Toletanum tertium: cap.de-
cimonono.Toletanum quartũ:cap.ſexageſimoſexto,& ſequẽtibus To-
letanum ſextum:cap.decimoquinto.Rurſum, concilium Braccharenſe
primum:cap.viceſimoquinto. Epiſtola Gelaſij prima:cap.viceſimono
no.Et ſecunda eiuſdem:cap.primo.Decretũ etiam Symachi papę:cap.
primo.Denicq; & alia nonnulla tũ concilia, tum orthodoxorũ patrũ de-
creta:quæ ad vitandam nimiam teſtimoniorũ inculcationẽ, nunc omit-
tuntur. ¶Poſtremum.Inter quincq; & quadraginta articulos Ioãnis Vi- 20
cleſi : damnatos in ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi , ſeſſione octaua,
non pauci fuerunt:improbantes temporalem eccleſiæ poſſeſſionem: ea-
dem etiam cenſura & ſeueritate condemnati.Vtpote decimus: hoc mo-
do cõtextus . Contra ſcripturã ſacrã eſt:q; viri eccleſiaſtici habeant poſ-
ſeſſiones. Decimuſſextus. Domini tẽporales poſſunt ad arbitrium ſuũ
auferre bona temporalia ab eccleſiaſticis poſſeſſionatis:habitualiter delin
quentibus,id eſt ex habitu non ſolum actu delinquentibus. Triceſimuſ-
ſecundus.Ditare clerum:eſt cõtra regulam Chriſti . Triceſimuſtertius.
Syluester papa & Conſtantinus imperator errauerũt:eccleſiam dotãdo.
Triceſimuſſextus.Papa cũ omnibus clericis ſuis poſſeſſionẽ habentibus
ſunt hæretici:eo q; poſſeſſionem habẽt.& omnes conſentiẽtes eis : ſcili-
cet domini ſeculares,& cæteri laici.hæc ibi. Quid igitur exacto iam an-
norum centenario & ampliori tẽporis curriculo, damnatã publice hanc
execrabilem aſſertionẽ,q; eccleſia nullas habere poſſit diuitias: Luthera-
ni hac tempeſtate rurſum exuſcitant,& producunt in auras ? ¶Poſthac 21
igitur occludant ora ſua,& diſcretionis digito ſua labia cõpeſcãt:qui mo
re cõſiliarij Achitophel,non verẽtur ſuggerere principũ auribus, & hoc

Diuerſa concilia,diuitias eccleſiæ approbantia.

Articuli Ioãnis Vicleſi dãnati.

2.Regum.17

peſtiferum inſtillare virus:q; liceat eis vſurpare bona temporalia eccleſia-
ſticorum,& in ſuos vſus accommodare.quoniam(vt cauſantur)non eſt
fas viris eccleſiaſticis, poſſeſſiones & prædia obtinere: vt qui euangelicã
debeant ad vnguem ſeruare paupertatẽ. Certe qui talia ingerunt regum
& principum animis:organum ſunt ſatanæ,quo vtitur ad ſubuertẽdum
prorſus ordinem totius eccleſiæ,ad conturbandam etiam pacem & tran-
quillitatem fideliũ inter ſe.Profecto potius deberẽt tales,ipſorum prin-
cipum auribus inculcare:q̃ graues dederint pœnas,& q̃ triſtes ſuarum re
rum habuerint exitus : qui contra ius & fas attentarunt res eccleſiaſticas
ſacrilega manu inuadere,atq; occupare.Vt Balthaſar rex Aſſyriorũ, He *Danielis.5.*
liodorus, Anthiocus Epiphanes, Põpeius, Craſſus,Iulianus apoſtata,& *2.Macha.3.*
cæteri tales. Quorum ex probatis authoribus facile cognoſci poſſunt & *2.Macha.9.*
improbi conatus:& illata pro illis authore deo ſupplicia . Illorũ quippe
cõmemoratione,principibus opportune facta:deterrerẽtur ipſi & auoca
rẽtur a talibus auſis,ne conſimili cũ illis pœna inuoluerẽtur. ¶At ne vi- 22
deamur in toto hoc capite plus æquo extollere ditationem eccleſiæ,& in
noſtræ cauſæ defenſionẽ eſſe vehementiores aut indulgẽtiores, q̃ par ſit:
hæc adhibẽda eſt moderatio propoſitæ in eo veritati:q; q̃uis eccleſiaſtici
poſſint poſſidere bona tẽporalia:non tamen omnino eodem modo,quo
laici.ſed cũ onere peculiari & obligatione: exponendi illa in pios vſus,&
in opera charitatis.Ad hunc enim finem: deſignata ſunt & tradita præ-
dia & pecuniæ, ipſi eccleſiæ. vt perhibet ſanctus Ambroſius in libro de
officijs,& adducuntur eius verba in volumine decretorum: duodecima,
quæſtione ſecunda.cap.aurum.in hunc modum. Aurum eccleſia habet, *Ambroſius.*
non vt ſeruet:ſed vt eroget,& ſubueniat in neceſſitatibus.Et eodem lo-
co,cap.gloria.proxime ſequenti:ait Hieronymus . Gloria epiſcopi eſt: *Hieronymus*
pauperum opibus prouidere.Ignominia ſacerdotis eſt : proprijs ſtudere
diuitijs.hæc ibi.Vt diſpenſatores igitur bonorum eccleſiaſticorum con-
ſtituti,ſacerdotes & clerici:fideliter ſuo debent fungi officio in ea diſpen
ſatione . Ne ſi ea quæ pauperum ſunt, ſibi vſurpauerint atq; vendicaue-
rint:tanquam infideles & imprudentes diſpenſatores, arguantur cũ ſeue
ritate a ſummo iudice,cui ſunt tandẽ reddituri rationẽ villicationis ſuæ.
¶Sed iam demum audiendæ ſunt,& diluendæ aduerſariorum ſuper hac
1 re obiectiones.Primũ itaq; adducũt illud domini verbum: Numeri de- *Numeri.18.*
cimooctauo capite,dictum ad filios Aaron & leuitas.In terra eorum ni-
hil poſſidebitis:nec habebitis partẽ inter eos. Ego pars & hæreditas tua:
in medio filiorum Iſrael.Et illud, Deuteronomij, decimooctauo capite *Deutero.18.*
ſcriptum:in eandem ſententiam verbum . Non habebunt ſacerdotes &
leuitæ,& omnes qui de eadem tribu ſunt:partem & hæreditatem cũ reli-

quo populo Israel. Cui respõdet & illud, quod apud Ezechielẽ a domi-
Ezechie.44. no dicitur: de leuitis. Nõ erit autem eis hæreditas: ego hæreditas eorũ, &
possessionem non dabitis eis in Israel: ego enim, possessio eorũ. Ex qui-
bus cõstat: tribũ Leui (inquiũt) nullas habuisse possessiones. quare & eo-
rum exemplo: ecclesia nullas habere deberet. ¶ Respõsio. Id ingenue fa-
tendum, q̃ tribus Leui non habuit portionem terræ promissionis deter-
minatam, per eam diuisionem atq̃ distributionem: quam diuino præce-
Iosue.13. pto fecit Iosue per sortem, cum requiem dedisset dominus populo Israe-
litico a bellis hostilibus. Siquidem vnaquæq̃ illarum partiũ: erat separa-
ta a reliquis. vt ipsæ tribus, quibus illæ partes obtigerant: habitarent sepa-
ratim vna extra aliam, & non confunderentur neq̃ commiscerentur ea-
rum possessiones. Tribus autem leuitica debuit habitare commixta inter
cæteras tribus: vt in vnaquaq̃ earum essent leuitæ, qui ministeriũ impen-
derent tabernaculo pro populo: & edocerent eum atq̃ instruerent in le-
ge domini, ac cultu eius. Et id solum innuunt tres illæ authoritates, in ob-
iectione adductæ: & siquæ aliæ sunt cõsimiles in sacra scriptura, eãdemq̃
cõplectentes sententiam. Nihilo secius eadem tribus proprias habuit pos
sessiones, domos, & agros: vt multifariã in primis quinq̃ rationibus hu-
Iosue.21. ius capitis, est ostensum. Nẽpe singulę aliarũ tribuum, iussu dei designa-
uerant certas vrbes cum suburbanis suis: in vsum & habitationem leui-
tarum. vt in illis inter cæteras tribus manerẽt: & pecora sua alerent. quẽ-
admodum in tertia ratione superius posita: est deductũ. Quomodo au-
tem pecora habuissent alenda leuitæ: si nullæ illis fuissent possessiones?
¶ Secundo obiectant illud verbum domini: apud Matthæum decimo 2
Matth.10. capite, discipulis suis dictum. Nolite possidere aurum, neq̃ argentum,
Marci.6. neq̃ pecuniã in zonis vestris: neq̃ duas tunicas habeatis. Et Marci sexto
Lucæ.9. capite, & Lucę nono: consimile Christi præceptum apostolis datum, etiã
exprimitur. Atqui episcopi & sacerdotes, successores sunt apostolorum
& discipulorum Christi: in regimine ecclesiæ & gerenda animarum cu-
ra. Igitur per prædicta domini verba ad suos discipulos, omnibus viris
ecclesiasticis intelligi debet datum esse præceptum: ne possideant tempo
ralia, sed apostolicã illam paupertatem integre sequantur. ¶ Respõsio.
Illa prohibitio deferẽdi auri & argẽti in via, fuit facta discipulis a Chri-
sto: in prima eorũ missione ad annũciandum euangeliũ per Iudęã & Ga
lilæã, ante ipsius passionẽ & mortẽ. Sed eadem fuit, authore Chrysosto-
mo reuocata: cũ secundo mitterẽtur ad prædicandũ gẽtibus fidem catho
licã. Quod satis cõstat per ea Christi verba ad discipulos suos: imminẽte
Lucæ.22. iam hora suę passionis. Quãdo misi vos sine sacculo & pera & calceamẽ
tis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis.

Sed nunc qui habet sacculum: tollat, similiter & peram. Et qui nõ habet:
vendat tunicam suam, & emat gladium. Quemadmodum ante tempus
dominicæ passionis fuit apostolis prohibita prædicatio ad gentes & Sa-
maritanos: per hæc Christi verba. In viam gentium ne abieritis, & in ci- Matth.10.
uitates Samaritanorum ne intraueritis: sed tantum ite ad oues quæ perie-
rũt domus Israel. Illa tamen prohibitio, reuocata est post resurrectionẽ:
per hæc Christi verba ad eosdem. Euntes docete omnes gẽtes: baptizan- Matth.28.
tes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et per hæc consimilis
sententiæ: apud Marcum scripta. Euntes in mundum vniuersum: prædi Marci.16.
cate euangelium omni creaturæ. Quare ex illis euangelij locis in præsen-
ti obiectione citatis: non recte conficiunt aduersarij quod intendunt.
3 ¶ Tertio insistunt. Lucæ decimoquarto capite: legitur dominus noster
dixisse discipulis suis. Omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus Lucæ.14.
quæ possidet: non potest meus esse discipulus. Quare nec viri ecclesiasti-
ci possunt esse Christi discipuli: nisi abrenunciauerint omnibus bonis tẽ-
poralibus, quorum possessio eos a discipulatu Christi secludit. ¶ Respõ
sio. Illud Christi verbum intelligitur de renunciatione diuitiarum quan-
tum ad affectum: quoniam non debet quis nimium & plus æquo affici
ad diuitias, secũdum illud verbũ prophetæ in psalmo. Diuitiæ si affluãt: Psal.61.
nolite cor apponere. Non autem accipiendum est illud dictum: de renũ-
ciatione quantum ad possessionem. quandoquidem multi fuerunt Chri-
sti discipuli, diuites & opulenti: vt Lazarus, Nicodemus, Ioseph ab Ari-
mathia, & alij complusculi. Potest & hæc prædictæ cauillationi adhiberi
dissolutio: q̃ nemo potest esse Christi discipulus, nisi renunciauerit om-
nibus quæ possidet, in præparatione animi. id est nisi postponat amorem
omnium tẽporaliũ: amori dei. vel nisi pluris fecerit, atq̃ in maiori pre-
cio habuerit amorem dei: q̃ omnium terrenorum amorem. tali quidem
pacto, q̃ malit omnia terrena perdere q̃ deum offendere, aut aliquid cõ-
mittere quo perdat eius amorem. Illud autem, a viris ecclesiasticis integre
fieri potest, etiam in amplissimis diuitijs: q̃ scilicet nõ pluris illas q̃ deum
4 faciant. ¶ Quarto insurgũt. Apud Matthęum capite decimosexto: scri-
pta habentur hæc Christi verba. Siquis vult post me venire: abneget se- Matth.16.
metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Abnegare autem se-
ipsum, secundum sacros illius loci euangelij expositores: est se, & sua, &
suos abdicare, ad rectam Christi imitationem exprimẽdam. Igitur eccle-
siastici Christum sequi nõ possunt: nisi abnegent tẽporalia bona. ¶ Re-
sponsio. Ad veram sui abnegationem, non est necessaria abdicatio suo-
rum bonorum secundum effectum: sed sufficit sola abdicatio secundum
affectũ, & æstimationem eorum bonorũ in consideratione ad dei amo-

rem. Qui enim præfert amorem dei, amori ſui & ſuorum: ille vere abne
gat ſe & ſua. Eodem etiam modo exponuntur aliæ authoritates euange-
Ioannis.12. lij: conſimiles, vt hæc. Qui amat animam ſuam: perdet eam. & qui odit
animam ſuam in hoc mundo: in vitam æternã cuſtodit eam. Sẽſus enim
eius eſt. Qui præfert ſe ſeu amorem ſui, amori dei: perdet animæ ſuæ ſa-
lutem. Et qui poſtponit ſe & ſui amorem, amori dei: ſaluam facit animã
Lucæ.14. ſuã. Simliter & hæc domini ſententia: apud Lucam. Siquis venit ad me:
& nõ odit patrem ſuum & matrem, vxorem & filios, adhuc autẽ & ani-
mã ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Vbi odire tantundẽ valet, atq;
minus q̃ Chriſtum diligere: deſignaturq; amor dei, amori parentũ vxo-
ris & filiorũ immo & ſuiipſius: eſſe præferendus. Quod apud Matthęũ:
Matth.10. clarius ſic explicatur a Chriſto. Qui amat patrem aut matrem pluſq̃ me:
non eſt me dignus. Cęterum hęc quarta obiectio quæ nunc diſſoluta eſt,
itidem & tertia proxime præcedens: facile in aduerſarios retorqueri poſ-
ſent. Nempe ijſdem prorſus rationibus cõficere quiſpiam queat & con-
cludere aduerſus laicos, q̃ non deberent poſſidere diuitias: ſicut aduer-
ſus eccleſiaſticos, neq; valentius cõtra hos q̃ illos militant. Vt ergo vtraq;
nihil habet virium contra laicos: ita nec contra eccleſiaſticos. ¶ Quinto 5
hunc in nos mouẽt cauillũ. Debent eccleſiaſtici viri eſſe imitatores Chri
Lucæ.6. ſti: ſecũdum illud. Perfectus autem omnis erit: ſi ſit ſicut magiſter eius.
Sed Chriſtus in hac vita paupertatem coluit: iuxta illud eiuſdem verbũ.
Matth.8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis nõ ha
bet, vbi caput ſuum reclinet. Cui conſonat beatus Paulus dicẽs. Chriſtus
2.Corinth.8. propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites
eſſetis. Igitur illius exemplo: etiam eccleſiaſtici viri debent abdicare diui-
tias & opes. ¶ Reſpõſio. In ijs quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, debemus
eſſe imitatores Chriſti: nõ autem in ijs, quæ conſilij ſunt & perfectionis:
ſaltem ex obligatione. Chriſtus autẽ, ſicut q̃uis eſſet omnium dominus:
vſum tamen dominij à ſe abdicauit, ne mundi redemptio per eum facta:
Pſal.23. attribueretur potentiæ & dominatui. Ita q̃uis ipſius eſſet terra & plenitu
do eius: magnarum tamen diuitiarum vſum non exercuit, ne conuerſio
fidelium aſcriberetur opulentiæ & amplitudini opum. Sed ad hanc ſuæ
paupertatis exactam imitationem (quia perfectionis erat) nos minime
obligauit. ¶ Sexto hanc texunt ratiocinationem. Apoſtoli cũ primum 6
fuerunt vocati ad apoſtolatum: reliquerunt omnia, vt Chriſtum ſeque-
rentur. quemadmodum beatus Petrus vice omniũ dixit domino: apud
Matth.19. Matthæũ. Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. Et in eodem
loco: dominus. Si vis perfectus eſſe: vade & vẽde omnia quæ habes & da
pauperibus, & ſequere me. Epiſcopi igitur cũ ſuccedant apoſtolis: ita de-

bent facere. ¶ Reſpõſio. Relinquere omnia bona terrena: nõ erat neceſſi
tatis & obligationis, ad apoſtolatum & diſcipulatum Chriſti. cum mul-
ti fuerint eius diſcipuli: diuitijs affluentes, vt ſupra eſt dictum. Sed illud
tantum erat conſilij: & perfectionis. Et ergo non inducit obligationem
in poſteros. Similiter illa Chriſti verba, exhortantia ad diſtributionẽ bo
norum ſuorũ in pauperes: adoleſcenti quidem dicta, non ſuis diſcipulis,
ſolum conſilij ſunt, & non præcepti neq; obligationis. Quod vel ex ipſa
verborum forma, conditionem in fronte proponentium: conſtat. Quaere
ex illis non poteſt ſumi argumentum: ad cõuincendum, q̃ eccleſiaſtici
7 de neceſſitate ſalutis obligentur ad abdicationem terrenorũ. ¶ Septimo.
hoc in nos intorquẽt telum. Apoſtolus ad Timotheum ſcribens: inquit. 1.Timo.6.
Habẽtes alimenta, & quibus tegamur: his contenti ſimus. Et iterũ. Ne- 2.Timo.2.
mo militans deo: implicat ſe negocijs ſecularibus. Et Chriſtus in euange
lio. Nolite ſoliciti eſſe: quid manducetis: aut quid bibatis. Et non pote- Matth.6.
ſtis deo ſeruire, & mãmonæ. Et rurſũ. Nolite theſaurizare vobis theſau Ibidem.
ros in terra. Ex quibus apoſtolicis & euangelicis ſententijs: contendunt
illicitas eccleſiaſticis eſſe diuitias. ¶ Reſponſio. Per primum apoſtoli di-
ctum hic citatũ, nõ prohibentur poſſeſſiones: cum ad victũ & veſtitum
habendum ſecundum decẽtiam ſtatus, neceſſariæ ſint diuitiæ. ſed ſolum
prohibetur diuitiarum ſuperfluitas, & nimia abundantia: tendens ad con
gerendos theſauros vltra neceſſitatem. Per ſecũdum vero Pauli dictum
modo adductũ: deſignatur officium atq; exercitiũ negociationis & mer
caturæ, quod laicis eſt licitum: viris eccleſiaſticis eſſe illicitum & prohibi
tũ. Ex vetita autẽ eccleſiaſticis negociatione: nõ conſequẽs eſt ijſdem ve-
titas eſſe & diuitias. At in primo & tertio euãgelij dicto, per obiectionẽ
præſentem adducto: nimia ſolicitudo diuitiarum & vehemẽs ad eas affe-
ctus, a domino prohibetur. Et vt ait ibidem gloſſa: non labor & prouiden-
tia damnatur, ſed ſolicitudo mentem ſuffocãs. In ſecundo vero, dici-
tur quis ſeruire diuitijs: qui ſe ſeruum conſtituit diuitiarum, non audens
illis vti. quod ſane: damnandum eſt. debent enim diuitię ſeruire homini:
8 ad cuius vſum a deo ſunt productæ. ¶ Demũ. Neq; ex illo Chriſti ver-
bo ad diſcipulos ſuos, Lucę viceſimoſecũdo capite. Reges gentiũ: domi Lucæ.22.
nantur eorum, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos: benefici vocantur. Vos
autem: non ſic. Sed qui maior eſt inter vos: fiat ſicut minor. & qui præ-
ceſſor eſt: ſicut miniſtrator. recte quis cõfecerit, illicitas eccleſiaſticis eſſe
diuitias. Nempe in verbis domini ſupra dictis, non diuitiarum prohibe-
tur vſus & poſſeſſio: ſed ſolũ ambitio & affectus prælationis ſuper alios,
ex inordinato præſidentiæ appetitu & deſiderio procedens. Quod aper-
te: ex præcedentibus iſtis euangeliſtæ verbis colligitur. Facta eſt conten-

tio inter diſcipulos Ieſu:quis eorũ videretur eſſe maior. At vero poſſunt ab eccleſiaſticis obtineri diuitiæ cum honeſtate:ſine huiuſmodi affectione dominationis. ¶Poſtremũ. Neq; aliquem moueat illud aduerſariorum dictum:ſatis vulgatum. In donatione ſcilicet Conſtantini:auditam eſſe vocem hanc cælitus delapſam. Hodie venenum:effuſum eſt in eccleſiam dei. Nam id,apocryphum eſt penitus:& a nullo authore probato, memoriæ proditum. Et ergo eadem facilitate cõtemnitur:qua approbatur. Huic accedit,q; diuitiæ,venenum quidem ſunt abutẽtibus eis:nõ ſolum eccleſiaſticis,ſed & laicis. Illis vero qui recte ijſdem vtũtur & ad debitum finem:ſalutare ſunt adminiculũ,& vtile ſalutis præſidium. Neq; vero ſiqui virorum eccleſiaſticorum applicant bona eccleſiæ ad luxũ & pompam,& alios vſus inconceſſos:idcirco damnandæ ſunt poſſeſſiones eccleſiaſticæ.cum ad rectum finem ſint inſtitutæ: & accommodari rite poſſint. Sed damnãdus eſt earum abuſus,& authoritate eorũ ad quos ea res ſpectat:ſeuere caſtigandus,& tollendus ab eccleſia. Quemadmodum abuſus hominum circa vinum & mulieres, eſt corrigendus: non tamen vinum & mulieres ſuſtollendæ,quia ſuapte natura bona ſunt. 9

¶Sacramenta nouæ legis:gratiam,rite ea ſuſcipientibus,conferre. Cap.XV.



Otis quidem neruis contendit Lutherus,omnem eccleſiæ ornatum & decorem tollere: cum in ſacramenta eccleſiaſtica ſacrilegas mittit manus, & impio ore oblatrat. aſſerens ea nullam vim aut efficaciam conferendæ gratiæ habere:per hanc inter cætera ſua deliramẽta,ſcripto relictam propoſitionem. Hęretica eſt, ſed vſitata ſententia:ſacramẽta nouæ legis, conferre gratiam ijs, qui non ponunt obicem. Qua in re perſimilis videri poſſit impio Antiocho:ſynagogæ immaniſſimo perſecutori. Qui cũ templum domini in Hieruſalem violenta inuaſiſſet manu:ſuſtulit ab eo vaſa omnia aurea & argentea,cortinas,libatoria,menſam propoſitionis,& cætera:quæ ad ornamẽtum tẽpli,diuinũq; cultum illic erant repoſita. Itaq; contra prædictũ eius aſſertũ erroneum(in quo cũ Armenijs conuenit & Catharis:etiã negantibus ſacramenta gratiam conferre) hæc proponitur veritas orthodoxa:ab omnibus fidelibus,procul dubio tenenda. 1.Macha.1.

Catholica ſentẽtia eſt,& ab exortu legis euãgelicæ approbata: q; ſacramenta nouæ legis,gratiam,debite ea recipientibus,conferunt.

¶Quæ ſecundũ ſeptenariũ ſacramẽtorum eccleſiaſticorũ numerũ: ſingulatim & per ordinem deducenda eſt impræſentiarũ, & cõprobanda. Et in primis de baptiſmo(q; ianua ſit & introitus in cętera ſacramẽta) id

ipſum oſtenditur:ex varijs ſacrarum literarum locis,tam ex veteri q̃ noua pagina depromptis. Ex veteri quidem:primo per illud Eſaiæ vaticiniũ,quod quadrageſimoquarto eius capite ſcribitur. Noli timere ſeruus meus Iacob:& rectiſſime quem elegi. Effundam enim aquas ſuper ſitiẽtem: & fluenta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum:& benedictionem meam ſuper ſtirpem tuã. Et germinabunt inter herbas:quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. Iſte dicet:domini ego ſum.& ille vocabit in nomine Iacob. Et hic ſcribet manu ſua domino: & in nomine Iſrael aſſimilabitur. hæc ibi. In quibus verbis prophetico ſpiritu afflatus Eſaias, prædixit baptiſmi ſacramentum a Chriſto inſtituendum:per quod,fideles in eum credentes, futuri erant ſpirituales filij Iacob:& ſemen Iſrael. Eiuſdemq; vim & efficaciam plane inſinuat:cum de ſpiritu dei effundendo ſuper eos qui baptiſma eſſent ſuſcepturi, texit oraculum. Quomodo autem ſpiritus ſanctus & diuina benedictio ſuper eos deſcẽderet:ſine gratię participatione,& interiori cõmunicatione? nihilo certe magis:q̃ ſol in aerẽ ſe diffunderet ſine ſui luminis exhibitione. 1 Eſaiæ.44.

2 ¶Cõſonat eidem & Ezechielis teſtimonium: quod triceſimoſexto eius capite, de eadem baptiſmali gratia ſic contexitur. Effundam ſuper vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouum:& ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. hæc ille. Vbi per aquam mundam effundendam ſuper fideles: haud dubie baptiſmi ſacramentum inſtituendum prænunciat. per quod etiam perhibet mundandos fideles ab omnibus peccatorum immundicijs:& ſpiritu ſancto innouandos. Qui autem id fiet:niſi gratia infundatur animæ ſuſcipientis baptiſmum, quæ eam purificet? Ezech.36.

3 ¶Accedit apertiſſime eidem ſententiæ etiam Zacharias propheta:eiuſdem ſacramenti efficaciam,in decimotertio capite ſic inſinuans. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem:in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum: diſperdam nomina idolorum de terra,& nõ memorabuntur vltra. hæc ibi. In quibus,fontem patentem vocat propheta:baptiſmum, omnibus Iudæis & gentibus communem. Per domum vero Dauid & habitatores Hieruſalem:intelligit eccleſiam Chriſti,ex Iudæis & gentibus coadunatam. Cui cum prænũciet fontẽ aperiendum in ablutionem peccatoris & menſtruatæ: profecto deſignat hanc baptiſmi eſſe virtutem,vt peccata ſuſcipiẽtis eum abſtergat. Hæc autem abſterſio,ſine infuſione gratiæ fieri non poteſt:vt neq; tenebrarum ab aere depulſio ſine illatione luminis. Tẽpus quoq; innuit idem propheta,adaperiendi illius fõtis: quo ſcilicet etiã diſperdẽda erãt nomina idolorũ de terra. quod Zacha.13.

factum eſt per prædicationē apoſtolorum Chriſti, in vniuerſo mundo.
¶In nouo vero teſtamento, apertiora prioribus ſunt proferenda de hac 4
baptiſmi virtute teſtimonia. & in primis ſancti Ioannis Baptiſtę, ſuo ba
ptiſmo, Chriſti baptiſma præcurrētis & præſignificātis. qui apud Mar=
Marci.1. cum cap. primo inquit: de ſe & Chriſto loquēs. Ego baptizaui vos aqua:
Ioannis.1. ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto. Et rurſum: Ioannis primo capite.
Qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quē videris ſpiri=
tum deſcendentē, & manētem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu
ſancto. Hæc ibi. Baptizare autē in ſpiritu ſancto: reuera eſt ſpiritus ſan=
cti gratiā per baptiſmum, rite eum ſuſcipiētibus, dare. Cōfert igitur ipſe
baptiſmus, ex diuino inſtituto: gratiā baptizatis. ¶Idem etiā conſtat ex 5
illo Chriſti verbo: apud Marcū, ad diſcipulos eius, cū eſſet aſcenſurus in
Marci.16. cælū, dicto. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Ex quo ver=
bo colligitur, ꝙ ſicut baptiſmus ſuſceptus ſine fide, non prodeſt ad ſalu=
tē: ita nec e diuerſo fides ſine baptiſmo, vbi occurrit eius ſuſcipiēdi oppor
tunitas, ſed negligitur. Vtrunq; enim: ad ſalutē eſt neceſſariū. Atqui cre=
dēti & baptizato: promittitur ſalus æterna. Affert igitur ipſe baptiſmus
iuſtificationem, ſuſcipienti eum: per quam ſaluetur. Ea vero iuſtificatio:
quomodo ſine dei gratia fiet? Confert ergo baptiſmus iuſtificatricē gra=
Actuum.2. tiā: per quā homo ſaluetur. ¶Quod & dilucidius innoteſcit ex illo beati 6
Petri verbo: in actibus apoſtolorum, ſecundo capite conſcripto. Pœni=
tentiam (inquit ad Iudęos: eius prædicatione in die pentecoſtes compun
ctos corde) agite: & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū in nomine Ieſu Chri=
ſti, in remiſſionē peccatorū veſtrorū: & accipietis donū ſpiritus ſancti.
hæc ille. Vbi duplex baptiſmi efficacia plane innuitur: vtpote remiſſio
peccatorū, & acceptio ſpiritus ſancti. Neutrū autē horū fieri poteſt: niſi
per gratiā purgatricē & illuminatricē cordium humanorū. ¶Idem etiā 7
princeps apoſtolorū, in ſua prima epiſtola canonica cōſimile de baptiſmi
efficacia profert teſtimonium: cū ait in tertio illius capite, de hominibus
1.Petri.3. qui verſabantur in terra ante diluuiū Noe. Expectabant dei patientiā in
Gene.7. diebus Noe, cū fabricaretur arca. In qua pauci, id eſt octo animæ, ſaluę fa
ctæ ſūt per aquā. Quod & vos nūc, ſimilis formę, ſaluos facit baptiſma.
hęc ille. In quibus, a figura ad veritatē traducēdo ſermonē, beatus Petrus
aſſerit: nos nunc, in ſexta ſcilicet ætate (quæ decurrit ab aduentu Chriſti
vſq; in finem ſeculi) ſaluos fieri per baptiſma ſecūdum animam. quem=
admodum qui tempore Noe erant in arca: ſalui facti ſunt ſecundum vi=
Gene.8. tam corporalem per aquam, peccatorū mundi purgatricem. Habet igi=
tur baptiſma, efficaciam ſaluādi homines: quæ ſine gratia dei neutiq; eſſe
poteſt. ¶Sed & ex ſacris beati Pauli epiſtolis: eadē baptiſmi virtus ma= 8

nifeſte depromitur. vt ex eo quod ad Romanos capite ſexto ſcribit: in
hunc modum. An ignoratis fratres, ꝙ quicunq; baptizati ſumus in Chri Roma.6.
ſto Ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum
illo: per baptiſmū in mortem. vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis
per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim com
plantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis eri=
mus. hoc ſciētes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtrua=
tur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. hæc ibi. Quomodo
autem quiſpiam in Chriſto baptizabitur, & in morte ipſius: ſine gratia
& remiſſione peccatorum? Quo pacto itidem in nouitate vitæ quis am=
bulauerit: ſine gratia renouante eius animā per baptiſmū? Quanam de=
niq; ratione vetus homo in nobis crucifigitur, & deſtruitur corpus pec=
9 cati: ſi deſit gratia baptiſmalis, vitiorum expultrix? ¶In prima etiam ad
Corinthios epiſtola, capite eius ſexto: Paulus apertum profert hac de re
teſtimonium. Cum enim ante dixiſſet. Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruiē
tes, neq; adulteri, neq; molles: regnum dei poſſidebunt. protinus ſubiun= 1.Corin.6.
git. Et hæc: aliquando quidem fuiſtis. ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, Ibidem.
ſed iuſtificati eſtis: in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei
noſtri. Quibus verbis deſignat apoſtolus: aliquando illis peccatis exclu=
dētibus a regno dei, fuiſſe Corinthios obnoxios. Sed poſt perceptū ver=
bum veritatis & baptiſmatis ſuſceptionem: ab illis peccatorum ſordibus
eoſdem fuiſſe ablutos. Habet igitur baptiſmus: virtutē ſanctificatiuam
& viuificatricem animarum. quibus regnum dei adaperit: & præſtat in=
10 troitum in atria cæleſtia. ¶In epiſtola quoque ad Galathas capite quin=
to, conſimilem depromit ſententiam: cum ait. Quicunq; in Chriſto ba= Gala.5.
ptizati eſtis: Chriſtum induiſtis. At quid eſt Chriſtum induere: ni=
ſi iuſtitiam, veritatem, & gratiam, cum virtutum plenitudine aſſume=
re: qua Chriſto conformetur fidelis, quaſi illo circunamictus? Quomo=
do autem hæc conformatio in gratia & iuſtitia cum Chriſto, aderit ani=
mę baptizati: ſi manet illa adhuc ſqualida, turpis & horrida peccatis, nul
lam ſortita gratiam iuſtificatricem? Confert igitur ipſe baptiſmus: gra=
11 tiam purgatiuam peccatorū. ¶Corroborat efficaciter hanc ſententiam,
& aliud eiuſdem apoſtoli teſtimonium: ad Epheſios quinto capite ſic
contextum. Viri, diligite vxores veſtras: ſicut & Chriſtus dilexit eccleſi= Ephe.5.
am, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret: mundans eam laua=
cro aquæ in verbo vitæ. vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non
habentem maculam neq; rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta
& immaculata. hęc ibi. In quibus verbis cōteſtatur beatus Paulus, Ieſum
Chriſtum mundaſſe eccleſiam cœtumq; fidelium: ablutione baptiſmali.

Siquidem aqua lauacri, accedente verbo (quæ duo: hic ſignanter expri-
muntur) ſacramentum baptiſmi conſtituit. Habet ergo iuxta beati Pau
li doctrinam: baptiſmus vim mundificatiuam animarũ. ¶ Eiuſdem de- 12
niq; lauacri ſpiritualis, & efficaciæ eius: meminit idem apoſtolus in epi-
Titum.3. ſtola ad Titum, capite tertio dicens. Cum autem apparuit benignitas &
humanitas ſaluatoris noſtri dei: nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,
ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum rege-
nerationis & renouationis ſpiritus ſancti: quem effudit in nos abunde,
per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. vt iuſtificati gratia ipſius: hę-
redes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. hæc ibi. Ecce Paulus ipſi laua-
cro baptiſmali attribuit vim regeneratiuam, & renouatricem animarum:
qua regenerantur deo, & renouantur ad vitam. Qui autem hæc fient: ſi
baptiſmus nullam conferat eum ſuſcipienti gratiam? ¶ Sed omnium ma 13
xime cõuincit & cõprobat efficaciam baptiſmi, gratiæ collatricem: illud
Ioannis.3. Chriſti verbum ad Nicodemum, apud Ioãnem. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua & ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Quod ſa-
ne analogum eſt, & reſpondens apta quadam proportione, & vti veritas
Gene.17. figuræ: illi verbo domini ad Abraham, de circunciſione. Maſculus cuius
præputij caro circunciſa non fuerit: delebitur anima illa de populo ſuo,
quia pactum meum irritum fecit. At quomodo ex aqua & ſpiritu ſan-
cto quis renaſcetur per baptiſmum: ſine dei gratia? Nũquid ſpiritus ſan-
ctus cuiquam renaſcentiã cõferet ſpiritualem: ſine gratiæ ſuæ infuſione?
Quo etiam pacto cuiquam in regnum cælorum patebit introitus per ba-
ptiſmum: ſi in eo non confertur gratia vitiorum ablutrix? ¶ Hanc de- 14
niq; ſententiam confirmant ſacra concilia: & ſummorum pontificum
decreta. Vt conciliũ Lateranenſe, ſub Innocentio tertio: cap. firmiter cre
dimus. quod in principio epiſtolarũ decretalium ponitur. titulo, de ſum-
ma trinitate & fide catholica. Eiuſdem Innocentij decretũ, ad Arelaten-
ſem archiepiſcopum: quod in tertio libro epiſtolarũ decretaliũ recitatur.
cap. maiores. titulo de baptiſmo & eius effectu. Conciliũ Viennenſe, ſub
Clemente quinto: cap. fidei catholicæ. quod in Clementinarum cõſtitu-
tionum habetur initio: titulo, de ſumma trinitate & fide catholica. Con-
cilium itidem Carthaginenſe quartũ: cap. primo. Epiſtola quoq; prima
Clemẽtis. ¶ Demũ oppoſita huic veritati (quã corroborare annitimur)
aſſertio: error eſt Petri Ioannis. vt ſtudioſe annotauit reuerendus pater,
Guido de Perpiniano. Guido de Perpiniano, põtificali dignitate inſignitus: & Carmelitani or-
dinis profeſſione clarus, doctorq; theologus: in ſua ſumma, quam cõſcri
pſit de hæreſibus, & earum confutationibus. Ex qua: & in præcedenti-
bus & ſequentibus huius operis capitibus, deſumptæ ſunt vt plurimum

peculiares annotationes eorum hæreticorum: qui aſtruxerũt errores op-
poſitos veritatibus catholicis hic propoſitis. Quod idcirco dictum nũc
voluimus: vt cum candidus lector inuenerit inter legendum, a nobis eſſe
in hoc libro annotatum: q̃ error quiſpiam, aduerſus veritati quæ aſſeri-
tur: ſit Armeniorum, Catharorum, pſeudoapoſtolorum, aut conſimi-
lium. ſi id animo eius ſederit, eiq; fuerit cordi: ad prædictum opus erudi-
tiſſimi patris recurrat. & illic inueniet in fonte: deductum a nobis illum
15 riuulum. ¶ Poſtremo. mirum eſt, immo abſurdum (cũ quiſq; fidelium
in ſymbolo Niceno profiteatur ſe cõfiteri vnũ baptiſma, in remiſſionẽ
peccatorũ. & remiſſio ipſa peccatorum: ſine gratia diuina fieri nequaq̃
poſſit) quempiam ita cecutire poſſe, & in eam prolabi veſaniam: q̃ aſ-
ſerat baptiſmum, nullam gratiæ conferendæ vim habere. Sed iam ad alia
tranſeamus ſacramenta. de quibus ſermonem cõtrahemus: quoniam hic
fortaſſe prolixiores æquo fuimus. ¶ Secundo itaq; loco de ſacramento
ordinis idem comprobaturi: preſupponimus tanq̃ axioma quoddam, &
notum per ſe principium, eſſe ſacerdotium viſibile & externum in eccle
ſia dei. quo inſigniuntur, ritu a patribus tradito, ex Chriſti inſtitutione,
qui addicuntur miniſterio templi & altaris: atq; a reliquo populo (quem
laicum vocant) ſtatu & conditione vitæ ſecernuntur. q̃uis idipſum Lu-
therus impudentur neget: babylonicam cõfuſionem eccleſiæ ſanctæ in-
ducere tentans, & omnes fideles promiſcue ſacerdotes eſſe dictitans.

1 ¶ Verum cum in veteri lege ſacerdotes ex diuina ordinatione legantur Leuiti.8.
fuiſſe a reliquo populo diſcreti, & certo quodam ritu conſecrati, tribuſq; Numeri.4.
leuitica ad miniſterium tabernaculi peculiariter ſelecta. Cumq; Saul rex 1.Regum.13.
Iſrael, a Samuele iuſte reprehenſus legatur: q̃ temere officium ſacerdo-
tis vſurpauerit, offerens holocauſta. & Ozias rex Iuda ſubito lepra per- 2.Para.26.
cuſſus referatur a domino: q̃ vltra ſuã ſortẽ, ſacerdotalis ordinis munus
ſibi vèndicare voluerit, offerendo incẽſum ſuper altare thymiamatis. mi
rum id certe cuiq; videri debet: quid Lutherum, cõtra ſcripturæ ſacræ &
ſanctorũ patrũ ſentẽtiam in eam impulerit inſaniam, vt ſine diſcretione
fideles omnes cuiuſuis ſexus & ætatis, aſſerat eſſe ſacerdotes (q̃ characte-
re baptiſmali ſint inſigniti) in lege euangelica: quæ omniũ eſt perfectiſſi-
2 ma. ¶ Cæterũ ſi poteſtatis ſacerdotalis in ipſa noua lege attẽdatur origo
& exordiũ: haud difficile deprehendetur eadem nõ omnibus paſſim eſſe
cõmunicata. Siquidẽ ipſa ſupra corpus Chriſti verũ: tradita eſt in vltima
cœna apoſtolis, & ipſorũ in eo miniſterio ſucceſſoribus: per hæc Chriſti
verba, de cõſecratione panis ſãcti & calicis. hoc facite in meã cõmemora Luce.22.
tionẽ. Supra eiuſdẽ vero corpus myſticũ: indulta eſt ea poteſtas ijſdẽ apo
ſtolis, & in eadẽ functione eorũ ſucceſſoribus: per hęc Chriſti verba, poſt

gloriosam eius reſurrectionē ipſis prolata. Accipite ſpiritum ſanctum.
Ioannis.20. Quorum remiſeritis peccata: remittuntur eis. & quorum retinueritis: re
tenta ſunt. At quis oro vſqueadeo deſipuerit: vt putet vtraq; illa Chriſti
verba, omnibus ſine diſcrimine fidelibus eſſe dicta? cum euãgelica lectio
manifeſte teſtetur, illa ad ſolos apoſtolos ipſius fuiſſe pronũciata. ¶ Ad- 3
1.Para.24. de, q̃ quemadmodum in veteri lege erat diſcretio atq; diſtinctio minorũ
Exodi.28. ſacerdotum a maioribus: atq; his omnibus ſupereminebat ſummus in ea
Leuitici.8. lege ſacerdos. ſic ſane, immo longe perfectius, in lege euãgelica & in pri-
mo eius exordio: erat graduũ ſacerdotalium diuerſitas atq; varietas. vt hi
quidē minores ſint habiti ſacerdotes, illi vero maiores: & tã his q̃ illis ſu-
perior, ſummus ſacerdos atq; põtifex emineat. vt ex beati patris Diony-
ſij eccleſiaſtica hierarchia: liquido conſtat, & ex octauo actuum apoſto-
Actuum.8. licorum capite, itidem innoteſcit. Vbi memorantur ſancti Petrus & Io-
annes impoſuiſſe manum Samaritanis: vt reciperent ſpiritum ſanctum.
quod tamē Philippus diaconus & euãgeliſta, qui eos baptizauerat: præ-
ſtare non poterat. Quomodo igitur omnes ſecũdum Lutheri placitum
erunt æquo gradu ſacerdotes, qui baptiſmi lauacro ſunt abluti? cum inter
eos qui ſecundum eccleſiaſticam conſtitutionem a Chriſto acceptam, ſa
cerdotali dignitate ſunt inſigniti: inueniatur tanta graduum a deo ordi-
natorum diuerſitas.

¶ Sed de hoc: tantilla dicta ſint. Nunc ad noſtrum reuertamur inſtitu- 1
tum: & hac vna ratione cõmonſtremus, in ſacramenti ordinis ſuſceptio-
ne, gratiam conferri. Quãdo quis inſtituitur in adminiſtratione alicuius
poteſtatis ſupernaturalis, quam non poteſt exercere ſine dei gratia: ſimul
a deo cõfertur illi gratia, ad rite exequendũ illius poteſtatis munus. Alio-
qui talis, neceſſario deſtitutus præſidio: nõ recte poſſet ſuo fungi officio.
Atqui ſuſcipiens ordines eccleſiaſticos: conſtituitur in illorũ ordinũ per-
agenda functione, ſecundum eccleſiæ ritũ ac modum iam olim ſancitũ.
Et eam functionem nõ poteſt quiſq̃ recte exequi, ſine adiutorio diuinæ
gratiæ: q̃ humanas ea ſuperet vires. Ergo in tali ſuſceptione ordinũ: con
fertur illi gratia adiutrix. ¶ Authoritate vero ſacræ ſcripturę & ſancto- 2
rũ patrũ: idem ſic corroboremus. In ordinis vtiq; eccleſiaſtici ſuſceptio-
ne gratiã conferri ei qui ordinatur: primũ conuincit illud verbũ Pauli ad
Timotheũ, quod in primę epiſtolæ ipſius ad eundem quarto capite ſcri-
1.Timoth.4. bitur. Noli (inquit) negligere gratiã quæ data eſt tibi per prophetiam:
cum impoſitione manuũ preſbyteri. hæc ibi. In quibus verbis perſpicue
deſignat apoſtolus, ipſum Timotheum ſuſcepiſſe donum gratiæ: cum
per impoſitionē manuũ prouectus eſt ad ordinē ſacri ſacerdotij. Nem-
pe in primitiua eccleſia, ordinabantur ab epiſcopis ſacerdotes, itidem

& diaconi: per manuum impoſitionem. vt ex multis ſcripturæ locis fa-
cile colligitur: & preſertim ex eo Pauli verbo ad Timotheũ. Manus cito 1.Timo.5.
nemini impoſueris. Id eſt: neminem leuiter ad ſacerdotiũ promoueris.
3 ¶ Idem etiã noſtrum propoſitũ perſpicue conficitur: ex ſecundæ eiuſdē
apoſtoli ad Timotheũ epiſtolæ cap. primo. vbi eundem his cõpellat ver- 2.Timo.1.
bis. Admoneo te, vt reſuſcites gratiã dei quæ in te eſt: per impoſitionem
manuũ mearum. Ecce hic aperte Paulus declarat ſe fuiſſe Timothei ordi
natorē: & in ea ordinatione, ipſum Timotheum gratiã dei accepiſſe. Sa-
cramentũ igitur ordinis, confert gratiã rite ipſum ſuſcipiēti, & debite ad
4 id præparato. ¶ Inſuper. In actibus apoſtolicis capite ſexto ſcriptũ legi-
mus: q̃ cum ad exhortationē apoſtolorũ, a cæteris diſcipulis & fratribus
delecti eſſent ſeptē viri: qui diaconatus officio fungerentur, Hos (inquit Actuum.6.
Lucas) ſtatuerunt ante cõſpectũ apoſtolorũ: & cũ oraſſent, impoſuerũt
eis manus. Per hanc autē ordinationē & manuũ impoſitionē: acceperũt
illi ſeptē, donum ſpiritus ſancti: ad recte obeundum, iniunctum eis offi-
cium. cũ de beato Stephano, vno illorũ: ibidem referat deinde ſcriptura, Ibidem.
q̃ erat plenus ſpiritu ſancto: plenus itidem gratia & fortitudine. Ex prę-
dicto igitur ſcripturæ loco dilucide conſtat: in ſuſceptione ordinũ eccle-
5 ſiaſticorũ gratiã conferri, eos rite ſuſcipientibus. ¶ Quod etiam aperte
monſtratur: authoritate beati Auguſtini, qui in libro quæſtionum vete- Auguſtinus.
ris & noui teſtamenti, capite nonageſimotertio: poſtq̃ pertractauit euã-
gelicam lectionem de inſufflatione Chriſti in diſcipulos ſuos, poſt re-
ſurrectionē eius facta, cũ iſta verborum adiectione. Accipite ſpiritũ ſan Ioannis.20.
ctum. Quorũ remiſeritis peccata: remittuntur eis. ſubnectit ibidem. In- Ibidem.
ſpiratio ergo hæc, gratia quædam eſt: quæ per traditionē infunditur ordi
natis, per quam cõmendatiores habeantur. Vnde apoſtolus dicit ad Ti-
motheum. Noli (inquit) negligere gratiam quæ eſt in te: quę data eſt tibi 1.Timo.4.
per impoſitionem manuũ preſbyteri. Semel ergo fieri oportuit: vt de
cætero, traditio iſta, non ſine dono ſpiritus eſſe credatur. Sicut enim in
ſaluatore, forma data eſt viſibiliter: vt poſt baptiſmum, ſpiritus ſanctus Matth.3.
credentibus de cætero inuiſibiliter dari non ambigeretur. Ita & in ſupra Luca.3.
dicta cauſa, forma data eſt in principio: vt ex eo, traditioni eccleſiaſti- Marci.1.
cæ ſpiritus ſanctus infuſus credatur. Hæc Auguſtinus. In quibus plane Ioannis.1.
ſentit: in ordinatione eccleſiaſtica, ſpiritum ſanctum ordinatis dari. Et
idipſum, ſymbolo quodam eſſe inſinuatum, per hoc, q̃ Chriſtus poſt
ſuam reſurrectionem traditurus diſcipulis ſuis poteſtatem ſupra corpus
ſuum myſticũ, ad remittenda peccata: inſufflauit in eos, & dedit eis ſpiri- Ioannis.20.
tum ſanctum, cuius virtute: peccata remitterent.
1 ¶ De ſacramẽto vero matrimonij: q̃ & reuera ſacramentum ſit, & gra-

tiam recte ipſum ſuſcipientibus,ex virtute & efficacia ſacramenti confe=
rat:primo ſumitur efficax argumẽtum ex traditione vniuerſalis eccleſiæ,
quæ tradit ipſum matrimonij vinculum tanquam verum ſacramẽtum:
& inter cætera legis euangelicæ ſacramenta ipſum commemorat. Non
poteſt autem ipſa in ijs quæ fidei ſunt & morum,quæq; ad ſacramento=
rnm ſpectant traditionem : in vniuerſum errare.vt in primo libri huius
capite:abunde eſt monſtratum. ¶Idem preterea conuincit laudabilis ec= 2
cleſiæ ritus:quo vnicuiq; ſuſcepturo matrimonij ſacramentũ datur præ=
ceptum,vt cõfiteatur peccata ſua ſacerdoti ante illius ſuſceptionem.quo
præparetur commodius & melius ad ſuſcipiendum illud gratiæ munus:
quod in huiuſmodi ſacramento,ipſius virtute confertur. Quid enim in=
iungeretur illa expiatoria peccatorum confeſſio, & viris & mulieribus,
ſuſcepturis ſacrum coniugij ſacramentum: ſi ipſum nullam haberet con
ferendæ gratiæ ex ſe vim & efficaciam? At nunc recte admonentur om=
nes inituri ſacrum connubij fœdus:q; eluant animas ſuas cõfeſſione pec
catorum & expurgent.quo diſponantur aptius ad digne ſuſcipienda gra
tiarum chariſmata:quæ in ipſa noua lege,virtute huiuſce ſacramenti ma
trimonij conferuntur. ¶Inſuper. In quinto libro epiſtolarum decreta= 3
lium:titulo de hæreticis,cap.ad abolendam.Lucius tertius inter ſacramẽ
ta eccleſiaſtica expreſſe nominat matrimoniũ. Et in ſacroſancta ſynodo
Cõſtantienſi, ſeſſione decimaquinta:inter cæteros articulos Ioãnis Hus
cõdẽnatos,& hic habetur vnus. Sacerdotes quomodolibet criminoſe vi=
uẽtes:ſacerdotij polluunt poteſtatẽ.& ſic vt filij infideles ſentiũt infideli
ter de ſeptem ſacramentis eccleſię:de clauibus,officijs,cenſuris,moribus,
cærimonijs,& ſacris rebus eccleſiæ: veneratione reliquiarum, indulgen=
tijs,& ordinibus.hæc ibi. Quam propoſitionem cum prædictum con=
ciliũ damnauerit vt erroneam,ſicuti vere eſt : inſinuat ipſum reuera eſſe
ſtatuenda ſeptem eccleſiæ ſacramenta. Quæ nullo pacto aſſignari in ſe=
ptenario poſſent numero:niſi matrimoniũ cæteris cõnumeretur. ¶Ad= 4
de,q; & congruẽtiſſimum cenſeri debeat:in matrimonio gratiã conferri
adiutricem ad ipſum rite obſeruandum,tum in fauorem fœderis cõiuga
lis,tum etiã ob graues difficultates:in eo vinculo integre tenendo occur=
rentes.ad quas ſuperãdas:opus eſt cęleſtis gratię præſidio. Haud aliter q̃
certamen ſubiturus cũ hoſte feroci & animoſo,indiget armorũ munimẽ
to:ne inermis hoſtili cõfodiatur gladio. ¶Huic accedit:q; matrimoniũ 5
ipſum eſſe ſacramentũ,teſtatur beatus Paulus,in quinto ſuæ epiſtolæ ad
Epheſios capite:vbi ait de ipſo cõiugio. Magnũ hoc ſacramentũ eſt:ego
autẽ dico,in Chriſto & eccleſia. Igitur per vulgatã & ab omnibus rece=
ptã ſacramenti diffinitionẽ: matrimoniũ eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſi=

Lucius tertius.

Ioannes Hus

Cõcilium conſtantienſe.

Ephe.5.

gnũ. Quomodo autẽ fuerit ipſum,ſymbolũ quoddã gratiæ inuiſibilis,
ſimul annexæ atq; cõuinctæ viſibili & exteriori ſigno:ſi in matrimonio
nulla daretur gratia,virtute ipſius ſacramẽti,ijs qui ſuſcipiunt illud? Cõ=
fert igitur ipſum matrimoniũ,rite illud ineuntibus interiorem gratiam:
cuius exterior illa confœderatio,ſignum ſit & repræſentatio. Neq; ſub= *Subterfugij diſlutio.*
terfugere ad hoc poſſent aduerſarij, q; matrimoniũ ſit ſignum inuiſibi=
lis gratiæ:ſcilicet vnionis myſticę & ſpiritualis Chriſti & eccleſiæ,& nõ
alicuius alterius gratię:quæ cõferatur coniugatis. Nam huiuſmodi vnio
Chriſti & eccleſiæ:non eſt de intrinſeca matrimonij ratione,& interiori
habitudine illi annexa,ſed exteriore. Quare aſſignanda eſt alia quædam
gratia inuiſibilis,præter illam vnionẽ Chriſti & eccleſiæ : quæ ſit matri=
monio intrinſeca,& interiori habitudine illi coniuncta. ſicut & in cæte=
ris ſacramentis: vſu venit. Illa autem eſt gratia,quã vi & efficacia ſacra=
6 menti confert matrimoniũ:ijs qui rite ſubeunt illud. ¶Inſuper. Qui ſe=
cundum leges eccleſiaſticas ſuſcipiunt matrimonij ſacramẽtum,& rectis
circũſtantijs illud ſuum opus definiunt : non tam ab hominibus,q̃ a deo
ipſo coniunguntur.ſecũdum illud ſummæ veritatis verbum: in euange
lio expreſſum. Quod deus coniunxit:homo non ſeparet. Atqui coniun *Matth.19.*
ctio illa dei, qua virum & mulierem rite ineuntes vinculum connubiale
copulat eo fœdere:non putari debet eſſe ſine gratia,proficiſcente ex vir=
tute illius diuinæ coniũctionis: vltra deuotum & pium affectum viri &
vxoris,qui coniunguntur. Ipſum igitur ſacramẽtum matrimonij:virtu
7 te ſua a deo accepta,cõfert gratiã. ¶Præterea. Poſt præuaricationẽ pri=
morũ parentũ,ipſum matrimoniũ prius inſtitutũ in officium: etiam or
dinatum eſt in remedium carnalis concupiſcentiæ(ne præcipitem rapiat
hominem: in effrenatas libidines) per conceſſum illi & indultum vſum
officij coniugalis. Atqui quomodo ſine gratia diuina,virtute ſacramenti
collata:matrimoniũ eſſe poſſet remedium carnalis concupiſcentiæ? cum
ex vſu & opere coniugij,illa potius inflãmaretur & ebulliret ardentius in
libidinem: niſi gratuito quodam dei dono cõprimeretur & coerceretur.
Experientia ſiquidem earum voluptatum carnalium, teſte beato Hiero *Hieronymus*
nymo: acrius incitat in libidinem eos qui illis indulgent, q̃ reſtinguat in
ipſis eo vſu incẽdia ſæua libidinum. Eſt itaq; neceſſarium,illud aſtruere:
q; virtute ſacramenti confertur gratia ijs,qui recte ineunt vinculum con
nubiale.per quam moderate vtantur officio nuptiali:& contineant ſe ab
eo,cum recta poſtulat ratio. Alioqui non in remedium,ſed in incitamẽ
tum carnalis concupiſcentiæ, eſſet ipſum matrimoniũ : quod eſt contra
8 omnium probatorum authorum ſentẽtiam. ¶Rurſum. Apoſtolus in
primę ad Timotheũ epiſtolæ capite ſecũdo,cum de mulieris nuptæ agit *1.Timo.2.*

officio:ait. Saluabitur autem per filiorum generationẽ:ſi permãſerit in
fide & dilectione,& ſanctificatione,cum ſobrietate. At ſi defuerit diui-
na gratia coniugio: filiorum generatio in eo facta,potius erit ad damna-
tionem q̃ ad ſaluationem.q̃ nihil ad ſalutem fieri poſſit:ſine diuinę gra
tiæ præſidio.Magna eſt igitur gratia matrimonij,quæ non tantum pur
gat coniugatos: ſed etiam ſic ſanctificat, vt apoſtolo teſte reportet præ-
mium ſalutis ex fœcunditate prolis.ad quam, ex prima ſua inſtitutione:
ordinatum eſt a deo matrimonium. ¶ Deniq; idem apoſtolus in vltimo 9
ſuæ epiſtolæ ad Hebręos capite:tale de matrimonio ſcribit præconium.
Hebræ.13. Honorabile cõnubium in omnibus:& thorus immaculatus. Atqui tho
rus immaculatus in connubio eſſe non poſſet: ſi ipſum careret gratia,ex
virtute & efficacia ſacramẽti, collata coniugatis. Neq; enim coniugium
haberet thorum immaculatũ:niſi quia gratia quæ infunditur matrimo-
nio coniunctis,virtute coniugij,vertit illud in bonum: quod alias & ex-
tra coniugium,eſſet graue peccatum,vtpote ipſum actum coniugalem.
Eſt igitur illud ſine hæſitatione ſentiendum:q̃ matrimonij ſacramentũ
conferat gratiam ſuapte virtute,ijs qui recte illud ſuſcipiunt.
¶ Deinceps de ſacramẽto pœnitẽtię,q̃ gratiã cõferat vere pœnitẽtibus: 1
plane conſtat ex illo Chriſti verbo,ad ſuos diſcipulos poſt reſurrectionẽ
Ioan.20. (vt paulo ante dictũ eſt) pronũciato.Accipite ſpiritũ ſanctũ.Quorum
remiſeritis peccata:remittũtur eis.& quorum retinueritis : retenta ſunt.
Ex quibus id plane colligitur , q̃ ſacerdotes apoſtolis ſuccedentes,in po-
teſtate illa ſuper corpus Chriſti myſticum,tunc ipſis tradita: tanq̃ mini-
ſtri & executores diuini miniſterij remittunt peccata pœnitentibus, qui
ſua peccata ipſis per confeſſionem ſacramẽtalem detexerunt. Remiſſio
autem peccatorum:ſine gratia fieri neutiq̃ poteſt. vt neq; vulnerum cu-
ratio ſine medicamento:neq; tenebrarum diſcuſſio ſine luminis infuſio-
ne.Igitur vltra ipſius pœnitentis deuotionem,& pium in deum affectũ:
ſacramẽtum pœnitentiæ confert ex ſe & virtute clauium eccleſiaſticarũ,
gratiam ipſi pœnitenti. ¶ Adde.q̃ in ipſo ſymbolo apoſtolorũ,confi- 2
tentur fideles omnes:remiſſionem peccatorum . non ſolum eorum quæ
abluuntur in baptiſmo : ſed & eorum,quæ poſtea ex fragilitate humana
aut dedita opera cõmittuntur . Si enim quis ſolũ diceret a deo remiſſio-
nem fieri peccatorũ in baptiſmo:& non aliorum,in quæ poſtea labũtur
homines:is penitus ſuſtolleret pœnitentiæ ſacramẽtum,& diuinæ miſe-
ricordię fontem occludere tentaret, quæ ſemper eſt paratiſſima omni pe
tenti:veniam ſuorum peccatorũ elargiri.Et ita nõ iam Chriſtianus : ſed
Nouatianus eſſet.Intelligendus eſt igitur ille fidei articulus, etiam de re-
miſſione peccatorũ:quæ poſt perceptum baptiſmũ ab hominibus com-

mittuntur.Talis autem relaxatio peccatorũ atq; remiſſio: potiſſimũ per
ſacramentũ pœnitentiæ obtinetur, & præſertim per primã eius partem,
vtpote cõtritionem.perficitur autem & cõſummatur per reliquas duas:
confeſſionem & ſatiſfactionẽ . Et ad obtinẽdam peccatorum remiſſio-
nem:pręcipue pœnitẽtia ordinatur.Atqui huiuſmodi remiſſio peccato-
rum:nequaq̃ ſine dei gratia obtineri poteſt.cum ipſe ad hominẽ clamet
per prophetã. Ego ſum,ego ſum ipſe:qui deleo iniquitates tuas propter Eſaię.43.
me.Quid hac conteſtatione clarius? Sacramẽtum igitur pœnitẽtiæ con-
3 fert gratiã:qua obtineatur remiſſio peccatorũ. ¶ Ad hæc.Sacerdos,audi
ta pœnitẽtis integra confeſſione ſibi ſecreto facta:abſoluens eundẽ a vin
culis illis peccatorũ quibus antea ligatus tenebatur, tanq̃ vicarius Chriſti
ea in parte & miniſter eccleſiæ:dicit eidem. Ego abſoluo te ab omnibus
peccatis tuis:in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti. Et cum idipſum
falſo non dicat,nec mentiatur (alioqui eccleſiaſticis ſacramentis immiſce
retur falſitas,mendacium & fraus: quod eſt erroneum & impiũ ſentire)
ipſe pœnitens rite contritus & confeſſus:eſt tunc abſoluṭus ab omnibus
ſuis peccatis,quãtum ad culpã. At abſolutio a peccatis:ſine dei gratia mi
nime fieri poteſt.Igitur virtute clauium eccleſiaſticarũ,quibus vtitur ſa-
cerdos abſoluens in foro pœnitentiæ:confertur gratia ipſi pœnitẽti,qua
4 conſequitur abſolutionẽ,per ſacramentum pœnitentiæ. ¶ Deniq;.ſicut
pœnitẽtia a beato Hieronymo:vocatur ſecunda tabula poſt naufragiũ, Hieronymus
id eſt poſt ruinam in peccatum ſuſcepto iam baptiſmo perpetratũ : refu
gium ſalutis,& euaſio a periculo mortis æternę.Sic & eadẽ ab alijs recte
dicitur medicina ſpiritualis animæ: qua curetur a vulneribus peccatorũ,
poſt baptiſmũ contractorum.Non poſſunt autem plagæ illę peccatricis
animæ ſanari : niſi infundatur illis oleum diuinæ gratiæ , leniens illas &
mollificans atq; purgans.Vt & Samaritanũ legimus in euãgelio alligaſſe Lucæ.10.
vulnera illius qui inciderat in latrones,& grauiter ab eis fuerat ſauciatus:
infudiſſeq; illis vinum & oleum,tanq̃ medicamentũ:illorum vulnerum
curatiuũ. Confert igitur ſacramẽtum pœnitentiæ ,gratiã pœnitẽti: qua
tanq̃ antidoto quodã ſpirituali, curetur a vulneribus peccatorũ prius in-
5 flictis. ¶ Adde,q̃ ipſum pœnitentiæ ſacramẽtum & partes eius,potiſſi-
mum confeſſionem ſacramẽtalem:etiam aſtruunt & corroborãt,decre-
tum Calixti primũ,decretum itidem primum Vrbani primi:& epiſtola
prima Clementis . Ex quibus,ipſas particulares ſententias præſenti con-
ducentes propoſito:nunc non adduximus,quo breuitati ſtudeamus. ſed
locum duntaxat annotare fuimus contenti: vt ad eum perquirẽdum ſtu
dioſus lector (ſi id fuerit ei cordi) ocyus recurrat.Quod & in annotãdis
concilijs atq; ſummorũ pontificum decretis : in præcedentibus capitibus

huius operis,ſæpenumero fecimus:& in ſequẽtibus itidẽ facturi ſumus,
vbi locus expoſtulauerit.citando nominatim aut ipſa concilia eorũq; ca-
pita,aut ſummorũ põtificum decreta: in quibus propoſita tunc materia
pertractatur. non tamen ſemper ipſorum conciliorum ſentẽtias,aut de-
cretorum pontificalium:particulatim adducẽdo.Quoniam id nimium
fuiſſet operoſum,& prolixum:intuliſſetq; legentibus graue faſtidiũ.Si-
quis autem annotatos & citatos conciliorũ aut decretorum locos, in ſua
integritate voluerit euoluere atq; lectitare:recurrat ad librum conciliorũ
ſacrorum,atq; decretorum,ſummorum pontificum: ſuperioribus annis
apud Lutetiam Pariſiorum prælo excuſum, atq; in lucem æditum,& in
duos diductum tomos, binoſq; libros particulares diſſectum. In quibus
inueniet ſedulus lector,ſingula concilia,ſummorũq; decreta pontificum
diffuſius explicata : quæ ſparſim in hoc libro circa diuerſas nominatim
annotauimus materias.Et in eiſdem vberrimũ offendet fontẽ:cuius ſo-
Hæreſis negãtiũ cõfeſſionẽ ſacramẽtalẽ. lum riuulos deſumpſimus.¶ Ad hæc. Negare efficaciam ſacramẽti pœ 6
nitentiæ,& partium eius,præſertim confeſſionis ſacramentalis: error eſt
quorũdam hæreticorũ orientalium,qui dicũtur Iacobitæ. Et Armenio-
rum : qui dixerunt non eſſe neceſſariam cõfeſſionem ſecretam,quæ fiat
ſacerdoti.Idem quoq;,error eſt Valdẽſium & Ioannis Vicleſi: qui eandẽ
poſt debitam contritionem de peccatis,dixit inutilem, inanem & infru-
ctuoſam. Quæ erronea eius aſſertio & hæretica,cum multis alijs articu-
lis,hæreſim impietatemq; execrabilem continentibus:condemnata eſt in
ſacroſancto concilio Conſtantienſi,ſeſſione octaua.Itaq; huiuſmodi er-
rorum condẽnatio iam olim facta:conſolidat ipſius pœnitẽtiæ virtutẽ.
¶De ſacramẽto vero euchariſtiæ, licet nemini dubiũ eſſe debeat,ipſum 1
ſua virtute conferre gratiam digne ſuſcipiẽti:id tamen nõ pigebit etiam
paucis comprobare. Et primũ certe illud dilucide prodit ea denomina-
tio:qua græce id ſublime ſacramẽtum appellatur Euchariſtia.quod lati-
ne tantũdem valet:atq; bona gratia.quoniam totius gratiæ vberrimum
Ioannis.1. fontem Chriſtum,in ſe veraciter continet: per quem gratia & veritas fa
Ibidem. cta eſt,& in quo omnes theſauri gratiæ ſunt abſconditi, immo de cuius
plenitudine accepimus omnes:gratiam pro gratia.Nulli autem aliorum
ſacramẽtorum eccleſiaſticorum illud competere dinoſcitur: q; ſecũdum
ſubſtantiæ naturæq; veritatẽ,ipſum gratiæ dominũ in ſe contineat. Co-
pioſam igitur & exuberãtem gratiam confert hoc ſacramẽtum:recte ſu
menti.Vt haud ab re,ſancta canat eccleſia:q; in eo ſacro conuiuio in quo
Chriſtus ſumitur,mens impletur gratia. ¶Idem quoq;,ex ipſis Chriſti 2
verbis,apud Ioannem præſertim capite ſexto poſitis:liquido innoteſcit.
Vbi inter cætera, de altiſſimo euchariſtiæ myſterio loquẽs:ait.Ego ſum

panis viuus:qui de cælo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane:vi- *Ioãnnis.6.*
uet in æternum.Et rurſum eodem in loco.Qui manducat meam carnẽ, *Ibidem.*
& bibit meum ſanguinẽ:habet vitam æternam.In quibus verbis,& con
ſimilibus ibidem dictis:explicatur vnus fructus ſalutaris,conſequens di-
gnam euchariſtiæ manducationẽ. vtpote q; per eam: obtinetur æternæ
vitæ participatio.Et merito quidẽ, quoniã in ea Chriſtus vere ſumitur:
qui eſt via,veritas,& vita. At vitam æternam cõſequi poteſt nemo,ſine *Ioannis.14.*
gratia:quæ eſt præuia ad vitam æternã diſpoſitio, & ducatum præbens.
Confert igitur ipſa euchariſtia, rite eam ſumenti : gratiam affluentem.
3 ¶In eodem etiam euangelij loco:conſcripta legũtur & hæc Chriſti ver-
ba. Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem:in me ma
net,& ego in eo.Et qui mãducat me:ipſe viuet propter me. Et iterum. *Ioannis.6.*
Qui manducauerit ex hoc pane:nõ morietur in æternum.In quibus ex-
primitur alius fructus ſalutaris,qui præſtatur digne ſumenti ſacroſanctã
euchariſtiã : vtpote immanſio in Chriſto, & vitæ ſpiritualis ab eo deri-
uatæ conſecutio:quinimmo & æternæ mortis atq; perpetuæ damnatio-
nis euaſio.Quomodo autẽ aliquis in Chriſto manere poterit:nullo gra-
tiæ dono adornatus? Quo etiam pacto quis vitam ex Chriſto participa-
uerit:expers gratiæ? Deniq; qua ratione quiſpiam,perpetuã euadet mor
tem:nulla ſuffultus gratia? Confert igitur ſuperſancta euchariſtia etiam
gratiam rite ſumenti:ſine qua,hi fructus multiplices iam expreſſi,habe-
4 ri non queunt. ¶Demũ. In prima ad Corinthios epiſtola,capite vnde-
cimo:apoſtolus de eodem loquens euchariſtiæ ſacramẽto,ait. Quicunq; *1.Corin.11.*
mãducauerit panẽ hunc, & biberit calicem domini indigne:reus erit cor
poris & ſanguinis domini.Et paulo poſt. Qui enim manducat & bibit *Ibidem.*
indigne: iudicium ſibi manducat & bibit,nõ diiudicans corpus domini.
Ex quo loco,a cõtrario ſenſu recte colligitur. q; qui digne manducaue-
rit euchariſtiam, & facta ſuiipſius probatione(quã diligenter eſſe prius
faciendam:admonet ſtudioſe Paulus) ad ſalutem & iuſtificationem ſibi
manducat & bibit:quãdoquidem lex euangelica (quæ lex gratiæ merito
dicitur)longe facilior eſt ad gratiam & præmiũ:q̃ ad pœnam & ſuppli-
cium. Q; ſi ad ſalutem & ſui iuſtificationem ſumit euchariſtiã: qui di-
gne eam accipit.ſalus autem & iuſtificatio non poteſt obtineri ſine diui-
na gratia:adiutrice & directrice ad ſalutem. confert certe digna euchari
5 ſtiæ ſumptio,virtute ipſius ſacramẽti:talem gratiam. ¶In eadem quoq;
epiſtola prima ad Corinthios,capite decimo:beatus Paulus de eodem lo
quẽs euchariſtię myſterio, inquit. Calix benedictionis cui benedicimus: *1.Corin.10.*
nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frãgimus:nõ-
ne participatio corporis domini eſt? Quoniam vnus panis & vnum cor-

pus multi ſumus:omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.
Hæc autẽ cõmunicatio ſanguinis Chriſti & participatio corporis eiuſ-
dem,rite facta:quomodo nullam conferet ſumenti,diuinæ gratiæ parti-
cipationem? An poterit dominus gratiæ,recte ſuſcipi: ſine vllo gratiarũ
dono in ſuſcipientem collato? aut ignis cõtrectari: ſine caloris ignei per-
ceptione? Nequaq̃ ſane: vt neq; tæda videri ſine infuſione ſui luminis.
¶Eiuſdem etiã ſacramenti eucharistiæ efficaciam inſinuat diuinus pſal- 6
Pſalmo.4. tes:cum ait in quarto pſalmo. A fructu frumenti,vini,& olei ſui:multi-
plicati ſunt. Vbi multiplicatos perhibet fideles & numero & merito: a
fructu ſpirituali & vſu fructuoſo frumẽti & vini.id eſt ſacroſanctæ eu-
charistiæ:in frumenti & vini ſpeciebus inſtitutæ. Et a fructu etiam olei
ſui,pinguedinis ſcilicet & vbertatis diuinæ gratiæ:qua inunguntur ſpiri-
tualiter,qui digne eucharistiam recipiunt. Olei ſiquidẽ nomine: in ſcri-
ptura,plærũq; dei gratia deſignatur. ¶Cõſimiliter in alio loco pſalmo- 7
Pſalmo.22. graphus:eãdem vim ſacræ eucharistiæ deſignat,his verbis. Paraſti in cõ-
ſpectu meo menſam(dominici ſcilicet corporis ſub forma panis)aduer-
ſus eos qui tribulãt me. Impinguaſti in oleo caput meum:& calix meus
inebrians q̃ pręclarus eſt. In quibus,nomine olei impinguantis caput:in-
telligitur exuberans dei gratia, mentem ſumentis eucharistiam, largiſſi-
me ſaginans. Et per calicem domini inebriantem,accipitur ibidem calix
benedictionis: affluentiam ſupernæ gratiæ diffundens in eum,qui illum
digne biberit. Teſtatur itaq; eo in loco propheta:eucharistiam eſſe col-
latricem gratiæ,diuinorũq; munerum in eos,qui ipſam rite ſuſceperint.
¶Deniq; Zacharias propheta, idem adaperiens myſterium:ait in nono 8
Zacha.9. capite. Quid enim bonum eius eſt,& quid pulchrum eius: niſi frumen-
tum electorum,& vinum germinans virgines? Vbi ad literam(vt expo-
Nicolaus Lyranus. nit Nicolaus Lyranus & gloſſa ordinaria)inſinuatur ſanctiſſimũ eucha
ristiæ ſacramẽtum:nomine frumenti & vini illic deſignatum. Eiuſdem
etiã efficacia, gratiæ largitrix, ibidẽ explicatur: cũ dicitur eſſe germinans
virgines. id eſt mente & corpore incorruptos ab illecebris huius ſeculi.
Siquidẽ ſuſceptio ſanctæ eucharistiæ, inter cætera gratiarũ chariſmata:
reddit animã a delicijs & oblectamẽtis huius mundi illabefactã & incõ-
taminatam. Conſtat itaq; multifariã ex prædictis:quod propoſuimus.
¶Deinde ſacramẽtum confirmationis etiam conferre gratiã ijs qui de- 1
bite illud ſumunt:ex ſacris literis recte colligitur. Siquidem octauum ca
put actuum apoſtolicorũ meminit:q̃ Petrus & Ioannes apoſtoli a cæte-
Actuum.8. ris miſſi ad Samaritanos,baptizatos a Philippo diacono & euãgeliſta,&
idcirco inuiſibiliter ſpiritũ ſanctum conſecutos:orantes pro eis vt ſpiri-
tum ſanctum acciperent,impoſuerũt eis manus,& protinus etiam in ſi-

gno viſibili ſpiritũ ſanctum ſuſceperunt. Per huiuſmodi autem impo-
ſitionem manuum,orationi coniunctam:tradiderũt apoſtoli tunc ſacra-
mẽtum cõfirmationis ipſis Samaritanis. Eſt igitur tale ſacramẽtum:ſua
2 virtute,gratiæ collatiuum. ¶Eodem etiam loco ſcribit beatus Lucas,q̃
cum Simon magus videns ab apoſtolis per manuũ impoſitionẽ dari ſpi
ritum ſanctũ:obtuliſſet eis pecuniam,dicens. Date mihi & hãc poteſta- Actuum.8.
tem:vt cuicunq; impoſuero manus,accipiat ſpiritum ſanctũ. beatus Pe-
trus illi reſpõdit. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia donum dei Ibidem.
exiſtimaſti,pecunia poſſideri. Vbi illam poteſtatẽ imponẽdi manus pro
conferendo confirmationis ſacramẽto:vocat Petrus donũ dei.quoniam
ſemper eam impoſitionẽ manuum,conſequebatur aduentus ſpiritus ſan
cti:in confirmatos eo pacto. Quis igitur addubitet:confirmationẽ elar-
3 giri gratiam? ¶Simile itidem prędictis quiddam,habetur in eiuſdẽ libri
actuum apoſtolicorũ capite decimonono: de beato Paulo.qui cum diſci
pulos quoſdã prius ſolum baptizatos Ioannis baptiſmate, curaſſet bapti Actuum.19.
zari in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti (in cuius baptiſmi ſuſceptio-
ne:ſpiritũ ſanctum inuiſibiliter acceperunt)impoſuit illis manus,ad cõ-
ferendum ipſis ſacramẽtum cõfirmationis.& protinus ſpiritũ ſanctum
in ſigno etiã viſibili ſuſceperunt:prophetantes,& loquẽtes linguis. Hoc
igitur validum eſt argumẽtum,ad conficiendũ:q̃ ſacramẽtum cõfirma-
4 tionis ſua efficacia & virtute,largiatur gratiam confirmatis. ¶Inſuper.
Materia ipſius ſacramenti cõfirmationis,ex ordinatione diuina eſt ſacrũ
chriſma:quo cõfirmati ſignantur in fronte. Sanctum autẽ illud vnguen
tum:ſpiritus ſancti gratiã deſignat.vt author eſt beatus Dionyſius in li- Dionyſius
bro de eccleſiaſtica hierarchia,capite quarto: vbi de ritu conſecrãdi illius Areopagita.
vnguẽti,luculẽter & diffuſe diſſerit. Quinimmo & beatus Ioannes apo
ſtolus in ſua prima epiſtola canonica, ſpiritus ſancti gratiã nomine vn-
ctionis deſignat:cum ait in ſecũdo eius capite. Et vos vnctionem habe- 1.Ioan.2.
tis a ſancto:& noſtis omnia. Et paulo poſt,in eodẽ loco. Et vos vnctio- Ibidem.
nem quã accepiſtis ab eo:maneat in vobis. Et non neceſſe habetis,vt ali-
quis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verũ eſt
& non eſt mẽdacium. hæc ibi. Cum igitur præcipuus ipſius cõfirmatio-
nis effectus,aſſignetur a ſanctis patribus,ſeptiformis gratiæ ſpiritus ſan-
cti in confirmatum diffuſio: qua ſpiritualiter delibutus,vt fortis athleta
decertet in ſtadio huius vitæ,contra hoſtes animæ.& hoc ipſum myſtice
deſignetur per inunctionẽ,ſacro chriſmate factam in ipſius fronte: quo
intrepide & cõſtanter nomẽ Chriſti cõfiteatur,cuius gerit inſigne. quis
iure queat hæſitare,aut in dubiũ trahere:vtrum cõfirmationis ſacramẽ-
5 tum conferat gratiã? Eſt enim illud:ex his perſpectiſſimũ. ¶Rurſus. In

confirmationis ſacramẽto ſpiritum ſanctum dari,ipſumq; a ſolis epiſco
pis debere conferri: cõmonſtrant & teſtificãtur etiam nõnulla ſummo=
rum pontificũ decreta & epiſtolę. Vtpote decretũ Damaſi:de corepiſco
pis.Decretũ Innocẽtij primi:cap.tertio.Sexageſimaſexta epiſtola:Leo=
nis papę.Decretum Vrbani papæ.Decretũ etiam Ioannis tertij. Deniq;
decretum Innocẽtij tertij: quod ponitur in primo libro epiſtolarũ decre
talium,titulo de ſacra vnctione.cap.cum veniſſet. ¶ Abnegare vero effi 6
caciam prædicti ſacramẽti,& paruipendere:error fuit Grecorũ,Albigẽ=
ſium & Vicleſianorum. Qui cum iam olim ab eccleſia damnati ſint:red=
dit eorum condemnatio vim atq; virtutem prædicti ſacramẽti teſtatio=
rem & probatiorem.vt merito debeant omnes depulſis illis tenebris: in
luce veritatis libentius ambulare.

Hæretici negantes ſacramẽtum cõfirmationis.

¶ Deniq; de ſacramento extremæ vnctionis, q; etiam cõferat gratiam: 1
teſtis locupletiſſimus eſt beatus Iacobus,in quinto capite ſuæ epiſtolæ ca=
nonicæ.Vbi tanq; promulgator huius ſacramẽti,prius a Chriſto inſtitu=
ti:ait.Infirmatur quis in vobis:inducat preſbyteros eccleſię,& orent ſu=
per eum:vngentes eum oleo,in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit
infirmũ:& alleuiabit eum dominus.& ſi in peccatis fuerit:remittẽtur ei.
hæc ibi.In quibus verbis:& quibus eſt dãdum hoc ſacramentũ,& a qui=
bus,& quomodo,& quæ ſit eius materia:perſpicue pandit.Exprimit &
Iacobus ibidẽ vnum ipſius prædicti ſacramenti effectũ:ſcilicet remiſſio=
nem peccatorum,quæ ſine gratia dei nequaq; fieri poteſt.Confert igitur
haud dubie hoc ſacramentũ:gratiam. ¶ Inſuper probatiſſimi authores 2
ſacri,cenſent idem ſacramẽtum extremæ vnctionis inſinuatũ eſſe & de=
ſignatum,quaſi quadã manuductione, & preuia atq; præambula intro=
ductione:per illud quod Marci ſexto capite dicitur de apoſtolis,a Chri=
ſto ad prædicandũ miſſis. Et vngebãt oleo multos ægros:& ſanabãtur.
At non putãdum eſt,infirmos ſic vnctos: ſolum ſecũdum corpus ſana=
tos eſſe,ſed etiam ſecũdum animã,per remiſſionẽ peccatorum:quã con=
ſequebãtur ex ſacra illa vnctione.Huiuſmodi vero curatio animæ a pec
catis:citra dei gratiam fieri nõ poteſt. Quare virtute ipſius ſacramẽti &
efficacia:confertur per ipſum gratia ijs,qui recte illud ſuſcipiũt.Et quo=
niam nõ credũtur apoſtoli, huiuſmodi feciſſe vnctionẽ ſuper infirmos:
in quãdam præſignationẽ,immo preparationẽ vſus extremę vnctionis,
ſine Chriſti iuſſu & ordinatione: ex hoc euãgelij loco nõ futile ſumitur
argumentũ,q; iſtud extremæ vnctionis ſacramentũ fuerit a Chriſto in=
ſtitutum:iuſſumq; per diſcipulos ſuos exerceri. vt ibidẽ annotat Nico=
laus Lyranus: exactus ſcripturæ ſacræ,quãtum ad literalẽ ſenſum,inter=
pres. ¶ Ad hæc. Ex duobus ſacræ ſcripturæ locis,in vtraq; rationũ præ=

Iacobi.5.

Marci.6.

Nicolaus Lyranus.

cedentium adductis: liquet, ipſam vnctionem extremã ex diuina inſti=
tutione per Chriſtum facta,debere fieri per oleum benedictum atq; cõ=
ſecratũ: tanq; propriam eius materiã. At huiuſmodi vnctio,per oleum
ſacrum facta circa hominem, ex ordinatione dei: deſignat elargitionem
gratiæ ſpiritus ſancti in eum, qui ſic rite inungitur. quemadmodum in
quarta ratione,circa ſacramẽtum confirmationis paulo ante adducta:eſt
oſtenſum. Vnde & ipſe ſpiritus ſanctus,inter varias denominationes ei
ab eccleſia catholica attributas:vocatur etiam ſpiritualis vnctio.Neq; id
ab re quidem.Nempe vnctio materialis,ea potiſſimũ quæ oleo fit medi
cinali,& humanis adhibetur corporibus:præſertim vlcera mollificat, no
xioſq; humores in duritiem coactos reſoluit, ac in mollitiem concoquit
& digerit.vt completa huiuſmodi concoctione: purulenta ſanies vlceri=
bus educatur & effluat.Sic ſane ſpiritus ſanctus per gratiam ſuam medi
catricem:exulceratorũ odio aut alia quauis exitiali paſſione cordium mi=
tigat tumorem,dolorem ſedat:& integram illis ſanitatem inſtaurat,per
expulſionem malarum cupiditatum,ipſis prius inſitarum.vt nulla dede=
ris vulnera mentis:quę per eum non curentur.Confert igitur ipſum ex=
tremæ vnctionis ſacramentum,gratiam ipſi infirmo inuncto: deſigna=
4 tam per exteriorem corporis ipſius vnctionem. ¶ Deniq; hanc ſenten=
tiam comprobat ſua authoritate beatus Auguſtinus:in ſecundo libro de
viſitatione infirmorũ,ita dicens.Nec prætermittẽdum eſt illud apoſtoli
Iacobi præceptum.Infirmatur quis in vobis:inducat preſbyteros eccle=
ſiæ. Et reliqua: vt ſupra. Ergo ſic roges de te,& pro te fieri: ſicut dixit
apoſtolus Iacobus,immo per apoſtolum ſuum dominus. Ipſa videlicet
olei ſacri delibutio:intelligitur ſpiritus ſancti typica vnctio. hæc Augu=
ſtinus.Illa vero ſpiritus ſancti vnctio(qui in ſcriptura ſacra:nomine olei
5 ſæpius deſignatur)nunquid ſine dei gratia fit? ¶ Poſtremũ.Eiuſdem ſa
cramenti extremæ vnctionis efficaciam,cõprobat Innocẽtius primus:in
primis ſuis decretis,capite octauo.Et Innocẽtius tertius,in vno ſuorum
decretorũ: quod citatur in primo libro epiſtolarũ decretalium,titulo de
ſacra vnctione.cap.cũ veniſſet. Vbi diffuſe & præclare demonſtrat,per
vnctionem ſenſibilẽ & materialẽ quæ ſacro fit oleo circa corpus huma=
num:deſignari vnctionem ſpiritualẽ,quæ per ſpiritus ſancti gratiã fit in
anima.quẽadmodum in pręcedente ratione:etiam ſentire mõſtratus eſt
6 Auguſtinus. ¶ Neq; id prætermittendũ,q; inficiari ſacramentũ prædi=
ctũ atq; eius virtutẽ:error eſt Græcorũ,dicentiũ q; ipſum nõ cõducat ad
ſalutẽ.Error etiã eſt Eracleonitarũ,Valdenſiũ,& Vicleſi:negantiũ,illud
eſſe ſacramẽtum. Quos errorũ duces & magiſtros:paribus veſtigijs ſe=
quitur nunc Lutherus. At nos repulſis erroribus:lucem potius veritatis

Auguſtinus.

Iacobi.5.

Innocentius tertius.

Hæretici negãtes extremæ vnctionis ſacramentum.

ſequamur. Sed nunc tandem: aduerſariorum obiectiones audiamus.
¶ Primum cõtorquet in nos Lutherus aliqua ſacrarum literarum teſti- 1
monia: quę putat ſuæ aſſertioni ſuffragari, in hunc modũ. Scriptura (inquit) ſic dicit ad Romanos primo capite, & Abacuc ſecundo, & ad Hebræos decimo. Iuſtus: ex fide ſua viuet. Nõ dicit. Iuſtus ex ſacramẽtis viuet. Vita igitur animæ, quæ eſt gratia dei: ex ſola pẽdet fide, & nõ ex ſacramẽtis. ¶ Reſpõſio. In hac ratiocinatione Lutherus non fideliter nec integre (vt debuit) citauit ſcripturã ſacram. Nam ex tribus eius diuerſis locis, vnicum & ſub eiſdẽ verbis protulit teſtimoniũ, in obiectione explicatum: cum tamẽ (in ſuis quodq; locis) diuerſa ſint verba, & alio verborum tenore contexta teſtimonia. Nempe in primo ad Romanos capite: ita legimus. Iuſtus autẽ: ex fide viuit. In ſecundo vero capite Abacuc: ſic. Iuſtus autẽ: in fide ſua viuet. In decimo autẽ ad Hebræos capite: hoc modo ſcriptum legimus. Iuſtus autẽ meus: ex fide viuit. Ecce diuerſum inter ſe, in tribus illis ſcripturæ locis, verborum contextum. quorum tamen locorum nullus, in omnimoda verborũ forma conuenit cum teſtimonio Lutheri, in obiectione propoſito: quod ipſe dicit in vnoquoq; illorum trium locorum haberi. At Lutherus ſi ſuo in citandis ſcripturis, recte fungi voluiſſet officio: debuiſſet ne vnum quidem iota aut apicem literarium in illis pro ſuo nutu mutare. ſed vti ſe habet ipſe verborũ contextus, & in eadẽ forma: veraciter ac fideliter adducere, ne videretur velle ſcripturas inuertere. Hæc dicta quidem hic putẽtur: vt cautiores reddantur & ſoliciti, qui ſacras literas aut in concertatione literaria, aut in explanatione alicuius loci elucidatoria, aut oratione concionatoria ad populũ, adducere pro ſubiecta materia voluerint: q̃ idipſum ſtudeãt efficere ſyncere, integre, ac vere, & quẽadmodum latina (quæ in communi verſantur & publico eccleſiæ vſu) habent exemplaria: ne tranſuerſum quidem vnguem ab eis diſcedendo, ne reprehẽſioni ſint (vt hic Lutherus) obnoxij. ¶ Verũtamen quia diuerſa illa ſcripturarum in ſchemate verborum teſtimonia, eandem prætendunt ſententiam: adhibenda eſt Luthero ad rem ipſam hæc reſpõſio. ſcripturam quidem dicere: q̃ iuſtus ex fide ſua viuit. nõ tamẽ eam id aſtruere: q̃ iuſtus ex ſola viuat fide. Quoniã præter & vltra fidem: inſuper & alia ad vitam animæ ſunt neceſſaria. vt charitas, bona opera, ſacramenta eccleſiæ, & cętera id genus: in ſcripturis expreſſa. Vnde cognoſcitur hæc Lutheri illatio: prorſus eſſe manca & inualida in hac obiectione. per quam, ex eo ſcripturæ verbo perhibente iuſtum ex fide viuere: colligit eundem nequaq̃ viuere ex ſacramentis, neq; ex ipſis ſpiritualem vitam deiq; gratiam percipere: & ipſa eccleſiæ ſacramenta non conferre gratiam. Simile enim eſt illud argumẽtandi genus,

Roma.1.
Abacuc.2.
Hebræ.10.

illi: quo quiſpiam ex eo ſcripturæ dicto, q̃ iuſtus ex fide viuit, colligere conniteretur: ipſum iuſtum nequaq̃ ex charitate viuere. quod eſt penitus a vero alienum: & beati Pauli ſentẽtiæ, omnino aduerſum. Eſt enim 1.Corin.13.
2 charitas, aliud quiddam a fide: & ab ea plane diuerſum. ¶ Secundo adducit Lutherus illud Chriſti verbum ad diſcipulos ſuos: decimoſexto Marci capite deſcriptum, quod mox in cælum aſcenſurus eis protulit. Scribitur (inquit Lutherus) Marci vltimo capite. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur, etiam ſi baptizaretur. Neq; enim baptiſmus ſaluat: ſed fides baptiſmi. Salutis igitur ſumma: ipſi fidei, non ſacramentis eſt aſcribenda. neq; in ſacramentis ponenda eſt vis: gratiæ collatiua. ¶ Reſpõſio. In hac cauillatione, Lutherus ſua ipſius authoritate adijcit ad ſcripturam ſacram: quod in ea poſitum non eſt, immo quod illi aduerſatur. Quippe ad ſecundam hic ex Marco adductam propoſitionem, ſcilicet. Qui vero non crediderit: condemnabitur. adiecit Lutherus ex ſua officina, non ex ſcripturæ prõptuario: hãc particulam. etiam ſi baptizaretur. Quæ etſi de adulto ſuſcipiente baptiſmum, veritatem habeat: quoniam in eo expoſcitur fides propria. in puero tamen primum nato & ad baptiſmum oblato a parentibus & ſuſceptoribus (quos patrinos vulgo dicunt) hæreticis: locum non haberet, nec verificaretur. Siquidem in illo paruulo rite ſuſcipiente baptiſmum: nec fides eſſet propria, nec aliena: ſaltem perſonalis, eorum qui ipſum offerunt baptizandum. cum per hypotheſim ſint hæretici: & ergo a recta fide alieni. Haud tamẽ diffiteor, eundem in fide aliena cõmuni, totius ſcilicet eccleſiæ baptizari: quæ omnibus ſuffragatur infantibus baptiſmũ ſuſcipiẽtibus. Lutherus autem, de fide perſonali & particulari alicuius perſonæ: hãc ſuam intelligit particulã. Inſuper & falſum eſt atq; erroneum: quod in poſtremo huius obiectionis loco aſſumit Lutherus, ſcilicet. Neq; enim baptiſmus ſaluat: ſed fides baptiſmi. Nempe in rationibus præcedentibus, de baptiſmo (q̃ gratiã conferat) adductis: citatum eſt & illud beati Petri verbũ de eodem ſacramẽto. Quod & vos: ſimilis 1.Petri.3.
formæ, ſaluos facit baptiſma. In quo, manifeſte dicit Petrus: baptiſmum ſaluare homines. Vtri igitur: potius credendum eſt? an Petro apoſtolorũ primario, in quo ſpiritus ſanctus loquebatur: an Luthero hęreſiarchæ, in quo loquitur ſpiritus mendacij? Certe mente captus eſt: qui non potius Petro credẽdum putauerit, aſſerẽti baptiſmũ ſaluare eos: qui recte illum ſuſceperint. Neq; vero fides baptiſmi, eo prætermiſſo & neglecto, cum adeſt opportunitas illum ſuſcipiendi: prodeſt cuiq̃ ad ſalutem. quoniã ea fides: cuidã negligentiæ & mortifero contẽptui annectitur. Sed fides baptiſmi vna cũ baptiſmo: ſalutẽ affert. Hinc Chriſtus apud Marcũ non

Marci.16. dixit. Qui crediderit: ſaluus erit. ſed qui crediderit, & baptizatus fuerit: ſaluus erit. vtrunque ſimul annectens: & fidem ſcilicet & baptiſmum. Ex quo recte conficitur omnino oppoſitum eorum, quæ intẽdit Lutherus. vtpote, non ſolam fidem ſine ſacramentis, ſufficere ad ſalutem animæ: ſed vna cum fide neceſſariam eſſe ſacramentorũ eccleſiæ ſuſceptionem. Quod & verum eſt: & noſtri inſtituti confirmatiuum. ¶ Tertio. 3
Aliam nobis ſcripturæ ſentẽtiam adducit Lutherus: hoc modo. Ad Ro
Roma.10. manos (inquit) capite decimo ſcribitur. Corde creditur: ad iuſtitiam. Et non dicit ibidem Paulus. Corpore: ſacramẽta ſuſcipiuntur ad iuſtitiam. Attribuit igitur Paulus in illis verbis, totam vim iuſtificatiuam firmę fidei cordis: & non ipſi ſacramentorum ſuſceptioni aut virtuti. ¶ Reſpõſio. Apoſtolus in prædicta ſentẽtia aſſerit quidem fidem iuſtificare eos: qui illam habent. non tamen eam ſolam ſufficere dicit: aut eſſe totam iuſtificandi cauſam. cum protinus ſubiungat & aliud, etiam ad ſalutem neceſſarium: quando opportunitas & tempus expoſtulat. ſcilicet confeſ-
Roma.10. ſionem illius fidei: ore palam & in propatulo faciẽdam. quando ait. Ore autem: confeſſio fit ad ſalutem. Sic & in noſtro propoſito, fatemur ingenue fidem cordis eſſe neceſſariam ad ſalutem: vt dicit Paulus. cum illa tamen cenſemus etiam eſſe neceſſariam ſuſceptionem ſacramentorum: loco & tempore opportuno faciendam. vt ſine quibus: cõſummata non habeatur ſalus. ¶ At vero deridiculum eſt: quod in obiectione proponit præſente & quæ nunc diſſoluitur, Lutherus: de corpore humano. ſcilicet ꝙ per ipſum, non dicit Paulus ſacramenta ſuſcipi: ad ſalutem animæ. Quaſi nos ſentiamus: vim ſacramentorum, tantum in corpora humana agere: & non in animas. Cum enim noſtra ſit ſententia: ſacramenta eccleſiæ conferre gratiam rite ſuſcipientibus. gratia autem: non in corpore humano, ſed in anima, ſuam habeat ſedem: quis non videt nos ſentire, ꝙ præcipua ſacramentorum efficacia & virtus: in animam (quæ ſola: eſt gratiæ capax) præſertim tendat, & non in corpus? tametſi circa corpus applicetur ipſorum ſacramẽtorum materia: & viſibile ſignum.
Auguſtinus. Et hoc ipſum quod ſentimus: etiam beatus Auguſtinus nos edocuit. a
Ambroſius. quo dictum accepimus, tantam eſſe virtutem aquę baptiſmi: vt non ſolum corpus tangat, ſed & cor abluat. A ſancto itidem Ambroſio didicimus: ꝙ ſicut aqua ſordes corporis ac veſtium abluit, ita baptiſmus maculas animæ ſordeſq; vitiorum aſpergendo emundat. Non itaq; more Iudaicorum baptiſmatum: in noſtro baptiſmali lauacro, corpora tantum tinguntur aqua, & exteriora lauantur: ſed & interiora noſtra, a contractis peccatis, virtute & efficacia eius, deterguntur ac mundantur.
¶ Quarto. Lutherus & aliud profert in nos ſcripturæ teſtimonium. 4

Geneſis inquit decimoquinto capite, & ad Romanos quarto: ſcriptum eſt. Credidit Abraham deo: & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Vbi fides Gene.15.
ipſius Abrahæ aſſignatur cauſa, cur fuerit iuſtificatus: neq; alia affertur Roma 4.
ibidem ſuæ iuſtificationis ratio, q̃ fides. Cõſequens eſt igitur: hominem ſola fide & non ſacramentis iuſtificari. quare ea ipſa: gratiam non conferunt. ¶ Reſponſio. Etſi illo in loco ſcriptura aliam non exprimat iuſtificationis Abrahæ cauſam, q̃ fidẽ: in locis tamẽ illius ſacræ hiſtoriæ pręcedentibus & ſequẽtibus, multas alias aſſignat ipſa illius effectus cauſas. vtpote bona ipſius Abrahæ opera: quæ ad eiuſdem iuſtificationẽ nõ minus concurrebant, q̃ fides. ſecũdum illam beati Iacobi ſentẽtiam (quæ duram Lutheri frontem: funda Dauidica & lapide veritatis cõtundit, ac elidit) in ſecundo epiſtolæ canonicæ ipſius capite cõſcriptam. Vis autẽ ſci- Iacobi.2.
re o homo inanis: quoniã fides ſine operibus ocioſa eſt? Abraham pater Gene.22.
noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt: offerens Iſaac filiũ ſuum ſuper altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides cõſummata eſt. Et ſuppleta eſt ſcriptura: dicens. Credidit Abraham Gene.15.
deo: & reputatũ eſt ei ad iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt. Videtis, quoniam ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tantum. hæc Iacobus ibidem. Qui vnum quidẽ Abrahæ explicuit opus bonũ: iuſtitiã eius mirifice adaugens. Scriptura vero: & alia quædam eius opera bona, idem efficientia: refert. vtpote obedientiã eius ad deum: in relinquẽdo ſo Gene.12.
lo natali, & peregrinatione ſubeunda in terra aliena, & in ſuſceptione circuncíſionis: a deo illi primũ mandatæ, promptitudinẽ & obſequentiã, ac Gene.17.
alia nonnulla. Ex his autẽ omnibus, nunq; colligere recte quis poſſet: ipſa ſacramenta eccleſię nullam conferre gratiam. cum ipſa, vltra fidem, vim
5 quãdam etiã habeant iuſtificandi: haud minus atq; bona opera. ¶ Quinto. hoc in nos euibrat rationis iaculum Lutherus. In omni ſacramẽto eſt verbũ promiſſionis diuinæ: quod affirmatiue promittit & exhibet gratiam dei, ei qui ſuſcipit ſacramẽtum. Vbicunq; autem deus promittit: ibi exigitur fides audientis, ne deum faciat mendacem ſua incredulitate. Ergo in ſacramentis ſuſcipiendis neceſſaria eſt fides ipſius ſuſcipiẽtis ſacramentum: qua credat id verum eſſe, quod a deo promittitur ipſi homini, ſacramẽtum accipiẽti. ¶ Reſpõſio. Hic Lutherus ſui oblitus: fatetur ſacramenta conferre gratiam. quod tamen, in hac obiectione & cæteris hic poſitis: impugnat. Vt tamen ſingulis ab eo nunc propoſitis, certo quodã ordine adhibeatur reſponſio: dicendum eſt. ꝙ ſi per verbum promiſſionis diuinæ, intelligit hic Lutherus eam verborum formam, qua vtẽdum eſt in collatione ſacramenti: negandum eſt in eo ſchemate verborũ contineri diuinam promiſſionẽ. Quis enim recte dixerit: in his verbis. Ego

Matth.28. baptizo te:in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.aut in his.Hoc eſt
Matth.26. enim corpus meum.&,hic eſt calix ſanguinis mei.& in his itidem.Ego
abſoluo te ab omnibus peccatis tuis : in nomine patris, & filij,& ſpiritus
ſancti.aliquam contineri diuinam promiſſionem? Sin vero per verbum
promiſſionis, intelligat hic Lutherus aliquam propoſitionē expreſſam
in ſcriptura : deſignantem vim & efficaciam ſacramenti . vt hanc. Qui
Marci.16. crediderit & baptizatus fuerit:ſaluus erit.Et hanc. Qui manducat hunc
Ioannis.6. panem:viuet in æternum.& hanc ſimiliter.Quorum remiſeritis pecca-
Ioannis.20. ta:remittūtur eis.admittimus in aliquibus ſacramētis ita inueniri verbū
diuinæ promiſſionis:non tamen id neceſſe eſt in omnibus. Quod enim
verbum diuinæ promiſſionis:Lutherus aſſignabit expreſſum pro ſacra-
mento cōfirmationis,ordinis,matrimonij,& extremę vnctionis? Et vbi
fortaſſe illud aſſignauerit Lutherus,verbum diuinæ promiſſionis, in his
quatuor iam dictis ſacramentis : nihil tamen aliud conficere poterit hac
ſua ratiocinatione, q̄ ꝙ fides eſt neceſſaria cuiq; adulto ſuſcipienti ſacra-
mentum quoduis eccleſiæ. Quod & noſipſi:vltro eidem tribuimus.Sed
nunquid ex illo probe collegerit:ipſam fidem eſſe ſufficientem pro con-
ſequenda diuina gratia,vt amplius & vltra fidem non ſit opus ſacramē-
torum ſuſceptione? Nunq̄ certe id efficiet . Multa ſiquidem,ad aliquod
opus neceſſaria ſunt:haud tamen ad idem ſufficientia. ¶Sexto.hoc iacu 6
lum in nos agit Lutherus:haud multum diſſimile a pręcedente.In omni
Auguſtinus. ſacramēto eſt verbum dei.vt dicit beatus Auguſtinus.Accedit verbum
ad elementum:& fit ſacramentum . Vbicunq; autem verbum dei eſt:ibi
fides hominis in ipſum,requiritur.Multi enim ſacramentum ſuſcipiūt:
& tamen non iuſtificantur ſed magis damnantur , quia ſine fide ſuſci-
piunt . Sola ergo fides iuſtificat hominem : neq; ad hoc dei munus aſſe-
quendum , requiruntur ſacramenta . ¶Reſponſio . Vt ſacras literas in-
uertunt hæretici,& violenter ad alienum contorquent ſenſum:ita & san
ctorum patrum dicta traducunt & immutant in diuerſam quādam ſen
tentiam,a genuina & germana eorum intelligentia. vbi viderint illa ſuis
placitis:quodam colore,ſpecie,& vmbra arridere. Alioqui omnia ortho
doxorum patrum dicta paruifaciunt & abijciunt : cauſati,eos homines
fuiſſe,& proinde falli ac errare potuiſſe . Quod & in hoc loco:factitaſſe
deprehenditur Lutherus.Nempe quod beatus Auguſtinus de ſolo dixit
ſacramento baptiſmi:ſcilicet. Accedit verbū ad elementū(ſcilicet aquæ)
& fit ſacramētum.vt per verba eiuſdem continuo ſubſequentia:clare li-
Auguſtinus. quet,quæ ſunt huiuſmodi.Vnde(inquit)iſta tāta virtus aquæ,vt corpus
tangat,& cor abluat:niſi faciente verbo? Hoc inquam,Lutherus in præ-
ſenti obiectione aſſumit: tanq̄ a beato Auguſtino generatim dictum de

omni & quouis eccleſię ſacramēto. Quod tamē per ea ſua verba,de ſolo
baptiſmo dicta:nō prætendebat Auguſtinus. Verūtamen licet illud tri-
bueretur aduerſario,vltro:quod aſſumit,in omni ſcilicet ſacramēto eſſe
verbum dei:& illi fidem adhiberi debere . nunquid ex eo conficere vnq̄
poterit:ſolā fidem eſſe ſufficiētem ad iuſtificationē? Nunq̄ certe id aſſe-
qui queat, ſed id ſolum colligere poteſt per totam ſuam ratiocinationē:
ꝙ fides ſit neceſſaria ad ſalutē ipſi ſuſcipienti ſacramentū.ex quo neutiq̄
7 inferre poſſet:ꝙ eadem ſit ſufficiēs. ¶Poſtremū Lutherus cōtra ſacra-
mētum matrimonij particulatim,hoc intorquet ſpiculū:quo grauem il-
li plagam & ignominiā conatur inferre. Omnis(inquit)actus coniuga-
lis,a quantūlibet ſanctis hominibus factus : eſt peccatū,neq; ſine peccato
exerceri poteſt vnq̄.propter incēdia libidinū & voluptates carnis,illi cō-
iunctas:ex cōcupiſcētia carnali prodeuntes.Quomodo igitur matrimo
niū confert gratiam ijs:qui illud rite contrahūt? ¶Reſpōſio. Omnino
negādum eſt & repudiandū illud : quod in hac cauillatione aſſumit Lu-
therus.actū ſcilicet coniugalē:nunq̄ ſine peccato fieri poſſe . Quæ enim
fuiſſet neceſſitas inſtituendi huiuſce ſacramenti(quod magnū eſſe: fate- Ephe.5.
tur Paulus)ſi nunq̄ eius actus ſine dei offenſione poſſet effici? & ſi vir ſuę
vxori debitum coniugij officium nunq̄ ſine peccato poſſet præſtare:nec
vxor viro ſuo? cū ea a ſanctis patribus aſſignetur eſſe connubij virtus &
honeſtas:vt eius actus,qui extra matrimoniū eſſet graue peccatū,in ma-
trimonio citra omne fieri poſſit peccatū.Certe apoſtolus iure dānandus
eſſet:ꝙ pręceperit viro reddere debitū vxori.& etiam vxori:reddere de- 1.Corin.7.
bitum viro.ſi ſine peccato:nunq̄ officiū coniugale præſtari poſſet.Præ-
cepiſſet enim tunc ipſe Paulus & viro & vxori:perpetrare actum pecca-
ti.Quinimmo & deus ipſe inſtitutor huius ſacramenti,incuſandus iure Gene.1.
foret:ꝙ nō modo in ſtatu innocentiæ,ſed & poſt lapſum iuſſerit homi- Gene.9.
nes creſcere & multiplicari & replere terrā: per cōnubialem ſcilicet pro-
pagationem. ſi ea:nunq̄ recte poſſet exerceri.Inſuper apoſtolus Corin-
thijs ſcribit.Si duxeris vxorē:non peccaſti. & ſi nupſerit virgo:nō pec- 1.Corin.7.
cauit . Quomodo igitur actus matrimonij, ita ſuapte natura malus eſt:
vt bene fieri nō poſſit? Demū Tobię ſexto capite:dicit ſanctus dei ange Tobię.6.
lus.ꝙ in eos qui coniugium ita ſuſcipiunt vt deum a mēte ſua excludāt,
& ſuæ tantum libidini vacent,ſicut equus & mulus,quibus non eſt intel-
lectus:dęmoniū habet poteſtatē. Sed e diuerſo,qui filiorū amore magis
q̄ libidinis ducti,rite copulātur:& a dęmonio tuti ſunt,& diuino fauore
benedictionem in filijs cōſequūtur. Horum igitur actus coniugalis,de-
bitis definitus circunſtantijs: recte fieri poteſt . Quod & ingenue faten-
dum eſt:ne in vniuerſum,matrimonium damnari videatur.

¶Præter maiores ordines:etiam minores esse ponendos,ex vsu & obseruatione primitiuæ ecclesiæ. Cap.XVI.

Mnem gradum ecclesiasticum subuertere studẽs Lutherus,non modo sacramentis suam detrahit efficaciã & dignitatem: verũ etiam particularibus eorum speciebus suum adimit numerũ,quasi eas detruncans & a radice natiua auellens ramos. dum quicquid nõ reperitur in sacra scriptura expressum:negare cõtendit esse ex apostolica traditione tenẽdum. Et idcirco minores ecclesiæ ordines (q̃ eorum in sacris literis non fiat aperta mentio) negat inter ecclesiasticos ordines haberi debere:eosq̃ recens esse inuentum,& in primitiua ecclesia prorsus ignoratos fuisse astruit. Contra quam pestiferam assertionem,oblatrantem in dei ecclesiam:hæc proponitur catholica veritas, ab vniuersis fidem orthodoxam colentibus tenenda.

Vltra maiores ecclesiæ ordines:insuper & minores sunt ponendi. quẽadmodum a principio legis euangelicæ obseruauit ecclesia : assiduo & nunq̃ intermisso vsu.

¶Quam sequentibus astruere nitemur testimonijs:& rationibus. Primo quidem. Nam Onesimus,sacrarum epistolarum beati Pauli gerulus ac lator:erat acolythus. vt liquido testificantur argumẽta vtriusq̃ epistolarum apostoli:ad Thessalonicẽses conscriptarum. Siquidem in calce argumenti,prioris illius epistolæ:hæc habẽtur verba. Hos(vtpote Thessalonicenses) collaudat apostolus:scribẽs eis ab Athenis per Tichicum diaconem,& Onesimum acolythum. In argumento vero secundæ ad eosdem epistolæ:hæc continentur verba. Scribit hanc epistolam apostolus ab Athenis:per Titum diaconem,& Onesimũ acolythum. Quis autem nescit:acolythatũ esse vnum ex quatuor minoribus ordinibus? Constat igitur:hanc minorum ordinum institutionem fuisse tempore beati Pauli,& vsum. ¶Secũdo. Ex diuersis apostolorum canonibus,plane etiam liquet:subdiaconatum & minores ordines in obseruatione & vsu fuisse, ipsorum apostolorum tempore,& cum adhuc essent superstites. Quippe vicesimusquintus eorum canon: est iste. In nuptijs autem qui ad clerum prouecti sunt,præcipimus : vt si voluerint, vxores accipiant,sed lectores cantoresq̃ tantũmodo. At lectores (vt planum est) inter eos qui minores ordines sortiti sunt:habentur. Quadragesimi vero,& quadragesimiprimi canonis apostolorum : hic est contextus. Episcopus, aut presbyter,aut diaconus,aleæ aut ebrietati deseruiens:aut desinat,aut certe damnetur. Subdiaconus autem, aut lector,aut cantor,similia faciens: aut desinat,aut communione priuetur. similiter & laicus. Et adducuntur

1 2

Canon apostolorum.

Alij duo:eorũ canones.

hi duo canones a Gratiano,sub nomine apostolicorũ canonũ:distinctione tricesimaquinta. cap. episcopus. In quibus aperte de subdiaconatu & minoribus ordinibus fit mẽtio. Eo igitur tẽpore:instituti erant. ¶Rursus. Deicimusquintus apostolorũ canon : hoc verborum schemate contexitur. Siquis presbyter,aut diaconus,aut quilibet de numero clericorũ: relinquẽs propriam parochiam,pergat ad alienam,& omnino demigret, præter episcopi sui conscientiam,vt in aliena parochia cõmoretur : hunc vlterius ministrare non patimur. præcipue si vocatus ab episcopo,redire contempserit:in sua inquietudine perseuerans. Veruntamen tanq̃ laicus: ibi communicet. Vicesimus itidem quartus apostolicorum canonũ: hoc tenore verborum constat. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione aut periurio aut furto captus est:deponatur. nõ tamen cõmunione priuetur. Dicit enim scriptura. Non iudicabit dominus bis in idipsum. Similiter & reliqui clerici:huic conditioni subiaceant. hæc ibi. At in vtroq̃ prædictorum canonum,intelliguntur nomine clericorũ ij: qui ministerio templi sunt addicti & ad hoc ordinati,quasi in sortem dominiiam asciti,& ob hanc vitæ conditionem:a laicis sequestrati. Quales sunt subdiaconi,acolythi,ostiarij, exorcistæ, lectores. De quibus etiam prædicti ambo canones: sub communi clericorum nomine loquuntur. Fuerunt igitur etiam tempore apostolorum : minores ordines instituti.

3

Alius apostorum canon.

Alius eorundem canon.

¶Constat etiam idem:dilucide eo argumẽto,quoniã beatus pater Dionysius Areopagita,sancti Pauli discipulus,& ipsis apostolis plane contẽporaneus : in sui libri de ecclesiastica hierarchia capite tertio, & secunda eiusdem capitis parte, clare meminit ipsorum minorum ordinum,eosq̃ aperte insinuat. Enimuero agens ibidẽ de mysterio synaxeos,sacręq̃ cõmunionis & eucharistiæ:dicit inter cætera. Deinde ministrorum officio: sanctarum scripturarũ lectio, suo ordine recitatur. Et paucis interiectis, subiungit. Porro ministrorum, alij quidem : pro clausis templi foribus astant. alij:proprij aliquid muneris agunt. hæc ibi. In quibus verbis, per ministros recitantes lectionem sanctarum scripturarum : lectores intelligit, quorum officiũ est:sacras literas in diuino officio recitare. Per eos vero qui astant clausis templi foribus: ostiarios innuit. quorum est munus,indignos a cõtuitu sacrorum arcere: & dignos ad illorum aspectum admittere. Deniq̃ per alios ministros,qui pro suo quisq̃ officio aliquid proprij muneris agũt:acolythos designat & exorcistas,generali quadã ratione. Fuerunt igitur,illius tempore:in ecclesia,minores ordines. ¶Præterea. Sanctus Ignatius,beati Ioannis euãgelistæ discipulus, qui etiam tẽpore apostolorũ mirifice claruit : in octaua suarum epistolarum, quam ad Antiochenses(quorum erat episcopus) scripsit ex Philippis:cum Ro

4 5

Dionysius Areopagita.

mam iussu Traiani duceretur vinctus, suum cõsummaturus gloriosum ibidem martyrium: minorum etiam ordinum circa finem illius epistolę, manifeste meminit, his verbis. Saluto sanctũ presbyterũ vestrũ. Saluto sanctos diaconos: & desiderabile mihi nomẽ eius, quẽ reseruaui post me in spiritu sancto: cum Christum meruero adipisci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborãtes, exorcistas, atq; confessores. Saluto custodes sanctarum portarum, diaconissas quæ sũt in Christo. Saluto susceptrices Christi virgines: quas ego nutriui in domino Iesu. Saluto pudicissimas virgines. Saluto plebem domini, a minimo vsq; ad maximũ: & omnes sorores meas in domino. hæc ibi. In quibus, sole meridiano clarius: ipse beatus martyr ostendit varietatem minorum ordinum, suo tempore fuisse in vsu. ¶ Ad hæc. Sanctus Clemens beati Petri comes indiuiduus, & paulo post eum apostolicæ etiam sedis moderator: idem comprobat in epistola sua tertia, ad vniuersos fideles scripta: cum inquit. Si autem vobis episcopis nõ obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici cuncti: omnesq; principes tã maiores q̃ inferioris ordinis, atq; reliqui populi, tribus & linguæ, non obtemperauerint: nõ solum infames, sed & extorres a regno domini & consortio fidelium, ac a liminibus sanctę dei ecclesiæ, alieni erũt. Sic ille. Vbi per cunctos reliquos clericos intelligit ipse Clemens, sanctæ dei ecclesiæ ministros, in minoribus cõstitutos ordinibus: vt ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos. q̃ in dei sortẽ sint delecti, ministerioq; templi eius peculiariter addicti. Quẽadmodũ & in tertia ratione ante posita, dictum est: clericorum nomine, eos accipi debere, qui minores ordines sunt sortiti. In exordio igitur nascentis ecclesiæ: hi ordines erãt instituti. ¶ Cõ probat etiam idem & Anacletus, proxime post sanctum Clementẽ apostolicæ sedis rector: in primo suo decreto dicens. Episcopus deo sacrificãs, testes secum habeat: & plures q̃ alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur: sic maioris testimonij incremento indiget. In solennioribus quippe diebus: aut septem, aut quinq;, aut tres diaconos, qui eius oculi dicuntur: & subdiaconos atq; reliquos ministros, secũ habeat. Qui sacris induti vestimẽtis, a frõte & a tergo: & presbyteri e regione, dextra leuaq;, cõtrito corde & humiliato spiritu, ac prono stent vultu: custodientes eum a maliuolis hominibus, & consensum præbeant eius sacrificio. hæc ille. Quæ etiam adducuntur in volumine decretorũ: de consecratione, distinctione prima. cap. episcopus. In his autẽ verbis per reliquos ministros post subdiaconos, haud dubie intelligi debent ij, qui minores sunt ordines adepti, ordinatiq; in illis ad ministeriũ ecclesię. Nam & hos cõuenit episcopo sacrificãti assistere: præsertim lectores & acolythos. Fuerãt

Sãctus Ignatius.

Clemẽs papa

Anacletus papa.

8 itaq; eo tẽpore introducti minores: & in vsu habebãtur ecclesiæ. ¶ Idem quoq; cõtestatur beatus Ambrosius: subdiaconatus scilicet & minorum ordinum traditionem, fuisse ab initio nascentis ecclesiæ, & tempore apostolorum. Nempe exponens illud apostoli verbum: ad Ephesios quarto capite conscriptum de Christo. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euãgelistas: & reliqua. nomine apostolorum, prophetarum, & euangelistarum, pastorũ & doctorũ: perhibet ibidem recte quoq; intelligi supra dictos ordines, etiã minores. hoc modo. Apostoli: episcopi sunt. Prophetę vero, explanatores sunt scripturarũ. q̃uis inter ipsa primordia fuerint prophetæ, sicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, sicut continetur in actibus apostolorum: sed propter rudimenta fidei cõmendanda. Nunc autem: interpretes, prophetæ dicuntur. Euangelistæ: diaconi sunt, sicut fuit Philippus. Et q̃uis non sint sacerdotes: euãgelizare tamen possunt sine cathedra. quemadmodũ & Stephanus: & Philippus memoratus. Pastores sunt & possunt esse lectores: qui lectionibus saginent populum audientem. quia non in pane tantum viuit homo: sed & in omni verbo quod procedit ex ore dei. Magistri vero: exorcistæ sunt. quia in ecclesia ipsi compescunt & verberant inquietos. Siue hi, qui lectionibus incumbẽtes: infantes solebant imbuere, sicut mos Iudæorũ est. Quorum traditio, ad nos transitum fecit: quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos, post episcopum, plus esse intelligitur: qui propter reseratum occultum scripturarum sensum, prophetare dicitur. præsertim: quia futurę spei verba depromit. qui ordo: nũc potest esse presbyterij. Hęc ad verbum Ambrosius. In quibus, gradus illos ecclesiasticos: apostolos, prophetas, euãgelistas, pastores & doctores: quos dicit inibi apostolus a Christo esse cõstitutos ad ædificationem ecclesiæ, ipse beatus pater Ambrosius accõmodat etiam ad ordines ecclesiasticos. & maiores & minores. nã nec lectores prętermittit: nec exorcistas. Quis igitur addubitet, eosdem cum cæteris eiusdem qualitatis minoribus ordi
9 nibus: fuisse in primordio ecclesiæ? ¶ Ad hæc. Magister sententiarum, in quarti sui libri distinctione vicesimaquarta: omnium istorum ordinum etiam minorum explicat figurã, in veteri testamento expressam. & quomodo euiusq; illorum officiũ, Christus cũ in terra diuersaretur: exercuit in sua ipsius persona. At quare singulorum illorum ordinum etiam minorũ munus, in seipso exprimere & per seipsum obire dignatus est Christus, in huius vitæ incolatu: nisi vt ipse suo nos edoceret exemplo, illos inferiores ordines etiam ad suæ ecclesiæ decorem & ornatum pertinere, & in primo ipsius exortu illos quoq; haud minus atq; maiores, institui debere? Suo sane facto dilucide monstrauit: quid in sua ecclesia fieri voluit,

Ambrosius.

Actuum. 21.

Actuum. 6. & 8.

Actuum. 6. & 7.

Deutero. 8.

Magister sententiarũ.

& quidnã per eos, quibus ordinãdam cõmissurus erat ecclesiam: statuerit exerceri. Sũt igitur & ipsi minores ordines, instituti in prima ecclesię fundatione: & deinceps assiduo vsu frequẽtati. ¶ Rursus. Id absurdũ prorsus & irrationabile foret: q̃ in veteris testamenti tabernaculo, ac ministerio illius templi (quod solum vmbra erat & typus: functionum ac ministrationum noui ritus, & testamẽti) tanta fuerit ministrorum varietas ac multiformitas a domino instituta. & in sacerdotio legis euangelicæ, lõge excellentiore & perfectiore, nec ipse Christus nec eius apostoli a spiritu sancto edocti, instituerint ministros omnes: qui ad conueniẽtem eius & debitam functionem requiruntur. Quales sunt etiam ministri, inferiores ordines sortiti. quandoquidem sine illis: nec decenter nec integre ecclesiasticũ exerceretur ministerium. Cum itaq̃ synagogam adornauerit ipse dominus ex sua institutione, tam varijs & multiplicibus ministrorũ generibus: vt sacerdotibus, leuitis, cantoribus, lectoribus nathinæis, exorcistis, excubitoribus & ostiarijs, lucernarumq̃ & lampadum cõcinnatoribus, ac cæteris, in veteri pagina nominatim expressis: nonne credendus est etiã suam ecclesiã (quæ veritas est synagogæ & archetypus) decorasse multiformi & diuerso ministrorũ genere, qui ad ecclesiasticam functionẽ obeundam & congruentes sint & necessarij? Certe id existimandum. & procul dubio asseuerandũ: ipsos minores ordines, a primo statim ecclesiæ exordio institutos esse, ad eius ornatum & decorem. ¶ Demum. Minorum ordinum constitutionem approbant etiam sacra cõcilia & summorum pontificum decreta, ante non adducta. Vtputa concilium Laodicense: cap. vicesimotertio, & sequentibus. Calcedonense. cap. decimoquarto. Carthaginense tertium: cap. decimonono. Carthaginense quartum: cap. sexto, & sequentibus. Toletanum primum: cap. quarto. Toletanum quartum: cap. quadragesimo. Braccharense primum: cap. vicesimooctauo, & sequentibus. Insuper secunda epistola beatis Clementis. Decretum quoq̃ Innocentij primi: ad Felicem. & decretũ Zozimi: cap. tertio. vt liquet: hæc sedulo perquirentibus. ¶ Postremum. Repudiatio ipsorum minorũ ordinũ atq̃ refutatio: tanq̃ erronea & hæresim spirans ac subolens, iam olim ab ecclesia est condẽnata. Est enim illa prædictorum ordinum abnegatio: error Armeniorũ, Valdensium, & Viclefi: multis retro seculis explosus & reiectus. Quid igitur nunc iuuat tenebris illis adhuc inuolui, & cæca detineri noctis caligine? Nõne satius est, opacitati lucem anteferre veritatis: clarũq̃ diem nocturno horrori? Cæterum nũc diluendæ sunt aduersariorum obiectiones.

Numeri. 4.
1. Para. 25.
Hæretici neãtes minores ordines.

¶ Primum quidem obiectãt nobis & adducunt aliquos iuris põtificij canones: qui videntur prædictis e directo repugnare. In epistolis enim de-

cretalibus (inquiũt) titulo de ætate & qualitate & ordine præficiendorũ. cap. a multis. ab Innocentio tertio idipsum proponitur: q̃ Vrbanus primus dixerit sacros ordines, solũ diaconatum & presbyteratũ. & q̃ illos solũ: legatur ecclesia primitiua habuisse. Quæ sentẽtia Vrbani primi, habetur in libro decretorum: distinctione sexagesima, cap. nullus. Nõ erat igitur tempore primitiuæ ecclesiæ subdiaconatus: nec minores ordines. ¶ Respõsio. Ex verbis ipsis Vrbani primi, colligitur recta præsentis obiectionis dissolutio: qui dixit, sacros quidem ordines in ecclesiæ primordio: fuisse dũtaxat diaconatum & presbyteratum, secundum cõmunem omnium existimationem atq̃ reputationem. nõ tamen idcirco negat, & alios tum fuisse ordines ecclesiasticos non sacros: aut qui eo nascentis ecclesiæ tempore non passim ab omnibus reputabãtur sacri, qualis tũc fuit subdiaconatus. Sic & ecclesia primitiua legitur solum illos duos ordines diaconatum & presbyteratũ habuisse: tanq̃ omniũ reputatione sacros. Nihilo secius & alios simul habuit ordines ecclesia: in suo primo exortu. aut qui eo tẽpore non habebãtur passim ab omnibus sacri: quemadmodum subdiaconatus. aut qui nunq̃ postea etiam habiti sunt sacri: vt quatuor minores ordines. Attamen vt non sacri, fuerunt illi ordines, ab ipsis
2 ecclesiæ rudimentis: quod sufficit præsenti negotio. ¶ Secundo. Afferũt iterum in suæ robur assertionis aduersarij: idem cap. a multis. ex epistolis decretalibus prius citatum. In quo paulo inferius dicit Innocẽtius tertius: q̃ hodie subdiaconatus inter sacros ordines cõputatur. Pro qua sententia citat ibidem Vrbanum secundum: in cap. erubescant. quod habetur in volumine decretorum, tricesimasecũda distinctione. Si hodie igitur cõputatur ipse subdiaconatus inter ordines ecclesiasticos, consequens est, q̃ antea inter eosdem non computabatur. & ita non erat in primitiua ecclesia: quare nec minores ordines tunc erant. ¶ Responsio. Pene eadem quæ priori cauillationi: & huic est adhibenda dissolutio. Vtpote Innocentium in loco assignato non simpliciter dicere: q̃ subdiaconatus nõ fuerit in primitiua ecclesia. sed id solum: q̃ hodie idem ordo inter sacros ordines connumeratur. Ex quo non recte colligere possis: q̃ subdiaconatus, in principio nascentis ecclesiæ non fuerit. sed id solum: q̃ in exordio surgentis euangelicæ legis nõ computabatur passim ab omnibus inter sacros ordines. Erat vtiq̃ tunc subdiaconatus: & habebatur in numero ordinum ecclesiasticorum. sed necdum ab omnibus passim existimabatur sacer, tametsi nunq̃ nõ fuerit sacer. Postea vero: idem ordo ab omnibus habitus est sacer. Illud autẽ, q̃ nondũ tũc reputabatur ab omnibus sacer ordo, subdiaconatus: nostrũ nõ potest infirmare propositũ. ¶ Ter-
3 tio. Ex iuris põtificij sanctionibus, insuper aliũ adducunt canonem: qui

Innocentius tertius.
Vrbanus primus.
Innocentius tertius.
Vrbanus secundus.

habetur in libro decretorũ, vicesimaprima distinctione. cap. decretis. In
Gratianus. cuius fine dicit Gratianus. Hanc eandem formam apostoli secuti: in sin-
gulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerũt. Leuitas autem,
Actuum. 6. ab apostolis ordinatos legimus: quorũ maximus, fuit beatus Stephanus.
Subdiaconos vero & acolythos: procedente tempore, ecclesia sibi consti
tuit. Quibus verbis innuit Gratianus: subdiaconatum & inferiores ordi
nes institutos esse ab ecclesia, quę secuta est apostolos. quod ijs quæ supra
sunt proposita: omnino repugnat & aduersatur. ¶ Responsio. Postre-
mum illud Gratiani verbum de subdiaconis & acolythis: nequaq̃ intelli
gendum est de prima eorũ institutione. Quoniam ea: tempore apostolorum haud dubie facta est, & non tempore subsequente ætatem illam: & seculum apostolorum. cũ in canonibus apostolorũ, supra adductis in rationibus præcedẽtibus præsertim secũda & tertia: nominẽtur subdiaconi, & Onesimus epistolarum beati Pauli lator, nominetur acolythus: vt in prima ratione dictum est. Quod vtiq; factum nõ fuisset: nisi tẽpore apostolorum fuissent iam illi ordines cõstituti. Sed dictum illud Gratiani intelligendum est, quantum ad modum conferendi disiunctum & separatum tempore: a collatione superiorum ordinum. Quoniam tempore apostolorũ saltem circa primæuam eorum ætatem, propter paucitatem ministrorum & idoneitatem suscipientium: subdiaconatus & inferiores ordines (vt sentiunt grauissimi authores) simul conferebantur cum ordine diaconatus, quemadmodum in multis ecclesijs etiam nunc omnes quatuor minores ordines: simul eidem conferuntur. Postea vero crescente fidelium ac ministrorum numero constitutũ est, q̃ de cætero diaconatus: discreta ab alijs inferioribus ordinibus sacratione, conferretur. & subdiaconatus itidem per se: & disiuncta secundum tempus, ab alijs minoribus ordinatione. & minores itidem ordines per se: atq; separatim. Hanc autẽ disiunctionem & discretionem sacrationũ, prædictorum ordinum, qui prius solebãt simul eidem conferri: constituit ecclesia post tẽpora apostolorum, aut saltem circa posteriorem ipsorum in hoc vitę incolatu moram & ætatẽ. Et hoc solum vult innuere atq; designare Gratianus in verbis postremis: obiectioni insertis. Verũ illud nullo pacto militat cõtra nos: neq; nostrũ infirmat propositum. ¶ Quarto. sic 4
insistunt aduersarij. In canonibus apostolorũ & decretis summorũ põtificum, qui in primitiua ecclesia sedem apostolicam sunt moderati: nominantur ferme semper, episcopi, presbyteri & diaconi. & nunq̃: subdiaconi, acolythi, ostiarij, aut alijs minoribus ordinibus initiati. Hoc igitur magnum est argumentum: q̃ nec subdiaconatus nec inferiores ordines, fuerint in vsu tempore apostolorum. Nam si tum fuissent instituti: nõ

minus certe fuissent nominati in canonibus apostolicis, aut decretis primorum summorũ pontificum: q̃ superiores ordines. ¶ Responsio. Rationes superius adductæ in hoc capite, & authoritates illis insertæ: manifeste produnt id falsum esse, quod hic assumũt aduersarij. Nam in canonibus apostolorũ ante positis: nominãtur subdiaconi & lectores. A Dionysio itidem & Ignatio, Clemente & Anacleto: aut exprimuntur nominatim prædictis ordinibus initiati, aut insinuãtur communi nomine clericorum vel ministrorum. Q̃z autem frequẽtius & sæpius in canonibus & decretis apostolicis aut conciliorum, nominentur episcopi, presbyteri & diaconi: factum esse putari potest, propter eminentem eorum ordinũ dignitatem & excellentiã: longe sublimiorem & perfectiorem, q̃ sit aliorum ordinum conditio ac gradus. Et plerunq; sub illis tribus eminẽtioribus ordinibus nominatim expressis: reliqui inferiores comprehenduntur. quẽadmodum eiusdem generis species minus perfectæ: contineri intelligũtur interdum sub perfectioribus speciebus, nominatim explicatis
5 & expressis. ¶ Quinto. ita insurgunt. Beatus Paulus in prima ad Timo 1. Timoth. 3.
theũ epistola, & in ea quã scribit ad Titum: edocet aperte, quibus mori- Titum. 1.
bus pręditi esse debeãt episcopi, similiter & diaconi. De subdiaconis autẽ & acolythis, ac cęteris, minores ordines sortitis: quonã pacto vitã suã debeant instituere, aut suos cõponere mores: ne vnũ quidem verbũ facit. Signum est igitur: hos inferiores diaconatu ordines, nõ fuisse institutos tempore apostoli. Alioqui ad illos bonis moribus instituendos, non minus fuisset sedulus & diligens: q̃ ad episcopos & diaconos. ¶ Respõsio. Q̃z inualida & infirma sit hæc consecutio atq; illatio, eo ipso constat: q̃ consimili prorsus ratiocinatione cõcluderetur, & presbyteratus ordinem non fuisse constitutum tempore apostoli. quoniam peculiarem nõ facit ipse mentionem de institutione, siue recta instructione presbyterorum: neq; in illo ad Timotheum & Titum loco ante citato, quicq̃ de illis lo-
quitur. Falsum est autẽ, ordinem ipsum sacerdotij necdum fuisse insti- Titum. 1. 1. Timoth. 5.
tutum tempore beati Pauli: cum ipse in suis epistolis sæpius presbyterorum meminerit. Cæterum quemadmodum ipse edocens quibus adornatus virtutibus esse debeat episcopus: simul etiam insinuat qualis esse debeat presbyteri vita, propter illorum duorum graduum, inter se tamen diuersorum: cognationem ac affinitatẽ. Sic diaconos apostolus rectis morum documentis instituens: pariter edocet & subdiaconos, & cæteros, minoribus insignitos ordinibus, q̃ quandam habeãt cum diaconis germa-
6 nitatem: conuenientiam & habitudinẽ. ¶ Postremum. & hunc mouent cauillum. Si minores illi ordines fuissent tempore apostolorum instituti: scriptura noui testamẽti aliquam de illis faceret mẽtionem, aut saltem

eos nominaret. Nunc autē: nuſq̄ illorum meminit. Non igitur tunc inſtituti fuere. ¶ Reſpōſio. Prorſus a veritate alienū eſt: quod hic primo aſſumitur loco. Multa ſiquidem, tēpore apoſtolorum fuerunt ordinata (quorum plæraq: etiam a Chriſto, primario authore ſunt deriuata) quæ tamen non ſunt expreſſa in noui teſtamēti pagina. vt ſupra diffuſius eſt declaratū: in quinto & ſeptimo huius operis capite. Falſum eſt etiā, quod hic ſecundo aſſumitur loco: ſcripturam ſcilicet noui teſtamēti nuſq̄ meminiſſe minorum ordinum, ſaltem quātum ad eorū præſignationem, &
Ioannis.10. quādam ſignificationem. Nam Chriſtus in parabola de paſtore bono &
Ioannis.8. ouibus, apud Ioannem: de oſtiario loquitur ęnigmatice, ſeq; lucem mun-
Luce.4. di profitetur. & apud Lucam: lectoris functus eſt officio. De exorciſtis
Actuum.19. autem: decimūnonum caput actuum apoſtolorū plane loquitur. Occurrent & alia loca: ſedulo quærentibus.

¶ Euchariſtiam in miſſa conſecratam & oblatam: verum eſſe nouæ legis ſacrificium. Cap. XVII.

Anctiſſimo euchariſtiæ ſacramento Lutherus multū etiā detrahit, ac adimit dignitatis & excellentię: quando ipſum in ſacro miſſæ officio conſecratū & immolatū, abnegat eſſe ſacrificium. cū multis in locis ſuorū ſcriptorum: tum in ſuo libro admodum peſtilente, de abroganda miſſa priuata inſcripto. Vbi inſultans ſacerdotibus euāgelicæ legis: cum ſubſannatione ita eos interrogat. Dicite, vbi ſcriptum ſit: miſſas eſſe ſacrificia? Vbi docuit Chriſtus: panē & vinū cōſecratum offerre deo? Cui amarulentæ interrogationi, vt recta & vera adhibeatur reſpōſio: & doceatur Lutherus cū aſſeclis ſuis, aut quod ignorauit, aut quod ſe ignorare ſimulauit, aut fortaſſe ſcire noluit: hæc proponitur veritas catholica, peſtiferæ illius aſſertionis penitus eneruatiua.

Auguſtiſſimum euchariſtię ſacramentū in officio miſſæ conſecratum, verū eſt & ſingulare legis euangelicæ ſacrificium: quod per manus ſacerdotum deo quotidie pro viuorum & mortuorū ſalute offertur.

¶ Quæ ex ipſo primum ſacrarum literarū fonte: ita deducitur. Chriſtus 1
nō ſemel in ſcriptura dicitur eſſe ſacerdos ſecundum ordinem, ritum ac
Pſalmo.109. functionem Melchiſedech. vt in pſalmo centeſimonono, & in epiſtola
Hebr.6.&.7. ad Hebręos frequenter: potiſſimum in ſexto & ſeptimo illius capite.
Oportuit ergo ipſum, ſimile ſacrificium offerre: quemadmodum obtulit Melchiſedech. Alioqui: nō ſecundū eundem eſſet ordinē ſacerdos.
Gene.14. Atqui legitur ipſe Melchiſedech, in pane & vino obtuliſſe ſacrificium: Geneſis decimoquarto capite. & nō dicitur in tota ſcriptura ipſe Melchiſedech: aliud & alterius diuerſiq; generis libaſſe deo ſacrum. Oportet igi-

tur & Chriſtū, in pane & vino ſacrificaſſe: hoſtiamq; deo obtuliſſe. At iſtud nuſq̄ fecit Chriſtus, pręterq̄ in cœna vltima: quādo ſub ſpecie panis & vini, ſacramentū ſui corporis ſacri & ſanguinis inſtituit. Nō enim in cruce ſeipſum offerēs pro noſtra ſalute: ibidē ſub forma panis & vini, ſed in naturali cōſpicuaq; omnibus in propatulo ſubſtātia: ſuū ſacratiſſimū corpus & ſanguinē, immo ſeipſū totū obtulit. Cōſequens eſt igitur: Chriſtū in cœna illa poſtrema ſacrificaſſe, ſuūq; corpus & ſanguinē deo ſub ſpecie panis & vini obtuliſſe: quando primū ſublime illud myſteriū,
2 & venerabile euchariſtię ſacramentū inſtituit. ¶ Cōprobat idem propo ſitū quod modo illatū eſt, & ſancta eccleſia: in officio primarū veſperarū ſolēnitatis ſacri corporis Chriſti, hāc primam cōcinens antiphonā. Sacerdos in æternū Chriſtus dominus, ſecundū ordinē Melchiſedech: panē & vinū obtulit. Vbi nomine panis & vini, accipiendū eſt ſacrū Chriſti corpus & ſanguis: ſub ſpeciebus panis & vini cōſiſtens. ſecundum eū loquēdi morē, admodum vſitatū: quo res ſignatæ ac cōtentæ, nomine ſignorū & continentiū ſæpius exprimūtur. Illā vero oblationem nō legitur Chriſtus vſpiam feciſſe: niſi (vt ante iam dictū eſt) in vltima illa cœna: cū primā fecit illius altiſſimi myſterij inſtitutionē. Eſt igitur ſacratiſſima euchariſtia: ex prima Chriſti ordinatione ſacrificiū. Q; ſi Lutherus, id eccleſię officiū & productā ex eo particulā prædictā paruipendat: nihil hoc quēpiā mouere debet. cū perſuaſum cuiq; iam eſſe oporteat: maximę authoritatis eſſe eccleſiæ ritū, conſuetudinē, & vſum. quem qui cōtemnit: nihil
3 illi vt degeneri filio eſt cū eccleſia cōmune. ¶ Cōfirmat & eandem ſentē-
riā de oblatione panis & vini per Chriſtū facta, beatus Cyprianus, in ſe-
cūdo libro epiſtolarū, ad Cæciliū ſic ſcribēs. Vt ergo in Geneſi, per Mel- Cyprianus.
chiſedech ſacerdotē benedictio circa Abraham poſſit rite celebrari: præ- Gene.14.
cedit ante imago ſacrificij, in pane & vino ſcilicet cōſtituta. Quam rem
perficiens & adimplens dominus: panē & calicem mixtum vino obtulit. Matth.26.
& qui eſt plenitudo: veritatē præfiguratæ imaginis adimpleuit. hæc ille. Marci.14.
At vbi & quando obtulerit Chriſtus panē & calicem vino mixtū, nullus Lucæ.22.
aſſignare queat tēpus & locū: niſi in cœna nouiſſima, facta in cœnaculo
cum ſuis diſcipulis. Ergo tunc illud myſterium inſtituit: vt ſacrificiū fo
ret nouæ legis. & ſuo ipſius facto, ſcilicet oblatione illius tunc deo exhi-
4 bita: idipſum mōſtrauit. ¶ Accedit autē ipſi Cypriano etiā Ioannes Da Damaſcenus
maſcenus, in quarto libro de fide orthodoxa. cap. decimoquarto. ita figu Gene.14.
rā illā ſacrificij Melchiſedech, ſuæ veritati & archetypo accommodans.
Pane & vino ſuſcepit Melchiſedech, Abraham ex cæde alienigenarum: qui erat ſacerdos dei altiſſimi. Illa menſa: hanc myſticam præfigurauit menſam. velut & ſacerdos ille: Chriſti veri ſacerdotis figuram præ ſe

Pſalmo.109 ferebat,& imaginem. Tu es(inquit)ſacerdos in æternum:ſecundum ordinem Melchiſedech.hæc ille. Q; ſi ſacerdotium Melchiſedech,erat figura ſacerdotij Chriſti,ſecundum eundem in vtroq; ſacerdotio ritum & ordinem: oportuit profecto Chriſtum, tale ſacrificium & in ſimilibus rebus exhibere,ſcilicet in pane & vino:quale ipſe Melchiſedech ante obtulerat. Nuſq; autem Chriſtum id exhibuiſſe cõperias:niſi in ipſa cœna, & prima euchariſtiæ inſtitutione. Eam igitur tũc inſtituit & obtulit: vt ſacrificiũ. ¶ Adde, q; idem euchariſtię myſteriũ,quod inſtituerat Chri- 5
Lucæ.22. ſtus in nouiſſima cœna: mandauit apoſtolis tum præſentibus, eſſe dein-
1.Corin.11. ceps faciendum in ſui commemorationem. per hęc verba:apud Lucam, & Paulum in prima ad Corinthios epiſtola, cõſcripta. hoc facite in meã commemorationem. Facite inquam:id eſt conſecrate, offerte, & ſumite de cætero:in mei memoriam,vti id nũc factũ a me videtis. Quod Chriſti mandatum & præceptũ exequẽtes poſtea apoſtoli: ipſi eccleſiæ catholicæ tradiderũt ritum conſecrandi euchariſtiã,& offerendi in ſacro miſſę officio. Eũ vero ritũ & vſum conſecrandæ euchariſtiæ,ac offerendæ deo in myſterio miſſæ,eccleſia ſancta ab apoſtolis acceptũ: hactenus ſine intermiſſione eſt proſecuta,ac frequẽtauit. atq; ad cõſummationẽ vſq; ſeculi,proſequetur hũc ſacrificij modũ & ordinẽ:atq; frequẽtabit. Ex hac igitur Chriſti iuſſione,& cõmiſſione apoſtolis tradita:conſtat ſacroſanctam euchariſtiã in miſſa oblatã & conſecratã,eſſe ſacrificiũ. ¶ Inſuper, 6
Mala.1. Cũ apud Malachiã denũciauit dominus oraculo prophetico,ſe repudiaturũ veteris legis hoſtias & ſacrificia:mox ſubiunxit. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum:magnum eſt nomen meũ in gentibus. Et in omni loco: ſacrificatur & offertur nomini meo,oblatio munda. quia magnum eſt nomen meũ in gentibus:dicit dominus exercituũ. Sed quænam (obſecro) eſt ea oblatio munda: de qua dominus ibidem per prophetam loquitur? Nunquid oblatio Chriſti in cruce:pro humani generi redẽptione? Nequaq;. Nã illa nõ in omni loco:ſed tãtum in Iudæa,iuxta Hieruſalẽ facta
Pſalmo.75. eſt. Neq; tunc adhuc erat magnum dei nomen in gentibus:ſed notus tantũmodo tũ erat in Iudea deus,& in Iſrael,magnũ nomen eius. Quinimmo ſacri omnes authores,loci illius prophetici interpretes: oblationẽ illã mundam perhibẽt eſſe immolationẽ puriſſimi corporis & ſanguinis domini in officio miſſæ: per omnem terrarũ plagam, in qua inuocatur nomen Chriſti,frequentatã. Eſt igitur illa:ſacrificiũ. ¶ Ad hęc. Apoſtolus 7
Hebræ.5. in ſua ad Hebręos epiſtola,cap.quinto,propriũ põtificis ac ſacerdotis deſignans officiũ,ait. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus,pro hominibus cõſtituitur:in ijs quæ ſunt ad deũ, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Quod eius verbũ:non modo de ſacerdotibus veteris legis,ſed &

nouæ,æque intelligitur. quoniam vtriq;:in hoc communi officio conueniunt. Per hanc igitur apoſtoli ſententiam: etiam ſacerdotes nouæ legis hoc funguntur officio & munere,vt aliquod offerant ſacrificium,euangelicæ legi peculiare & proprium: quod in propatulo & publice frequentetur,& coadunet omnes in vnius religionis profeſſionẽm. Nullum autem tale dederis ſacrificium,quod a ſacerdotibus euangelicis pro ſuo frequentetur officio:q; ſanctum euchariſtiæ ſacramẽtum,quod in ipſo miſſæ miniſterio a ſacerdotibus cõſecratur & contrectatur. Eſt igitur illud, verum nouæ legis ſacrificium:quod pro omniũ peccatis offertur. ¶ At
8 vero nõ poſſet hic quiſpiam cauillator ſubterfugium quærens, tergiuerſari: & cauſari, compunctionem ipſam cordis, elemoſynam, & orationem,ieiuniumq;,& alia bonorum operum exercitia:ſacrificia eſſe nouæ legis,exercẽdaq; pro toto illius inſtituti & ritus decurſu. neq; præter illa: aſſignari debere alia ſacrificia, ſacerdotibus euangelicæ legis propria. Nẽpe caſtigatio ac emaceratio corporis per ieiuniũ,orationes & elemoſynę,ac compunctio cordis:nõ minus fieri debebant in veteri teſtamento q; nunc in nouo. q; ad illa,tam antiqui patres q; nouæ legis cultores:fuerint obligati. Sunt & illa ſpiritualia bonorũ operum ſtudia: tam mulieribus q; viris in hac lege euangelica,cõmunia. cum & illæ, contritum cor, orationem,ieiunium & elemoſynam:vt ſpiritualia quædam ſacrificia & deo perq; grata,poſſint offerre. Nũc autem tale hic quæritur ſacrificium: quod legi euangelicæ ſit peculiare & proprium,& quod a ſolis viris eccleſiaſtico conſecratis miniſterio,poſſit rite offerri. Nullum autem tale occurrit: q; euchariſtiæ ſacramentum, quod in miſſa a ſacerdotibus conſecratur. Eſt igitur illud:verũ,vnicũ,& ſingulare legis nouæ ſacrificium.
9 ¶ Neq; eo etiam poſſent confugere aduerſarij: q; dicerent ſacrificium illud nouæ legis, peculiare & proprium illi inſtituto, eſſe immolationem Chriſti in cruce:factam pro ſalute noſtra. quãdo per ſpiritum ſanctum Hebræ.9. obtulit ſeipſum immaculatũ: oblationem & hoſtiam deo in odorẽ ſua- Epheſ.5. uitatis. Cuius quidem oblationis virtus & efficacia:in omnes extenditur hominũ generationes,ad finẽ vſq; ſeculi. Nam huiuſmodi oblatio Chriſti:ſemel tantum facta eſt,& in ipſo pene limine ac introitu legis euangelicæ. Nũc autem tale hic quæritur ſacrificium:quod ſit quantũ ad vſum, ipſi nouæ legi coæuũ,extendaturq; eius quotidiana frequentatio: per totum ipſius nouæ legis decurſum,& quandiu ipſa durabit. Quemadmodum ſacrificia legis naturę,tandiu obſeruata ſunt:donec ea lex durauit,& ſacrificia legis moſaicæ,quotidiano vſu ſunt frequentata:quouſq; lex illa ſuum habuit vigorẽ & decurſum. Huiuſmodi vero ſacrificiũ nouæ legis,neutiq; inuenias:q; euchariſtiæ ſacramẽtũ,in miſſa quotidie oblatum,

quod frequentatum eſt a principio nouæ legis : & ad finem vſq; mundi
aſſidue frequentabitur. Iure igitur, ipſum: dicitur noſtræ legis ſacrificiũ.
¶ Huic accedit, q̃ ſicut cuiq; legi ſuũ eſt ſacerdotium : ita & cuiq; ſacer- 10
dotio ſuum eſt ſacrificium. vt neq; legem aliquam ſine ſacerdotio: nec ſa
cerdotiũ vllum ſine proprio ſacrificio, vno aut pluribus, inuenias. Quod
& in lege naturæ & Moſaica: promptũ eſt inuenire. immo vero & apud
ethnicos, idolorumq; cultores: nõ erat inuenire legem aliquam totius po-
puli & regionis, ſine ſacerdotio: nec eorum ſacerdotium, ſine ſacrificio.
q̃uis ſacra eorum : & prophana fuerint, & vanitatis ac impietatis plena.
Si itaq; negauerit quiſpiam, ſanctam euchariſtiam in miſſa conſecratam
eſſe ſacrificiũ: is ſuſtollit penitus omne legis nouæ ſacrificium, quod pe-
culiariter & adæque illi reſpondeat. cum nullum aliud tale : in tota lege
euangelica aſſignari queat, vt oſtẽſum eſt. Quare & ipſius Chriſti etiam
aufert ſacerdotium, ſecundum ordinem Melchiſedech: & ita demum, to
tam etiam legem nouam ſubruit. Ecce quanta hãc Lutheri inſaniam ſe-
quuntur incõmoda: quę vno ſuo incõuenienti dato, protinus apto ratio-
cinio cõſequuntur. ¶ Rurſus. Totius eccleſiæ publicus vſus ac ritus: etiã 11
comprobat id (quod aſtruimus) miſſæ ſacrificiũ. Nempe in orationibus
miſſarum ſecretis, proxime ante præfationem dici ſolitis : ſimiliter & in
orationibus miſſarum poſtremis, quæ dicuntur poſt communionem in
fine earum: ea quæ in ſacro altari primum conſecranda proponuntur, &
poſtea conſecrata a ſacerdote ſumuntur: ſæpenumero dicũtur ſacrificia,
hoſtiæ, & oblationes. Vt exempli gratia, in collecta, orationeq; ſecreta do
minicæ octauæ poſt feſtum ſanctæ Trinitatis : ſic orat ſuppliciter eccle-
ſia. Deus qui legalium differentias hoſtiarum, vnius ſacrificij perfectio-
ne ſanxiſti. accipe ſacrificium a deuotis tibi famulis: & pari benedictione
Gene.4. ſicut munera Abel ſanctifica. vt quod ſinguli obtulerũt ad maieſtatis tuę
honorem: cunctis proficiat ad ſalutem. Cuius quidem orationis prima
ſententia: id inſinuat, q̃ multiformitatem ac varietatem hoſtiarum vete-
ris legis: deus ipſe commutauerit in vnicum nouæ legis ſacrificium, om-
nium longe perfectiſſimum, vtpote in ſanctum illud ſanctorum : quod
in miſſa offertur. Quod ſane ſacrificium cum ſuſtollit Lutherus : legem
ipſam nouam deſtituit omni ſacrificio, & in abiectiorem detrudit con-
ditionem q̃ fuerit vnquam lex vetus : a multiplici ſacrificiorum genere,
non parum ornatus ſortita. ¶ In ſacro etiam canone miſſæ, tam ante cõ 12
ſecrationem ſacrorũ myſteriorum, q̃ poſt eam: panis & vinum quæ con
ſecranda proponuntur, dicuntur nunc ſacrificia, nunc oblationes. & ipſe
ſacerdos ſacra faciens: ſe offerre illa, nomine totius fidelium cœtus conte-
ſtatur. Vt cum ante conſecrationem diuinorum ſacramentorum : dicit.

Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt : hoc ſacrificium laudis.
Similiter quando peracta iam conſecratione: ex inſtitutione eccleſiaſtica,
dicit idem ſacerdos. Offerimus præclarę maieſtati tuæ, de tuis donis ac da
tis: hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam. Et paulo
poſt. Sanctum ſacrificium: immaculatam hoſtiam. In his ſane, & alijs ſa
cri canonis locis, ſacroſancta euchariſtia quæ in altari conſecratur: nun-
cupatur modo ſacrificium, modo hoſtia, modo oblatio. non quidem ex
vſu recens introducto: ſed diuturno, & antiqua iam conſuetudine proba
to. Eſt igitur ex totius eccleſiæ iudicio & aſſenſu: euchariſtia, ſacrificiũ.
13 ¶ Canonicæ præterea ſanctiones, & conciliorum decreta : idem plurifa-
riam teſtificantur, in miſſa ſcilicet verum offerri ſacrificium. Quippe in
primo libro epiſtolarum decretalium : titulo de ſumma trinitate & fide
catholica. cap. firmiter credimus. Innocentius tertius, ex concilio genera-
li Lateranenſi: hoc depromit decretum. Vna vero eſt fidelium vniuerſa- *Innocentius*
lis eccleſia: extra quam nullus ſaluatur. In qua idem ipſe, ſacerdos eſt & ſa *tertius.*
crificium: Ieſus Chriſtus. hæc ibi. At Chriſtus ipſe, ſummus ſacerdos no
uæ legis, nunc eſſe non poteſt ſacrificium in eccleſia, nec ita dici: niſi quo-
niam ipſe offertur in miſſæ officio per miniſterium ſacerdotum, ſub for
ma panis & vini. Q̃uis enim in ara crucis ſeipſum deo offerens pro no- *Ephe.5.*
bis, etiam ſacerdos fuerit & ſacrificium : illa tamen ſui oblatio, iam olim *Hebræ.9.*
eſt facta, nec vnquam poſtea repetita. Prædictus autem canon loquitur
de ſacrificio: quod quotidie frequẽtatur in eccleſia ſancta, & aſſiduo vſu
exercetur in ſacro miſſæ officio. Eſt igitur ſacra euchariſtia, in eo rite con-
14 ſecrata: verum nouæ legis ſacrificium. ¶ Aſtipulatur eidem & Alexan-
der papa, huius nominis primus: hiſce verbis, quæ in libro decretorũ, de
conſecratione, diſtinctione ſecunda. cap. nihil. etiam recitãtur. Nihil (in- *Alexander*
quit) in ſacrificijs maius eſſe poteſt: q̃ corpus & ſanguis Chriſti. nec vlla *papa.*
oblatio, hac potior eſt: ſed omnes hæc præcellit. Quæ pura cõſcientia do
mino offerenda eſt: & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneran-
da. & ſicut potior eſt cæteris: ita potius excoli & venerari debet. hæc ille.
In quibus verbis non modo ſanctus Alexander, glorioſo inſignis marty
rio : ipſam euchariſtiam vocat oblationem & ſacrificium, verum etiam
perhibet eſſe ſacrificium omnium potiſſimum atq; excellentiſſimum, vt
& vere eſt. Sunt & in prædicto libri decretorum loco, vtputa de cõſecra.
diſtinct. ſecũda: cõplures alij canones & ſummorum pontificũ, & ſacro-
rũ cõciliorum, authoritateſq; ſanctorũ patrum, in diuerſis capitibus illius
diſtinctionis citatæ: aperte idem teſtificãtes, & nuncupãtes ſanctũ eucha-
riſtiæ ſacramentum in miſſę officio conſecratũ: nomenclatura ſacrificij.
quoniã illud: apud priſcos patres & totã eccleſiã, ſemper fuit indubitatũ.

A quibus nunc adducẽdis ſuperſedendum duxi: vt breuitati ſtudeam ac
conſulam. Recurrant ſedulo ad eũ locum: qui plura efflagitant huius rei
teſtimonia. ¶Eãdem quoq; ſententiã affirmãt ſancti eccleſiæ doctores: 15
& ſplendida luminaria. E quorũ numero nunc vnũ proferã: beatum ſci-
licet Auguſtinũ, eximium eccleſiæ iubar. qui in decimiſeptimi libri de ci
uitate dei, cap. viceſimo. idipſum his verbis atteſtatur. Participem autem
Auguſtinus. fieri mẽſæ illius (ad quam ſcilicet: diuina ſapientia vocat inopes ſenſu, di-
Prouer. 9. cẽs. Venite & mãducate de panibus meis: & bibite vinũ quod miſcui vo-
bis) ipſum eſt incipere habere vitã. Nam & in alio libro qui vocatur Ec-
Eccle. 5. cleſiaſtes: vbi ait. Non eſt bonum homini: niſi q̃ manducabit & bibet.
quid credibilius dicere intelligitur: q̃ quod ad participationem mẽſæ hu-
Matth. 26. ius pertinet, quam & ſacerdos ipſe, mediator teſtamẽti noui: exhibet ſe-
Pſalmo. 109. cundum ordinem Melchiſedech de corpore & ſanguine ſuo? Id enim ſa-
crificium, ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamẽti: quæ immo-
labantur in vmbra futuri. Propter quod, etiam vocem illam in pſalmo
triceſimo & nono: eiuſdem mediatoris per prophetam loquentis, agno-
Pſalmo. 39. ſcimus. Sacrificium & oblationem noluiſti: corpus autem perfeciſti mi-
hi. quia pro illis omnibus ſacrificijs & oblationibus: corpus eius offertur,
& participantibus miniſtratur. hæc Auguſtinus ibidem. In quibus ver-
bis, non modo ſanctã euchariſtiam in miſſa cõſecratam vocat ſacrificiũ,
ſed & omniũ veteris teſtamẽti ſacrificiorum cõſummationẽ ac veritatẽ.
In cõpluribus etiã alijs ſuorũ operũ locis, diuerſiſq; libris: idem ſacer au-
thor eandem approbat ſententiã. Quinimmo & cæteri omnes ſacri do-
ctores, tam græci: vt Chryſoſtomus, Baſilius, Damaſcenus, Cyrillus: q̃
latini, vt Hieronymus, Ambroſius, Gregorius, Cyprianus: eidem ſub-
ſcribunt aſſertioni, q̃ ſacramentũ euchariſtiæ in miſſę officio eſt ſacrifi-
ciũ. A quorũ citandis ſingulatim teſtimonijs, nunc abſtinẽdum putaui:
ne ſim prolixior æquo, & quoniã euoluẽti eorũ opera: in prõptu occur-
rent. ¶Demũ. ſanctam euchariſtiã in miſſa conſecratam miniſterio ſa- 16
cerdotũ, eſſe verum ſacrificiũ: confirmant & ſacra concilia, & ſummorũ
pontificũ decreta nõ pauca. vtpote canon apoſtolorũ: tertius & nonus. ſe
cunda epiſtola Clemẽtis ad Iacobũ: & alia eiuſdem epiſtola de officio ſa-
cerdotij. Cõciliũ Carthaginenſe tertiũ: cap. viceſimoquarto. Arelatẽſe:
cap. viceſimo. Valentinũ: cap. quarto. Toletanũ vndecimũ: cap. vndeci-
mo & decimoquarto. Toletanũ duodecimũ: cap. quinto. Decretũ Inno-
cẽtij primi: cap. ſecũdo. Braccharenſe primũ: cap. triceſimoquarto, & tri
ceſimoquinto. Decretũ Felicis quarti: cap. primo. Cõciliũ Viennẽſe ſub
Clemẽte quinto: titulo de celebratione miſſarum, & alijs diuinis officijs.
cap. graui nimiũ. in tertio lib. Clemẽtinarũ cõſtitutionũ. & plæraq; alia.

17 ¶Poſtremum. Oppoſita veritati in hoc capitę propoſitę ſentẽtia, de ſa-
crificio miſſæ: eſt error Aerianorum & Vicleſi, de quo in octaua ſeſſio- Ioannes Vi-
ne ſacroſanctæ ſynodi Conſtantienſis, fit mentio ſatis diffuſa. vbi inter cleſus.
quinq; & quadraginta illius articulos nominatim expreſſos & dãnatos:
recẽſetur & hic vnus eiuſdem articulus. Nõ eſt fundatum in euãgelio: q̃
Chriſtus miſſam ordinauerit. Ex quo clanculũ annititur idem hęreticus,
totũ ipſum miſſæ officiũ ſuſtollere: & auguſtiſſimũ ipſius ſacrificiũ re-
pudiare. Illam autẽ Vicleſi impietatem reſuſcitare nunc: immo adaugere
18 ſtudet Lutherus. ¶Q̃ vero illud digniſſimum ſacrificium offeratur in
eccleſia pro ſalute viuorũ & mortuorum, vt etiam propoſuit ante poſita
præſentis capitis veritas: dilucide cõſtat ex ipſius eccleſiæ antiquo vſu, in
miſſarum celebratione iam olim obſeruato. Secundum quẽ: in vna ſacri
canonis miſſæ parte, ea ſcilicet quæ cõſecrationẽ ſanctæ euchariſtiæ præ-
cedit: fit ſupplicatio a ſacerdote ſacra faciente, pro viuis. vt illis ad ſalutẽ
animæ & corporis: ea proſit ſacrorũ myſteriorum oblatio. In altera vero
eiuſdem canonis parte, illa ſcilicet quæ dictam cõſecrationẽ ſubſequitur:
pro defunctis etiam fit ſupplex ad deũ poſtulatio, vt & illis eadem ſacri-
ficij immolatio præſtet refrigerium. In pleriſq; itidem orationibus (quas
collectas vocãt) poſt cõmunionẽ dicendis in miſſæ cõſummationem: id
expoſcit ſancta eccleſia per miniſteriũ ſacerdotis ſacra celebrãtis, q̃ ſacra
illa myſteria, viuis & defunctis proſint ad veniã: pro quorum ſunt obla-
ta ſalute. q̃ itidem ſacramẽtum illud oblatum: ſit viuorũ atq; mortuorũ
remiſſio omniũ peccatorum. Quomodo autẽ has & cõſimiles orationes
deo funderet pia mater eccleſia: ſi nec viuis nec defunctis oblatio miſſæ
19 prodeſſet? ¶Hinc etiã Cabilonenſe cõcilium decreuit, pro defunctis in
miſſarũ celebrationibus preces nõ eſſe prætermittendas: ſed eorũ aminas
aſſidue deo & pia religione cõmendandas. Quemadmodum in libro de-
cretorum, de cõſecra. diſtinc. prima. cap. viſum eſt. teſtatur ex eo cõcilio
adductus canon: in hanc formã. Antiquitus hunc morẽ ſancta tenet ec- Concilij Cabi
cleſia: vt & miſſarũ ſolennibus & alijs precibus, domino ſpiritus quieſcẽ- lonẽſis decre
tium cõmendentur. dicente beato Auguſtino. Nõ ſunt prætermittendę tum.
ſupplicationes: quas faciẽdas pro omnibus, in Chriſtiana & catholica ſo- Auguſtinus.
cietate laudamus. hęc ibi. Ipſe prętera Auguſtinus: in Enchiridion dicit.
Neq; negandum eſt, defunctorũ animas pietate ſuorũ viuẽtium releua- Idem.
ri: cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel elemoſynæ in eccleſia
20 fiunt. hæc ille. ¶Deniq; cõſonat eidem Chryſoſtomus, atq; in eandẽ cõ Chryſoſtom.
ſpirat ſententiã: dicẽs. Non temere ab apoſtolis hęc ſancita fuerũt: vt in
tremẽdis myſterijs, defunctorum agatur cõmemoratio. Sciũt enim illis
inde multũ contingere lucrũ, vtilitatẽ multam. Cũ enim totus cõſtiterit

populus extenſis manibus,ſacerdotalis plenitudo & tremendum propo=
natur ſacrificiũ:quomodo deum nõ exorabimus,pro his deprecãtes?hæc
illæ. Ex quibus verbis perſpicue liquet,idipſum ex traditione eſſe apoſto
lorũ: q̃ in ſacro miſſæ officio fiat commemoratio defunctorum.vt illis
ad obtinẽdam requiem æternam: præſidium ferat dominici corporis &
ſanguinis oblatio. Verum quoniam poſterius de ſuffragijs viuorum pro
mortuis,peculiaris futurus eſt ſermo:hac de materia nunc ſermonem hic
contrahimus. & ad diluendas aduerſariorum obiectiones:quibus propo=
ſitam ante veritatem impugnant,accingimur.

Obiectiones aduerſariorũ

¶Primũ omnium obiectãt nobis nõnullas apoſtoli authoritates:in epi= 1
ſtola ad Hebręos cõſcriptas. Vt hãc:capite ſeptimo,de Chriſto. Qui nõ
habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum ſacerdotes) primum pro
ſuis delictis hoſtias offerre:deinde pro populi. hoc enim ſemel fecit: ſe=
ipſum offerendo. Rurſum & hanc:capite eiuſdem epiſtolę nono. Chri=
ſtus per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta:æterna redẽptione
inuẽta. Et paulo poſt. Nunc autẽ ſemel in conſummatione ſeculorũ:ad
deſtitutionem peccati,per hoſtiã ſuam apparuit. Deniq̃ & hanc,capite
eiuſdem decimo:etiã de Chriſto,noſtro põtifice. Vna oblatione cõſum=
mauit in æternũ ſanctificatos. Et rurſum:eodem loco. In qua voluntate
ſanctificati ſumus:per oblationẽ corporis Ieſu Chriſti, ſemel. Ecce(in=
quiunt)in omnibus his locis:Paulus vnicam cognoſcit & ponit oblatio=
nem Chriſti,& corporis eius:ſemel factam. Non igitur in miſſæ officio
Chriſtus quotidie offertur:nec ibidem eucharistia eſt ſacrificiũ. Alioqui
nõ ſemel Chriſtus:ſed plus q̃ millies offerretur. ¶Reſpõſio. Ad omnes
iſtas apoſtoli ſentẽtias:vno eodemq̃ modo adhibenda eſt dilutio. eas ſci=
licet vniuerſas intelligi debere de ea oblatione: qua Chriſtus ſeipſum ob=
tulit in cruce pro peccatis totius mundi expiandis, in forma quidem ſui
corporis viſibili: & ſecũdum mẽbrorũ diſtinctionẽ omnibus cõſpicua.
Huiuſmodi enim oblatio:ſemel tantũ facta eſt. q̃ Chriſtus ſemel dũta=
xat:in ara crucis mortẽ pro nobis pertulit. Et tertia die reſurgens a mor=
tuis,iam nõ moritur:mors illi vltra nõ dominabitur. At vero præter illã
oblationẽ: altera eſt oblatio corporis & ſanguinis Chriſti in ſacroſancta
eucharistia. nõ quidẽ ſub propria & naturali forma:ſed ſub integumẽto
ſpecierũ panis & vini. Et illa quotidie in officio miſſæ exercetur per mi=
niſteriũ ſacerdotũ:in recordationẽ & repreſentationẽ prioris illius obla=
tionis. Et hanc ob rem,ipſa eucharistia ſic oblata: vere dicitur & denomi
natur ſacrificium. Verũ de hac ſecunda oblatione:minime loquitur apo=
ſtolus,in prædictis ſuæ epiſtolæ ad Hebræos locis. Quocirca aduerſarij,
ſupra dictas Pauli ſententias: perperam applicant ad ſenſum alienum.

Hebræ.7.

Hebræ.9.

Hebræ.10.

Roma.6.

2 ¶Secundo ſic inſiſtunt. Eucharistia in miſſæ officio conſecrata:eſt me=
moria ſiue commemoratio ſacrificij oblati in cruce pro nobis. iuxta hæc
Chriſti verba. hæc quotienſcunq̃ feceritis:in mei memoriam facietis. Et *Lucæ.22.*
hæc itidẽ. hoc facite in meam cõmemorationem. Et ſecũdum etiam hæc
apoſtoli verba:ad Corinthios. Quotienſcũq̃ manducabitis panem hunc *1.Corin.11.*
& calicem bibetis:mortem domini annunciabitis,donec veniat. Non eſt
igitur illud ſacramẽtum in miſſa contrectatum:ſacrificium. Quomodo
enim ex memoria ſacrificij:vere ſacrificiũ quiſpiam fecerit? ¶Reſpon=
ſio. Admittẽdum quidẽ eſt:ſacramẽtum eucharistiæ in miſſa oblatum,
eſſe memoriã ſacrificij, prius in cruce immolati. ſed & illud adijciendũ:
q̃ ipſum non ſolũ eſt memoria & recordatio ſacrificij prioris,ſed etiam
eſt vere ſacrificiũ,in myſterio miſſæ oblatum:in expiationẽ quotidiano=
rum peccatorum,quę per nos cõmittuntur. Neq̃ illa duo adinuicem pu
gnãt,aut inter ſe aduerſantur:q̃ vnum & idem re ipſa ſit ſacrificiũ præ=
ſens,& memoria præteriti ſacrificij:ob diuerſas rationes. Siquidem eu=
charistia in miſſa conſecrata,ſi conferatur ad oblationem Chriſti in cru=
ce iam olim factam:dicitur illius ſacrificij cõmemoratio, & repræſenta=
tio. Si vero eadem conſideretur,vt a ſancta eccleſia in præſentia offertur
per miniſteriũ ſacerdotum ipſi deo,in miſſæ officio pro ſalute noſtra:ve
re eſt & dicitur ſacrificium. Haud ſecus atq̃ agnus paſchalis,necnon alię *Exodi.12.*
hoſtiæ veteris legis,quarum fundebatur ſanguis per cornua & crepidinẽ *Leuiti.3.*
altaris:vere erant illius ritus ſacrificia. & tamen ſimul erant figura & re=
præſentatio futuri ſacrificij:ſcilicet Chriſti in cruce pro nobis immolan
di,& ſanguinis ipſius effundẽdi. Neq̃ vnum illorum:alteri repugnabat.
3 ſed illa duo:vni & eidem,apte & recte cõueniebant. ¶Tertio. hoc iacu=
lo nos oppugnant. Oblatio Chriſti in cruce fuit ſufficientiſſima:ad tol=
lenda totius mundi peccata. ſecũdum illud verbũ beati Ioannis,in prima
ſua epiſtola canonica:de domino noſtro Ieſu Chriſto. Et ipſe eſt propi= *1.Ioan.2.*
ciatio:pro peccatis noſtris. Non pro noſtris autem tãtum:ſed etiam pro
totius mundi. Ergo non eſt nobis opus altaris ſacrificio:pro expiatione
peccatorum noſtrorum. Nempe illud ſuperadditum miſſæ ſacrificiũ:vi
deretur arguere impotẽtiam quandam & inefficaciam ſacrificij in cruce
pro nobis oblati. quaſi hoc nõ eſſet ſufficiens ad tollenda mũdi peccata:
ſed ad id opus efficiendum indigeret adiutorio, ſcilicet ſacrificio euchari
ſtiæ in altari. ¶Reſpõſio. Fatemur ingenue,ipſam Chriſti oblationẽ in
cruce fuiſſe ſufficientẽ & efficacem:ad tollendum vniuerſale mundi pec=
catum,per Adæ prę uaricationẽ in totam poſteritatẽ inductum,& etiam
ad tollenda peccata hominum particularia. Verũtamen ad hanc efficaciã
in omnes & ſingulos deriuandam:neceſſaria eſt applicatio meriti paſſio=

nis Chriſti ad nos, & cõmunicatio atq; participatio eius a nobis. Huiuſ-
modi autẽ applicatio ſiue diſtributio virtutis, dominicæ paſſionis: fit per
oblationẽ euchariſtiæ in miſſa. vt per illam efficiamur participes gratiæ,
per Chriſti paſſionem in totum mũdum diffuſæ: & obtineamus quoti-
dianorum delictorũ noſtrorum remiſſionem. Qui enim quotidie pecca
mus: certe quotidiana indigemus illa medicina & malagmate, ad occur-
rendum noſtræ fragilitati. Itaq; hæc altaris oblatio, nequaq̃ eſt argumen
tum inefficaciæ paſſionis Chriſti: ſed vtilis accommodatio virtutis eius
& efficaciæ in nos particulatim. quinimmo & eiuſdem paſſionis domi-
nicæ commemoratio iugis: atq; repræſentatio. Vt enim ſancta concinit
eccleſia: in ſacro illo conuiuio in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memo-
ria paſſionis eius. ¶ Quarto. ita in nos inſurgunt. Sacramẽtum euchari- 4
ſtiæ, quod in miſſæ myſterio conſecratur: cibus eſt & eſca animæ, & ab
ipſo ſacra celebrante ſumitur integre, atq; ſub vtraq; ſpecie. Non eſt igi-
tur illud: ſacrificiũ. De ratione enim ſacrificij, id eſſe dinoſcitur: q̃ totũ
deo offeratur, & nihil illius in humanũ vſum conuertatur & accõmode-
tur. ¶ Reſpõſio. Vnum quoddam ſacrificij genus in veteri lege, ſcilicet
holocauſtũ: totum ceſſit in dei ſortem, & nihil illius eſui humano reſer-
uabatur: q̃ totum debebat igne conſumi, ſecundũ poſitam a deo legem.
In alijs vero antiquę legis ſacrificijs, ea quę fuerũt oblata domino: poſtea
ceſſerunt in vſum edulij, ſacerdotibus, & interdum etiam ijs qui obtule-
rant eas hoſtias. Vnde cõpertum habemus, nullum eſſe incõmodum: ali-
quid vnũ & idem, eſſe ſacrificium & deinde cibum. q̃uis aduerſarij au-
Exodi.12. tument (ſed falſo) ea duo: non poſſe vni & eidem competere. Enimuero
Leuiti.24. agnus paſchalis apud Hebræos quotãnis ex inſtitutione diuina immola-
batur: & deinde totus manducabatur. Et panes propoſitionis etiam do-
mino erant conſecrati in ſacrificium: & poſtea a ſacerdotibus comedebã
tur. Ex eo igitur q̃ ſancta euchariſtia in miſſa poſtq̃ oblata eſt, a ſacer-
dote ſumitur: nõ efficax habetur argumẽtum nec firmum, q̃ ipſa in eo-
dem miſſæ myſterio nõ ſit ſacrificiũ. ¶ Quinto. hoc intorquẽt nobis ra 5
tionis iaculum. Sacramẽtum euchariſtiæ, quoddã eſt pignus diuinę pro-
miſſionis: de cõſequenda remiſſione peccatorum & vita æterna, per mã-
Ioannis.6. ducationem eius. Quam promiſſionem in euangelio ſępius replicat ipſe
Chriſtus: his verbis. Quicunq; mãducauerit ex hoc pane: viuet in æter-
num. Nõ igitur illud cũ in miſſa cõſecratur: eſſe poteſt ſacrificiũ. Diuer
ſa enim penitus & alia eſt ratio pignoris, atq; ſacrificij: neq; coincidunt.
¶ Reſpõſio. Neſcio qua dialectica imbutus eſt Lutherus: hanc & cæte-
ras hic poſitas, circa hanc materiã cõtexẽs ratiocinationes. Nempe ſecun
dum ſuam (non tamen rectam, nec Ariſtotelicam) dialecticam, quam in

hiſce rationibus exhibet, exiſtimat quæcunq; diuerſas inter ſe habent ra-
tiones: eadem quoq; re ipſa diſſidere, neq; eidem cohærere aut conuenire
poſſe. quod a veritate omnino eſt alienum. Siquidem vnus & idem ho-
mo: albus eſt, ſedens, veſtitus, & eruditus. attamen ea omnia: diuerſas in-
ter ſe rationes ſortiuntur. Et deus ipſe, vnus, atq; indiuiduæ & ſimplicis
ſubſtantiæ: ſecundũ diuerſas rationes dicitur omnipotens, ſapiens, ſuper-
bonus, perfectus, æternus. Sic & ſancta euchariſtia quæ in miſſæ conſe-
cratur officio: dicitur ſacrificium: quia a nobis deo offertur, ſecũdum ec-
cleſiæ inſtitutum. Eadem quoq; dicitur pignus: quoniã a deo indulta eſt
nobis tanq̃ arra quędã & certificatio gloriæ cæleſtis: poſito omni ſigno-
rum velamine, demũ percipiendæ. Quod & ipſa conteſtatur eccleſia san
cta: deo lętabũda concinens, q̃ in ſacro illo conuiuio in quo Chriſtus ſu
mitur: futuræ gloriæ nobis pignus datur. Vnde & in oratione poſt com
munionẽ dici ſolita in officio miſſę de venerabili ſacramẽto euchariſtię:
eadem ſuppliciter orat deum: illam dei apertam viſionem tandem nobis
datum iri, cuius nũc pignus quoddam in euchariſtia accepimus. hoc mo-
do. Fac nos quęſumus domine, diuinitatis tuæ ſempiterna fruitione re-
pleri: quam precioſi corporis & ſanguinis tui, temporalis perceptio prę-
6 figurat. ¶ Sexto. hanc mouent obiectionem. Chriſtus in ipſius euchari-
ſtię inſtitutione: dixit diſcipulis ſuis. Accipite. eo verbo ſignificãs, ipſam Matth.26.
eſſe donum: a deo nobis traditum. Quomodo igitur ipſa erit ſacrificiũ?
cum propria ſit ratio ſacrificij: q̃ a nobis deo offeratur, pioq; animi affe-
ctu exhibeatur. An poterit idem, a nobis ad deum per oblationem tẽde-
re: & a deo rurſum ad nos per donationẽ proficiſci? hæc ſane repugnant.
Nõ eſt igitur ipſa euchariſtia, in miſſa conſecrata: ſacrificium. ¶ Reſpõ
ſio. In hac argumẽtatione, eodem laborat morbo Lutherus: quo in præ-
cedente. quoniã exiſtimat ea omnia quæ ſecundũ rationem diuerſa ſunt:
debere etiam re ipſa eſſe diſcrepantia, neq; vni & eidem poſſe ſimul con-
uenire. Quod vtiq; falſum eſt. Nempe quæcunq; in veteri teſtamẽto of-
ferebantur deo, ſecũdum legis illius ritum: ſiue animalia, ſiue fruges, ſiue
libamina: erãt dona dei, & ex diuina largitate populo Iſraelitico data. &
tamen ſimul erant ſacrificia: quoniam per oblationem rurſum deo exhi
bebantur. Nõ ergo cenſeri debet incõmodum: idem re ipſa eſſe donum
& ſacrificium. Donum quidem: quia a deo in nos profluxit. Sacrificiũ
vero: quia a nobis reciproce in deum tendit. Vnde pius rex Dauid, diui-
nam laudans munificẽtiam: clamat ad dominũ. Tua ſunt omnia domi- 1.Paralij.29.
ne: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et eccleſia catholica in
ſacro canone miſſæ, poſt cõſecrationem ſanctorũ myſteriorũ: his deum
verbis compellat. Offerimus præclaræ maieſtati tuæ, de tuis donis ac da-

tis:hoſtiam puram,hoſtiam ſanctam,hoſtiam immaculatã: panem ſanctum vitæ æternæ,& calicẽ ſalutis perpetuæ. Inualida eſt igitur:hæc Lutheri argutia. ¶Poſtremũ & hoc cauillo nos aggrediuntur. Euchariſtia 7
Lucæ.22. nuncupatur a Chriſto teſtamentũ:cum dixit in eius inſtitutione.hoc eſt
1.Corin.11. nouum teſtamẽtum:in meo ſanguine. Non eſt igitur ipſa:ſacrificium. quoniam illa duo:inter ſe pugnãtia ſunt & aduerſa. Teſtamẽtum enim ab alio accipitur:ſcilicet a teſtatore. Sacrificiũ vero:alteri offertur,vtpote deo,in cuius honorem exhibetur. ¶Reſpõſio. Illud Chriſti verbum de teſtamento:non de vtraq; euchariſtiæ ſpecie dictum memoratur. ſed
Lucæ.22. tãtum de calice benedictionis:apud Lucam,& Paulum in prima epiſto-
1. Corin.11. la ad Corinthios. Vbi calix ipſe:dicitur nouum teſtamẽtum in ſanguine Chriſti. quoniam per ſanguinem Chriſti effuſum pro nobis in acerbiſſima eius paſſione:nouum teſtamẽtum eſt ratum & cõfirmatum,ſuumq; accepit robur & vigorem. Eſto tamẽ,q; ipſa tota euchariſtia ſecundum vtranq; ſuam ſpeciem dicatur teſtamẽtum,iuxta vnam teſtamenti acceptionẽ: id eſt munus nobis a Chriſto in ſuo teſtamẽto delegatum (quẽ-
admodum & pacem ſolent pleriq; vocare teſtamẽtum Chriſti: q; a ſuis
Ioan.14. diſcipulis diſceſſurus per mortem,& poſtea per aſcenſionẽ in cælos,eam pro ſingulari dono tanq̃ legatum quoddam eis reliquerit)nũquid idcirco nõ poterit euchariſtia dici ſacrificiũ? Quid enim vetat:diuerſis rationibus ipſam appellari teſtamẽtum,& ſacrificium? Teſtamentũ quidem: quia munus eſt,a Chriſto in ſuo a nobis diſceſſu pia legatione dimiſſum. Sacrificium vero:quia eadem deo offertur. Ecce & hic iterũ Lutherus, idem quod prius:cõmittit in ſua ratiocinatione vitium. quo arbitratur, ſiqua duo diuerſas ſubeũt rationes:ea protinus inter ſe etiam re ipſa differre.quod certe falſum eſt.

¶Tres pœnitentiæ partes:contritionem,confeſſionem & ſatiſfactionem:ſecundum conſuetum eccleſiæ ritum ſemper obſeruandas eſſe. Cap.XVIII.

Acramẽtum vero pœnitẽtiq; Lutherus omnino abolere & exterminare cõtendit:cum tres eius præcipuas partes,cõtritionem,confeſſionem & ſatiſfactionem, miſeris mutilat & conculcat modis.abnegans contritionem fieri debere per examinationẽ conſcientiæ,& deteſtationem peccatorũ:attendendo eorum grauitatem,damnum,fœditatem & multitudinẽ. refutans etiam confeſſionem peccatorum faciendam eſſe clanculum ſacerdoti:ſed ſoli deo illam aperiri oportere aſtruens. deniq; ſatiſfactionem pro peccatis cõmiſſis nullam fieri debere aſſeuerans: q; dimiſſa culpa,ſimul eſſe remiſſam pœnam illi

debitam continuo obtendat. Cõtra quam triplicem hæreticorũ oblatrationem,hæc opponitur veritas catholica:quæ illorum obſtruat ora.

Contritio,per diſcuſſionẽ animi diligẽtem,cum ponderatione grauitatis & multitudinis peccatorum:facienda eſt. Confeſſio vero,per detectionẽ ſecretam peccatorũ:ſacerdoti,& non ſoli deo fieri debet. Satiſfactio autem: per opera pia ſatiſfactoria a ſacerdote iniuncta,eſt complenda:vt debita & deo grata exerceatur pœnitentia.

¶Quæ quidẽ propoſitio:cum tres cõplectatur portiones,ſecũdum tres pœnitentiæ ſacramẽtalis præcipuas partes:per ſingulas earum particulatim,eſt ſcripturarũ teſtimonijs cõprobanda. Et primũ,q; vera contritio animi ſit habenda per diligẽtem cõſcientiæ examinationẽ,& deteſtationem peccatorum:ponderando eorum grauitatem,damnum,fœditatem & multitudinem,cõtra Lutheri placitum:qui hoc ipſum impudẽter inficiatur,multiplici ſacrarum literarum authoritate plane conuincitur.

1 ¶Primo quidem,teſtimonio prophetæ pſalmographi:qui perſonã pœnitentis agens,dicit in pſalmo triceſimoſeptimo. Quoniam iniquitatem Pſal.37.
meam annũciabo:& cogitabo pro peccato meo. Vbi nomine cogitationis:exactam animi diſcuſſionem de peccatis cõmiſſis deſignat. Et paulo ante:in eodem pſalmo. Quoniam iniquitates meæ,ſupergreſſæ ſunt ca- Ibidem.
put meum:& ſicut onus graue,grauatę ſunt ſuper me. In quibus verbis. & damnum & grauitatem ipſorum peccatorum, de quibus apud deum ingemiſcit:clare exprimit & attendit. Eorũdem vero fœditatem,etiam oculis ſuæ mentis obijcit:cum poſtea in eodẽ pſalmo ſubiungit. Putrue- Ibidem.
runt & corruptæ ſunt cicatrices meæ:a facie inſipientiæ meæ. & quæ deinde ſubſequũtur. Sunt igitur hęc ipſa:ad veram contritionẽ neceſſaria.

2 ¶Præterea. Apud Eſaiam capite triceſimooctauo,rex Ezechias in ſuo
cantico,ſe pœnitẽtiam acturum proponens:ait ad dominũ. Recogitabo Eſaie.38.
tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ. Vbi accurata vitæ ante actæ diſcuſſio:per recogitationẽ inſinuatur. Numerus vero peccatorum & multitudo,attendẽda deſignatur:omnium annorum nomine. Nempe per annos:ibidem recte peccata quę ſingulis ſunt annis cõmiſſa, accipiuntur. Dolor vero & diſplicentia ante actorũ malorum,quæ contritioni debet eſſe comes indiuidua: ſignificatur,cum ſubnectit.in amaritudine animæ meæ. Vt per amaritudinẽ cõtritionis:caſtigetur delecta-
3 tio noxia,quæ fuit in perpetratione peccati. ¶Inſuper. Hieremiæ tertio
capite,dominus animã peccatricem exhortans voce prophetica ad pœni
tẽtiam:his eam verbis compellat. Leua oculos tuos in directum:& vide Hiere.3.
vbi nunc proſtrata ſis. In quibus plane verbis deus pręcipit conſideratio-
nem peccatorum fieri debere, quæ prius perpetrata fuere:vt ab illis reſi-

piſcat peccator per pœnitentiã. Nec minus fœditatem illorum atq; turpitudinem attendi iubet, & damnum ac detrimẽtum ſalutis: cõmiſſione eorum peccatorum illatum. Q; autem prædicta verba, a domino ad animam peccatricem dirigantur: liquido conſtat per hęc etiam ipſius dicta,
Hiere.3. paulo ante præcedentia. Tu autem fornicata es: cum amatoribus multis. Verũtamen reuertere: & ſuſcipiam te. Quæ manifeſte, ad animã multis irretitam peccatis: prolata intelligũtur. ¶ Ad hæc. Per Ezechielem deci 4
Ezechie.18. mooctauo capite: dicit dominus. Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia pręcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet & nõ morietur. Deinde ſubiungitur verbũ domini, quod noſtro conducit propoſito: iſtud ſcilicet. Cõſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt: vita viuet & nõ morietur. Vbi magna exprimitur vtilitas diſcuſſionis peccatorũ vitæ tranſactæ: quæ nomine conſiderationis ibidem innuitur. ſcilicet fructus cõuerſionis, & iuſtificationis ſubſequentis. Poſtea vero in calce eiuſdem capitis: ſubnectitur hoc verbum domini admoni-
Ibidem. torium. Proijcite a vobis omnes iniquitates veſtras. Quomodo autem proijcientur: niſi cognoſcãtur? & quomodo cognoſcentur: niſi per ſedulam indaginẽ, opera ante acte vitæ diſcutiantur? Demũ ſubtexitur hæc
Ezechie.18. patris miſericordiarum interrogatio. Quare moriemini: domus Iſrael? Quibus verbis dominus obijcit mentibus fidelium damnũ: quod ex peccato contrahitur, mortem ſcilicet animæ perpetuã. vt illius conſideratione: auocentur a malo. Nẽpe vt teſtatur apoſtolus ad Romanos ſcribens:
Roma.6. ſtipendia peccati, mors. ¶ Rurſum. Manaſſes rex Iuda poſtq̃ grauiter 5
2.Paralj.33. deum offenderat, & vinctus ab hoſtibus in Babylonẽ fuerat ductus captiuus: ibidem atro carcere detentus, ſe totum conuertit ad agẽdam pœnitentiam, & in oratione ſua ſupplicatoria ad deum (quæ habetur ſeparatim ſubiuncta in libris bibliæ, ipſi ſecũdo libro paralipomenon) hæc in-
Oratio Manaſſis regis ad deum. ter cætera dicit. Peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ. Incuruatus ſum multo vinculo ferri: & non eſt reſpiratio mihi. quia excitaui iracũdiam tuam: & malum coram te feci, ſtatuens abominationes, & multiplicans offenſiones. In quibus verbis, quæ ad integram & perfectam exiguntur contritionem: dilucide comprehendun tur. Enimuero rex ille iam ex malo in bonum conuerſus, & vere pœnitens: multitudinẽ, damnum, & fœditatem ſuorum peccatorũ, in verbis illis expreſſit: quam amaro animo ſecum ante attenderat & cõſideraue-rat. Multitudinẽ quidem: cum ait, ſuper numerum arenę maris eſſe multiplicatas ſuas iniquitates. Damnum vero: cum dicit ſe incuruatũ multo vinculo ferri. q̃ ſibi conſcius eſſet: ob præterita peccata ſe vinculis hoſti-

libus & catenis ferreis cõſtrictum eſſe. Niſi quis ea verba malit ſpiritualiter intelligere: de vinculis peccatorũ, quibus ſe fatebatur alligatum. Fœditatem autem ſuorum peccatorum, idem rex proponit in loco ſupra dicto: cum fatetur ſe ſtatuiſſe abominationes & ſpurcitias cultus idolorũ. At huiuſmodi ipſius cõtritio, fuit pergrata & accepta deo: vt rei proba-
6 uit exitus. Ad verã igitur cõtritionem: prædicta requirũtur. ¶ Adde. q̃ beatus Paulus in ſexto ſuæ epiſtolæ ad Romanos capite, ſcribens ad eos qui ex paganiſmo ad fidem orthodoxam fuerant conuerſi: ait. Sicut ex- Roma.6.
hibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitię, in ſanctificationem. Vbi eos edocet habere recordationem præteritorũ delictorum: vt eorum teneantur pœnitudine. Quod & manifeſtius innuit: cũ poſtea ſubiungit in eodem capite. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis: in quibus nunc erubeſcitis? At quonam modo habebitur huiuſmodi erubeſcẽtia de peccatis præteritis: ſine eorum cognitione, & ſolicita mentis diſcuſſione? Deniq; de damno quod incurrũt homines per peccatum: ſubnectit ibi-
dem apoſtolus. Nam finis illorum: mors eſt. animæ ſcilicet, a deo fon- Ibidem.
te vitæ, reſecatæ. Sunt igitur hæc omnia, ad ſyncæram & veram contritionem vtilia: neq; reddunt hominẽ hypocritã, vt impie oblatrat Lu-
7 therus: ſed iuſtificant. ¶ Demũ. audiatur beatus pater Auguſtinus in libro de pœnitentia, quæ attendenda ſunt pœnitenti ad habendam veram contritionem: ſic particulatim explicans. Cõſideret peccator qualitatem criminis: in loco, in tẽpore, in perſeuerantia, in varietate perſonæ. & quali hoc fecerit tentatione: an ipſius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicantem: ſecũdum excellentiam ſui ſtatus vel officij, & ſecũdum modum meretricis, & modum operis ſui: & qualiter turpitudinem peregit, ſi in loco ſacrato, ſi in tempore orationi conſtituto: vt ſunt feſtiuitates & tempora ieiunij. Conſideret quãtum perſeuerauerit: & doleat q̃ perſeueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim, qui non ſolum non vincũtur, ſed vltro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed pręueniunt voluptatem. Et pertractet ſecum, q̃ multiplici actione vitij: q̃ delectabiliter peccauerit. Omnis iſta varietas, confitenda eſt & deflenda: vt cum cognouerit quod peccatum eſt, cito inueniat deum ſibi propitiũ. In cognoſcẽdo augmentũ peccati, inueniat etiam cuius ætatis fuerit: cuius ſapientiæ & ordinis. Immoretur in ſingulis iſtis, & ſentiat modũ criminis: purgãs lachrymis omnẽ qualitatẽ vitij. Defleat virtutem: qua interim caruit. Dolẽdum eſt enim nõ ſolum q̃ peccauerit: ſed etiam quia ſe virtute priuauit. hæc Auguſtinus. In quibus luculẽter edocet, quomodo pœnitens ſuam debeat diſcu-

Auguſtinus in libro de pœnitẽtia.

tere cõſcientiam: & attendere multitudinem, damnum, & fœditatẽ peccatorum, immo & ſingulas eorum circũſtantias, aggrauãtes malum perpetratum: ſi perfectam contritionem & ſufficientem ſibi velit comparare. Quid igitur ad hæc hiſcere audebit Lutherus? Nunquid Auguſtinũ patrem ſuum oberraſſe dicet in hiſce documẽtis: cuius monaſticæ militiæ iam multis ante annis ſe addixerat? Q7 ſi patrem negat: nõ eſt verus eius filius. ¶ Poſtremũ. beatus Clemens papa, in quarta ſua epiſtola: diſ- 8
cuſſionem mentis, ipſi pœnitenti ad veram contritionem, eſſe neceſſariã & vtilẽ, edocet. Nempe cum circa illius epiſtolæ principiũ admonuiſſet fideles: q̃ ſibiipſis debeant iraſci & indignari, quoniã vitam ante actã in
Clemens papa. peccatis tranſegerint, mox ſubiungit. Puto autẽ, q̃ ſatis dignas habeatis cauſas iracũdiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat: ſi cõſideretis in quãtos vos errores deduxerit ignorãtię malum, quãtoſq̃ lapſus & quãta præcipitia ad peccandũ dedit: a quãtis vos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod eſt ſuper omnia grauius: q̃ vos in futuro ſeculo, æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumen effulſit: ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundię deo placitæ intra vos conſurgit incendiũ: quo cõſumatur & prorſus intereat omne germen, quod forte in terra malæ cõcupiſcentiæ pullulauit? hæc Clemens ibidem. In quibus verbis, ad veram de peccatis obtinẽdam cõtritionem: perhibet haberi debere cõſiderationem animi de magnitudine, multitudine, fœditateq̃ peccatorũ, & damno per illa irrogato. Illud igitur tot iam corroboratum teſtimonijs: cuiq̃ indubitatũ eſſe debet.

¶ Nunc autem ſecũdam prædictæ circa huius capitis exordium veritatis elucidemus partem: patefaciamuſq̃ confeſſionẽ ſacramẽtalem quæ ſecreto fit ſacerdoti, non humanũ eſſe inuentũ, ſed diuinum inſtitutũ. neq̃ ad ſalutem ſufficere, q̃ quis ſoli cõfiteatur deo peccata ſua: ſed ex diuina cõſtitutione, illa eſſe detegenda ſacerdoti, ad ſalutem animæ conſequẽdam. vt erronea Lutheri aſſerta penitus contũdantur: & elidantur. Et primũ in veteri quidem lege deprehendimus: ipſam peccatorum cõfeſſionem, rudi quadam effigie & typo quodam vmbratili eſſe præceptam a deo, &
Numeri.5. fieri iuſſam. ¶ Siquidẽ in quinto libri numeri capite: ſcriptũ eſt. Locu- 1
tus eſt dominus ad Moyſem dicens. loquere ad filios Iſrael. Vir ſiue mulier cũ fecerit ex omnibus peccatis quę ſolent hominibus accidere, & per negligẽtiam tranſgreſſi fuerint mãdatum domini atq̃ deliquerint: confitebuntur peccatũ ſuum. Q7 autem huiuſmodi cõfeſſio peccatorum non ſoli fiebat deo, ſed etiã homini: ex eo deducitur quod in Leuitico ſcribi-
Leuiti.4.5. &.6. tur. Vbi qui deliquit: iubebatur adducere hoſtiã ad ſacerdotem in tabernaculo, ſecundũ qualitatẽ & genus delicti. Quã ſacerdos pro ſuo officio

immolare debuit ſecundũ dei ordinationẽ: & orare pro eo qui deliquerat vt remitteretur ei peccatũ. Ipſe autẽ ſacerdos quia legis erat peritus & rituũ ipſius: cognouit ex qualitate oblatę hoſtię, quo genere peccati deliquerat is qui obtulerat hoſtiã. quoniã pro peccatorũ diuerſitate: etiã diuerſæ offerebãtur hoſtię. Ergo huiuſmodi cõfeſſio peccatorũ, etſi nõ voce: tamen facto ipſo fiebat ſacerdoti leuitico. nõ quidẽ ſecundũ ſpeciẽ indiui-
2 duã, ſed genus ipſum peccati. quod intẽdimus. ¶ Eo etiã tendit illud an-
tiquæ legis præceptum, quo leproſi iubebantur accedere ſacerdotes, vt ab *Leui.13.&.14*
ipſis diiudicarentur: mũdati ne eſſent, an adhuc lepræ tabe infecti. Quod
& ipſe dominus noſter (qui nõ venit ſoluere legẽ Moyſi: ſed adimplere) *Matth.7.*
factitaſſe legitur: cũ deſcẽdens de mõte, leproſum vnũ attactu ſuę potẽ- *Matth.8.*
tificæ manus ſubito curauit. & cũ decẽ leproſos opem ſuã implorantes:
etiã ſanitati optatæ reſtituit. Eis enim omnibus iuſſit: vt oſtenderent ſe *Lucæ.17.*
ſacerdotibus, ſecũdum Moſaicæ legis inſtitutũ. Atqui lepra corporalis, ſpiritualẽ deſignat leprã & animæ: qua laborat homo, cũ peccatis eſt cõtaminatus. Is igitur qui inquinatus eſt ſpirituali lepra & peccato: debet ſacerdoti ſe oſtẽdere per cõfeſſionẽ ſacramẽtalẽ, vt cõſequatur animæ ſanitatẽ. Et hoc ipſum in figura mõſtratũ eſt in veteri lege: per acceſſum
3 leproſorũ ad ſacerdotes. ¶ In ipſo vero nouæ legis limine ac veſtibulo,
ipſa peccatorũ confeſſio in vſu fuiſſe legitur: frequentariq̃ cœpta. Nam vt Matthæus capite tertio, & Marcus primo capite referunt: qui cõfluxerunt ad prædicationem ſancti Ioannis baptiſtæ audiendam, baptiza- *Matth.3.*
bantur ab eo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua. vt huiuſmodi *Marci.1.*
peccatorũ confeſſio: redderet eos magis idoneos, ad percipiẽdum baptiſma. quandoquidem (vt ait Beda: Marci primo cap. adductus in gloſſa *Beda.*
ordinaria) debent melioris vitæ nouitatem promittere: qui baptiſmum deſiderant accipere. Vnde ſicut Ioannis baptiſmus erat præparatorius & præcurrens: ad baptiſmũ Chriſti promptius & libentius accipiendũ. ita & ea confeſſio, quæ hortatu dominici præconis facta haud ab re creditur: confeſſionis ſacramẽtalis per Chriſtũ inſtituẽdæ præuſa erat diſpoſitio, & ad hanc alacrius ſubeundam, animorũ præparatio, & adaptatio.
4 ¶ Cęterum, apertiſſime omnium comprobat ipſam confeſſionem pec-
catorum ſecretam, ſacerdoti faciendã: illud verbũ Chriſti, Ioãnis viceſimo capite poſt reſurrectionem a mortuis, ſuis diſcipulis dictum. Acci- *Ioan.20.*
pite ſpiritũ ſanctũ. quorũ remiſeritis peccata: remittũtur eis. & quorum retinueritis: retenta ſunt. Quibus verbis, poteſtatem dedit illis & eorũ in cõſimili gradu & functione ſucceſſoribus: abſoluẽdi homines a peccatis, & remittẽdi itidem & retinẽdi peccata. Atqui non poſſent ipſi peccata pœnitẽtium remittere aut retinere: niſi illa ab ipſis cognoſcãtur. Et non

poſſent ab eis & reliquis ſacerdotibus peccata aliorũ cognoſci: niſi detegãtur ab ipſis pœnitẽtibus, per ſecretã confeſſionẽ. Eo igitur verbo ipſe Chriſtus dinoſcitur inſtituiſſe confeſſionẽ ſacramentalẽ: & fideles obligaſſe, authoritate pręceptoria, nõ autẽ ſolũ cõſilio hortatorio admonuiſſe, ad eã ſuis rectoribus eccleſiaſticis tẽpore & loco cõgruo faciendã. non quidẽ publice, vt ipſa naturalis ratio dictat: ne quis ſcãdalũ & offendiculũ alijs pariat. ſed ſecreto, & cõſcio ſolũ ſacerdote qui audit eã. ¶ Pręterea. Eiſdẽ verbis Chriſtus viã aperuit fidelibus, qua cõſequãtur remiſſionẽ peccatorũ: hanc ſcilicet, q̃ ſacerdotibus (quos ipſe cõſtituit in eo miniſterio ſuos vicarios, gerẽteſq̃ locũ ipſius in terris) peccata hominũ remittẽtibus & nõ retinẽtibus ea: ipſi reuera cõſequũtur remiſſionẽ peccatorũ, q̃q̃ nõ retineantur eorũ peccata. Atqui obligãtur omnes diuino iure, ad remiſſionẽ peccatorũ expetendã: poſtq̃ prolapſi ſunt in malũ. Aſtringũtur itidẽ ad curandũ: q̃ nõ retineantur ſua peccata, hic in terris. Igitur etiã obſtringuntur ad procurandũ: q̃ per ſacerdotes ſuos ſibi remittãtur peccata, & q̃ per eoſdẽ nõ retineãtur hic ſua peccata. cũ illa ſit via: a Chriſto hic omnibus oſtẽſa, ad conſequendũ hũc fĩnẽ. Nõ poſſunt autẽ ſacerdotes & prælati remittere delinquẽtibus peccata & nõ retinere ea: niſi ea cognoſcãt. Et nõ poſſunt illa cognoſcere: niſi eis a pœnitẽtibus reſerẽtur & pandantur. Igitur per hæc Chriſti verba apoſtolis dicta: obligati ſunt fideles ad ſua peccata ſacerdotibus detegẽda, faciendãq̃ clancularíam confeſſionẽ. ¶ Inſuper. per huiuſmodi authoritatẽ a Chriſto traditã atq̃ po- 6
teſtatem, apoſtoli & deinceps ſacerdotes: in eo miniſterio atq̃ functione apoſtolis ſuccedentes, cõſtituti ſunt iudices a Chriſto in foro interiori & cõſcientiæ: ad hoc vt cognoſcãt quæ peccata ſunt remittẽda, & quæ retinenda. Nullus autẽ recte cõſtituitur iudex ſine ſubditis: qui obligẽtur illius ſtare iudicio, & recurrere ad iudiciariã illius poteſtatẽ. Sicut igitur ſacerdotes, ex accepta a Chriſto poteſtate obligantur ad ferendũ iudiciũ de peccatis remittẽdis aut retinẽdis: ita & ſubditi ipſi, ſcilicet fideles, obſtringũtur ad ſubijciendũ ſe iudicio ſacerdotũ, in ea cauſa atq̃ negocio. & id quidẽ ex ordinatione Chriſti: qui eos cõſtituit hac in re ſubditos ſacerdotibus. Nõ poſſunt autẽ fideles, ſe illi ſubijcere ſacerdotũ iudicio: niſi per declarationẽ ſecretã ſuorũ peccatorũ. Ad illã ergo detectionẽ peccatorũ ſacerdotibus faciendã: fideles diuina ordinatione cõſtringũtur. ¶ Pręterea. Per huiuſmodi poteſtatẽ remittẽdi peccata, a Chriſto acceptã: apoſto- 7
li & ſubinde ſacerdotes eis in eodẽ ſuccedẽtes officio, effecti ſunt medici animarũ miniſteriales, ad curãda earũ vulnera. Sũmus enim ille & ſupremus animarũ medicus: ipſis apoſtolis & ſacerdotibus cõmunicauit pro ſua bonitate authoritatẽ, virtutẽ atq̃ facultatẽ exercendi medicinæ illius

ſpiritualis opus, in ægrotos & laborãtes quolibet animę morbo: vt tempeſtiue & opportune illis ſuccurratur. At infirmus ipſe, ſi ſuę vult cõſulere ſanitati: debet ad medicũ recurrere ad depellendã morbi moleſtiã, & ſua illi vulnera oſtẽdere: quibus ille medicatricẽ admoueat manũ. ſecundum præclarã illã Boetij in libro de cõſolatione philoſophica ſententiã. Si operã medicãtis expectas: opus eſt vt vulnus detegas tuũ. Non autem *Boetius.*
poſſunt animę vulnera cõmode detegi ſacerdoti, tanq̃ medico ſpirituali: niſi per cõfeſſionẽ ſacramentalẽ. Ad eã igitur obligãtur omnes: ex Chri
8 ſti inſtitutione. ¶ Poteſtatem etiam abſoluẽdi pœnitẽtes, ſacerdotibus a
Chriſto traditã eſſe: in reſuſcitatione Lazari vt figura quadã monſtratũ *Ioannis.11.*
eſt. Quẽ vitæ reſtitutũ iuſſit ipſe Chriſtus ſolui a diſcipulis: & permitti abire. Quo tanq̃ ſymbolo deſignauit: animã vinculis peccatorũ conſtrictã, debere per ſacerdotes diſſolui. At quomodo ſoluẽt ea vincula ſacerdotes: niſi ea nouerint? & quomodo noſcẽt: ſine audienda cõfeſſione ſecreta pœnitẽtis? Eſt igitur neceſſaria cõfeſſio: ad obtinendã abſolutionẽ
9 peccatorũ. ¶ Rurſum. Huius inſtitutionis a Chriſto deriuatæ de facien
da ſacerdoti peccatorũ cõfeſſione: promulgator fuit inter cęteros beatus
Iacobus, cũ in ſua epiſtola canonica dicit. Cõfitemini alterutrum peccata *Iacobi.5.*
veſtra. Vbi aperte deſignat: confeſſionẽ peccatorũ non ſoli deo faciendã eſſe: cũ inquit, alterutrũ. quod tãtũdem valet: atq̃ vnus alteri. Neq̃ id ad laicos referendũ eſt: tanq̃ auditores idoneos confeſſionũ. quaſi etiã laicis fieri poſſet ſacramẽtalis cõfeſſio: per illud beati Iacobi verbũ. Nẽpe accipiendũ eſt illud, quod hic denũciat ipſe apoſtolus, eis fieri debere: de quibus in proxime pręcedẽtibus ſentẽtijs locutus eſt, & per quos illa quę inibi edocuit: fieri recte poſſunt. Atqui ante prædictã de cõfeſſione facien- *Iacobi.5.*
da ſententiã: proxime locutus eſt de preſbyteris eccleſiæ. ad quos ſpectat miniſteriũ orandi ſuper infirmos, & inungẽdi eos oleo ſancto: per adminiſtrationẽ ſacramẽti extremæ vnctionis. Illis igitur, ſolis ſcilicet preſbyteris: inſinuat beatus Iacobus, per antecedẽtia verba, eſſe faciẽdã cõfeſſionẽ. Quæ ex eo apoſtoli verbo, dinoſcitur fuiſſe in vſu: etiã tẽpore apo-
10 ſtolorũ. ¶ Idem quoq̃ quod modo dictum eſt, tẽpore ſcilicet primitiuę
eccleſię frequentatã fuiſſe & in vſu habitã confeſſionẽ peccatorũ ſecretã, quã auriculare vocãt: cõprobatur euidẽter ex decimonono capite actuũ apoſtolorũ, vbi ſcriptũ eſt. Multiq̃ credentiũ veniebãt: cõfitẽtes & annũ- *Actuum.19.*
ciantes actus ſuos. Quod nõ modo de ijs qui tũc primũ & de nouo fidẽ receperãt, accipiendũ eſt: quoniã illi potius baptiſmo q̃ cõfeſſione ſacramẽtali indigebãt. ſed & de ijs: qui iã diutius ante crediderãt, & poſt ſuſceptionẽ lauacri baptiſmalis pro humana fragilitate maculas peccatorũ cõtraxerant. Ad quas eluendas, cõfugerunt ad medicinã: poſt baptiſmũ

animo ægrotãtibus relictã, confessionẽ scilicet sacramentalẽ & salutarẽ.
Quis igitur addubitet: illius executionẽ, vsum, & exercitiũ, fuisse tũc fre-
quẽs in ecclesia dei: cũ adhuc superstites essent apostoli? ¶ Quod etiã cõ 11
uincitur apertissime, ex argumẽto octauę epistolę sancti patris Dionysij
Areopagitæ: ad Demophilũ monachũ ea occasione scriptæ. ꝙ cũ quidã
peccator pœnitudine suorũ scelerũ ductus, procidisset ad pedes cuiusdã
sacerdotis: ad faciendã suorum criminũ cõfessionẽ, & obtinẽdum recon
ciliationis sacramentũ: Demophilus illũ pœnitẽtem vt apostatã & deser
torẽ calce indignanter abiecit ac repulit, tanq̃ indignũ qui reciperetur in
gremiũ ecclesię. Sacerdotẽ vero ipsum, idẽ Demophilus multis lacessiuit
cõuicijs: ꝙ impiũ illũ peccatorẽ deo reconciliare, & venia donare voluis-
set. Deinde eũdem sacerdotẽ sic aspere obiurgatũ, ecclesia deturbauit &
expulit tanq̃ sacrorũ cõtaminatorẽ ipse Demophilus: seqꝫ pro eo & eius
loco sacerdotẽ constituit, vt sacramẽta ecclesiastica cõseruaret illibata &
integra. Cũqꝫ hęc omnia Demophilus beato Dionysio per epistolã signi
ficasset, tanq̃ ex eo facto laudẽ reportaturus & cõmẽdationẽ: ipse vir san
ctus per hãc de qua loquimur epistolã, luculẽtissimã & præclarissimã, in-
solẽtiam ipsius Demophili ac temeritatẽ cũ mira benignitate redarguit:
mãsuetudinisqꝫ & bonitatis diuinę dulcedinẽ omnibus imitãdã, pie & re
ligiose eidẽ proponit ac suadet. Itaqꝫ ex hoc argumẽto prędictę epistolę,
dilucide cõstat: cõfessionis secretę sacerdoti faciẽdæ vsum & obseruatio-
nẽ, fuisse tẽpore beati Dionysij. qui sanctis apostolis cõtẽporaneus fuit:
cũ a beato Paulo Athenis prædicãte in areopago, fuerit ad fidẽ cõuersus.
Nõ est igitur huiusmodi cõfessio, humanũ & recẽs inuẽtum: vt blaterat
Lutherus. sed a Christo ante suã ascẽsionem instituta est: & ab apostolis
toti ecclesię tradita, atqꝫ a principio legis euãgelicę obseruari incœpta. Nõ
enim credibile est nec simile vero, rem tã difficilẽ & arduã (vt est cõfessio
sacramentalis) fuisse impositã ab ecclesia humeris fideliũ: nisi illa fuisset a
Christo primũ instituta & præcepta. Neqꝫ tanto tẽporis spacio durasset
integra eius obseruatio atqꝫ illabefacta, sed iãdiu fuisset dissoluta: si ex deo
nõ fuisset opus eius, & potẽti virtute manus suæ protectũ ac cõseruatũ.
¶ Beatus etiã Augustinus hũc de cõfessione errorẽ, ꝙ sufficiat ad salutẽ 12
soli deo cõfiteri: refellit in libro secundo de visitatione infirmorũ, capite
quarto dicẽs. Sunt quidã, qui sufficere sibi ad salutẽ autumant: si soli deo
(cui nihil occultũ est: quẽ nullius latet cõsciẽtia) sua cõfiteantur crimina.
Nolũt enim aut erubescũt, siue dedignãtur ostẽdere se sacerdotibus: quos
tamẽ inter leprã & leprã discernere, ꝑ legislatorẽ cõstituit dominus. Sed
nolo vt ipsa decipiaris opiniõe, quatenus cõfundaris cõfiteri corã domini
vicario: tabescẽs prę rubore, vel ceruicosus prę indignatiõe. Nã ipsius hu

Dionysius Areopagita.

Demophilus monachus.

Actuum.17.

Augustinus.

Leuiti.13.

militer subeundũ est iudicium: quem dominus sibi non dedignatur vica
rium. Ergo ad te venire roges sacerdotem: & fac ipsum conscientiarum
tuarum penitus participem. hæc Augustinus: cum reliquis ad finem vsqꝫ
illius capitis. Eundem quoqꝫ errorem elidit idem celeberrimus author, in
libro de pœnitẽtia: per eam sentẽtiam quæ adducitur in libro decretorũ:
de pœnitentia, distinctione prima. cap. agite. in hanc formã. Agite pœni *Idem.*
tentiam, qualis agitur in ecclesia: vt oret pro vobis ecclesia. Nemo dicat
sibi. Occulte ago: apud deum ago. Nouit deus qui mihi ignoscit: quæ in
corde ago. Et reliqua. ¶ Insuper. hic error perniciosus, in sacrosancto cõ 13
cilio Constantiensi, publice reprobatus est: in sessione eius octaua. Vbi
quinqꝫ & quadraginta articuli Ioannis Viclefi: authoritate eiusdem syno *Viclefus.*
di, cõdemnati sunt. Inter quos: iste est ordine septimus. Si homo debite
fuerit contritus: omnis cõfessio exterior, est sibi superflua & inutilis. Ex
quo protinus, recto consequio deducitur ista propositio pestifera, quam
hic studiose impugnauimus: ꝙ non est facienda cõfessio peccatorum sa-
cerdoti, de necessitate salutis. Quam & Lutherus cum suis assecłis ample
ctitur. Verum tanta eius impietas vltra hæc omnia prædicta: in concilio
etiã Lateranensi sub Innocentio tertio reprobatur. cap. omnis vtriusqꝫ
titulo de pœnitẽtijs & remissionibus, in quinto libro epistolarum decre-
talium. Eandẽ quoqꝫ improbant decretum Calixti papæ, huius nominis
primi. & decretum Vrbani primi: confessionis vsum approbantia.
¶ Nunc demũ superest tertia propositæ veritatis pars astruenda: quæ sa
tisfactionem pœnitenti etiam esse necessariã enunciauit. Ad quã effica-
cius approbãdam, primũ nobis ostendendũ est: ꝙ plerũqꝫ dimissa culpa,
superest pœna aliqua tẽporalis: in expiationem illius culpæ, secũdum di-
uinæ iustitiæ leges perferenda. Quod sacrarũ literarum testimonio: non
difficile fuerit confirmare. Siquidem rex Dauid de perpetrato adulterio 1
& homicidio increpatus a Nathan propheta: & humiliter suam reco-
gnoscens culpam, per hæc verba. Peccaui domino. obtinuit illorum cri- *2.Regũ.12.*
minum veniam: hac voce prophetica illi denunciatam. Transtulit quoqꝫ
dominus peccatum tuum: nõ morieris. Et tamẽ simul audiuit ab eodem
propheta pœnã: illi a domino iuste propter illa peccata infligendam, his
verbis. Verũtamen quoniã blasphemare fecisti inimicos nomen domini *Ibidem.*
propter verbum hoc: filius qui natus est tibi, morte morietur. Grauissi-
mas præterea calamitates domesticas postea perpessus est Dauid in libe-
ris suis, & a filijs sibi illatas: quas secũdus liber Regũ, diffuse cõmemorat. *2.Regũ.13.& 15.ac deinceps.*
& quas Nathan propheta in nomine domini prędixerat illi infligendas:
in punitionẽ scelerũ ab eo perpetratorũ. ¶ Idẽ quoqꝫ cũ eleuato in super- 2 *2.Regũ.12.*
biam animo, iussisset numerari totũ sui regni populũ: paulo post, corde

2.Regũ.24. compunctus & contritus, ait ad dominũ. Peccaui valde: in hoc facto. sed
precor domine vt transferas iniquitatem serui tui: quia stulte egi nimis.
Qua humili recognitione sui peccati, & oratione: promeruit ipse rex (vt
Ibidem. credere dignum est) veniam illius criminis. In cuius tamen expiationem:
postea populus eius grauissima strage & peste percussus interijt. Vt in
quo peccauerat ipse rex: secundũ diuinæ lancis æquitatẽ, in illo & punire-
tur. Videmus igitur & hic, post culpam remissam, esse reseruatam & in-
flictam pœnam temporalẽ a domino: qua secũdum rectitudinẽ diuinæ
2.Para.33. censurę puniretur illa culpa. ¶ Præterea. Manasses rex Iuda post multas 3
abominationes a se perpetratas, salutari pœnitentia conuersus est ad do-
minum, moresq; suos in melius cõmutauit: haud dubie suorum peccato-
rum veniam integre a deo consecutus. Et tamen in illorum scelerũ pœ-
nam atq; punitionẽ: tandem populus Iuda grauibus bellis attritus, ductus
4.Regũ.24. est captiuus in Babylonem. vt vicesimũquartum caput quarti libri regũ
Hiere.15. aperte testatur, similiter & decimũquintum Hieremiæ caput. In quibus
duobus locis: desolatio illa populi Iuda, & captiuitas a Nabugodonosor
rege illata, ascribitur iniquitatibus ipsius Manasse: qui longo ante tẽpore
erat vita defunctus. Manifestũ est igitur his exemplis: q̃ post dimissam
a deo culpã, superest pœna aliqua tẽporalis: exoluenda in illius culpæ ex-
Numeri.12. piationẽ. ¶ Insuper Maria soror Moysi & Aaron, nõ statim liberata est 4
labe lepręq; sibi inflicta a domino, propter murmurationẽ iniquam cõtra
Moysem fratrẽ suum: cum primũ de illo suo peccato indoluit, sed septẽ
2.Para.26. diebus: extra castra, separata fuisse legitur. Neq; Osias rex Iuda mox vt
territus retrocessit a tẽplo, pœnitudineq; ductus est: q̃ vendicasset sacer-
dotis officium, adolendo incensum: curatus est a lepra, qua fuerat subito
percussus a domino, sed ad finẽ vsq; vitæ: permãsit leprosus. Quis item
Numeri.20. credat Moysem & Aaron ad aquas contradictionis, nõ statim resipuisse
a peccato incredulitatis & diffidentiæ: quo deũ offenderant? & tamẽ pœ
na illis cõstituta a domino, q̃ nequaq̃ intraturi essent terram promissio-
nis: nõ est ipsis relaxata nec sublata. Deniq; Zacharias pater sancti Ioan-
Lucę.1. nis baptistæ: continuo (vt credibile est) contritus est corde, q̃ incredulus
fuerit angelo nuncianti sibi futurũ filij cõceptum. Attamen ademptum
Ibidem. illi loquendi officium, facultasq; verba proferendi: restituta illi nõ est, do
nec circũcideretur filius eius, cælitus promissus. Occurrent & cõplura ex
sacro scripturæ prõptuario exẽpla studioso lectori: quæ plane eum edo-
cebũt, q̃ dimissa culpa, nõ protinus remittitur nec relaxatur pœna: a deo
propter illã inflicta. sed adhuc exoluẽda reseruatur in futurũ: aut iam il-
lata, postea perdurat. Quod & ex illo libri Numeri loco etiã clare cõstat:
Numeri.14. in quo Moyses orasse refertur dominum pro peccato populi, quo offen

derat eum grauiter: ob murmurationẽ factam post reditum explorato-
rum a terra Chanaam. Siquidẽ cum sic orasset Moyses. Dimitte obse-
cro peccatũ populi huius. respondit dominus. Dimisi. Attamen omnes
homines qui tentauerunt me: nõ videbunt terram, pro qua iuraui patri-
bus eorum. Ecce & hic dimissa culpa: reseruatur adhuc pœna. ¶ Hoc
itaq; iacto fundamento, nunc ex pagina tam veteris q̃ nouæ legis reliquũ
est monstrare: satisfactionẽ pœnitẽtialem esse ponẽdam. & dimissa pœ
nitentis culpa, pœnam illam tẽporalem culpæ debitã quæ superest: ex di-
uina ordinatione exolui posse atq; sustolli per opera afflictiua atq; satis-
factoria, volũtarie assumpta. aut iussu sacerdotis: aut propria spõte sua,
& ex sola deuotione pœnitẽtis, vltro illa subeuntis. ¶ In primis. Leuitici Leuiti.4.5.
5 quarto capite, & duobus proxime sequẽtibus, designatur a domino par- &.6.
ticulatim hostia: pro diuersitate peccatorũ aut peccãtium offerẽda, secun
dum certum quendam ritum inibi expressum, in satisfactionẽ cõmisso-
rum criminũ. Huiusmodi autem hostiæ: nõ offerebãtur pro obtinenda
remissione culpæ, prius perpetratæ. quoniã iam culpa illa erat deleta per
cõtritionem interiorẽ, & pœnitudinẽ animi: anteq̃ offerretur illa hostia
pro peccato. Alioqui tale sacrificiũ non fuisset gratum deo nec acceptũ:
vt quod offerretur a reo criminis, & adhuc peccatis obnoxio. Ergo tales
hostiæ offerebãtur ad exoluendã pœnam tẽporalem: quę post remissam
culpam reliqua erat, & adhuc debita. Et ad satisfaciendũ pro ea ipsa pœ-
na: huiusmodi oblationes ex dei institutione habuerunt efficaciã & vim,
acceptabãturq; ad idipsum a deo. Vnde fit vt ipsa satisfactio pœnitẽtia-
lis cõuincatur esse diuini iuris: quoniam a deo primũ instituta est, & fieri
iussa. Et q̃uis modus ac ritus specialis illarũ satisfactionũ expressus in lo
co Leuitici supra dicto, sit cũ ipsa lege Mosaica iam olim abolitus: ipsa
tamen satisfactio, secundũ genus & generalẽ suam rationem cõsiderata:
transiuit etiã ad nouam legẽ, & in ea locũ habet. quoniã ipsa: ad pręcepta
moralia pertinet, & ad dei honorificẽtiam. qui etiã dictãte iure naturali,
cum offensus est a nobis: per emendationẽ maiestati eius exhibendã, pla
6 candus est. ¶ Adde, q̃ rex Dauid cum vidisset angelũ domini cędẽtem
populũ suum grauissima peste, ob peccatũ ante a se cõmissum in ipsius
populi numeratione: humiliter suam cõfessus est culpam domino, dicẽs.
Ego sum qui peccaui: & ego inique egi. Isti qui oues sunt: quid fecerũt? 2.Regũ.24.
Vertatur obsecro manus tua contra me: & contra domũ patris mei. Per
quã humilem cõfessionem, haud dubie obtinuit a domino illius peccati
remissionẽ: quãtum ad culpæ reatum. Et tamẽ postea iussus est per Gad Ibidem.
prophetã, extruere altare domino in area Areuna Hiebusei: & super il-
lud offerre holocaustũ, ad placandã dei irã. Quæ quidẽ oblatio sacrificij,

erat in ſatiſſactionem pœnę: cui Dauid adhuc erat obligatus poſt dimiſ-
ſum peccatum, vt illa per tale ſacrificium exolueretur. Ergo poſt remiſ-
ſam culpam, adhuc exigit deus a nobis ſatiſſactionẽ pro illa: per opus ali
quod bonum, & ſatiſſactoriũ pœnæ debitæ. ¶ Rurſus. Ad huiuſmodi 7
bonorum operum exercitium, quæ pro culpa perpetrata ſatiſſaciãt deo,
debitamq; pro illa exoluant pœnam: exhortatus eſt ſanctus propheta do
Danielis.4. mini Daniel regem Babylonis, dicẽs. Peccata tua elemoſynis redime: &
iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Redimũtur autem peccata ele-
moſynis: nõ quidem per earum erogationẽ impetrando a deo, vt poſtea
quis impune peccet. Talem ſiquidẽ impunitatem: nullo auro ſibi homo
comparare queat. Sed per illam pauperum ſubleuationẽ, exoluendo pœ
nam: pro peccatis præteritis etiam dimiſſis a deo, debitam: & pro illa ſa-
tiſſaciẽdo. Vnde opera miſericordiæ dinoſcũtur eſſe ſatiſſactoria in con
ſpectu dei: & admodũ idonea atq; vtilia ad ſuſtollẽdam huiuſmodi pœ-
nam tẽporalem, ad quã manet homo obligatus poſt remiſſam culpam.
¶ Quod etiã liquido conſtat, ex illo ſancti angeli verbo: in libro Tobię. 8
Tobię.12. Elemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata: & facit inue-
Eccleſiaſti.3. nire vitam æternam. Cui conſonat illud eccleſiaſtici dictũ. Ignem arden
tem extinguit aqua: & elemoſyna reſiſtit peccatis. Similiter & illud ſalu-
Lucæ.11. tare Chriſti documentum: in euangelio. Verũtamen quod ſupereſt, date
elemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis. Purgat autem elemoſy-
na: ipſius erogantis eam peccata. non quidem reatum culpæ & maculam
tollendo: aut remiſſionem efficiendo. cum debeat quãtum ad labem cul-
pa eſſe remiſſa a deo: vt rite fiat elemoſyna. Alioqui nõ eſſet illa deo gra
ta aut accepta: q̃ efficeretur ab eo qui mortiferi criminis eſſet reus. ſed
pœnam tẽporariam pro peccatis iam dimiſſis adhuc debitam, exoluen-
do atq; tollendo. Et ſecũdum eandem intelligẽtiam, dantibus elemoſy-
nam omnia ſunt munda: nõ ſolum quãtum ad culpam ſed etiam quan-
tum ad pœnam, quæ per opus illud ſatiſſactorium aufertur. Eſt igitur
ſatiſſactio pœnitenti neceſſaria: vt abſolutus ab omni debito euadat.
¶ Nec ſolum elemoſyna in ſacris literis cõmendatur, vt ſatiſſactoria pro 9
peccatis: ſed & ieiunium. q̃ corporis ſit afflictiuũ, eidemq; inflictionem
& caſtigationem inferens. Vnde per Iohelem prophetam clamat domi-
Iohelis.2. nus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio, & fletu, & plã-
Ionæ.3. ctu. Et Niniuitæ ad prædicationem Ionæ prophetæ conuerſi: placarunt
Tobiæ.12. iram dei per ieiuniũ. Et apud Tobiam bona dicitur eſſe oratio cum ieiu
nio & elemoſyna: magis q̃ theſauros auri recõdere. De oratione vero, q̃
ſatiſſactoria ſit: tota pagina ſacra perhibet teſtimoniũ. ¶ Ex nouo vero 10
teſtamento: etiam ad idem propoſitũ nunc ſuppeditanda ſunt teſtimo-

nia. Inter quæ, primum illud occurrit: quod ſanctus Chriſti præco dixit
ſcribis & phariſęis, ad ſe veniẽtibus. Facite dignos fructus pœnitẽtiæ: vt Lucæ.3.
poſſitis fugere a ventura ira. Dignos autem pœnitentiæ fructus agere:
eſt prauam vitam in melius cõmutare, & pro abolendis peccatis præteri-
tis: ſatiſſactoriã afflictionem per bonorum operum ſtudium impende-
re. qua: pœna debita pro malis cõmiſſis, integre exoluatur. Vnde beatus
Gregorius in homelia viceſima: hunc euangelij locũ exponens ait. Quiſ- Gregorius.
quis illicita nulla commiſit: huic iure cõceditur vt licitis vtatur, ſicq; pie-
tatis opera faciat: vt tamen ſi voluerit, ea quę mundi ſunt, non relinquat.
At ſiquis in fornicationis culpam, vel fortaſſe (quod eſt grauius) in adul-
terium lapſus eſt: tanto a ſe debet licita abſcindere, quanto ſe meminit &
illicita perpetraſſe. Neq; enim par fructus boni operis eſſe debet, eius qui
minus: & eius qui amplius deliquit. aut eius qui in nullis, & eius qui in
quibuſdam facinoribus cecidit: & eius qui in multis eſt lapſus. Hæc ibi.
Per quæ verba deſignat Gregorius: ſecundum quantitatẽ & qualitatem
peccatorum, exercendos eſſe fructus pœnitentiæ: etiã a licitis abſtinẽdo.
Quæ abſtinentia, afflictiua eſt carnis & concupiſcentiæ humanæ: & id-
11 circo ſatiſſactoria pro pœna, dimiſſis peccatis debita. ¶ Inſuper, apud
Matthæum legitur Chriſtus dixiſſe leproſo: contactu ſacratiſſimæ ſuæ
manus repente a lepra mundato. Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer mu- Matthæi.8.
nus tuum ad altare: quod præcepit Moyſes in teſtimoniũ illis. In quibus
verbis ad myſticum traductis ſenſum, ſecũdum ſacros interpretes, ſicut
per oſtenſionem ſui faciendam ſacerdoti, deſignatur confeſſio ſacramen
talis: ita per oblationẽ muneris ad altare, ſignificatur ſatiſſactio poſt con-
feſſionem facienda per bonorum operum ſtudium: ad detergendas pec-
catorum reliquias, tollendamq; & exoluendam pœnam tẽporalem: pro
12 peccatis etiam remiſſis adhuc debitam. ¶ Rurſum, beatus Paulus ad Ro
manos ſcribẽs: ſexto capite, inquit. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſer- Roma.6.
uire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete membra ve-
ſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quibus verbis admonet ipſos:
nõ quidem ad procurandam peccatorum ſuorum remiſſionem. quoniã
iam illi quibus ſcribebat: ſanctificati erant diuina gratia, vocatiq; ſancti.
ſed ad faciendam condignam ſatiſſactionem, per exhibitionem ſuorum
membrorũ in opera iuſtitiæ: quæ prius cõuerterant in vſum culpæ. Hu-
iuſmodi autẽ ſatiſſactio, afflictione corporis & moleſtia non caret apud
eos: qui aſſueti ſunt voluptatibus. vt per afflictoriã illam & ſpõtaneam
ſatiſſactionem, auferatur penitus & exoluatur pœna: pro peccatis etiam
13 dimiſſis adhuc debita. ¶ Demum. beata Maria Magdalena, quæ fuerat
in ciuitate peccatrix, cum acceſſit domum Simonis phariſęi, vt ſalutarem Lucæ.7.

ad pedes Christi ageret pœnitentiam; iam per interiorem cordis contritionem erat iustificata, munereq; diuinæ gratiæ donata. Attamen vberes illic profudit lachrymas, in ablutionem pedum domini: quos & capillis tersit, & vnxit vnguẽto. Hæc autem omnia pia obsequia, & vere pœnitentis officia: nonne ad satisfactionem pertinebãt? Beatus itidem Petrus, diuinæ miserationis respectu admonitus: recognouit ilico culpam suam quam ter Christum negando contraxerat, & per amaram cordis contri-
Matthæi.26. tionem: consecutus est continuo illius veniam. Postea tamen in amaritudine animæ suæ largas effudit lachrymas, in satisfactionem pro suis pec-
Lucæ.19. catis: vt debitam pro illis pœnam exolueret. Deniq; Zachæus cum hilari animo excepit Christũ hospitio, visitãte cor eius dei gratia: purgatus est a peccatis suis, & inter spirituales Abrahæ filios connumeratus. Nihilo secius ad exhibendam pro suis in deum debitis, satisfactionẽ: dimidium bonorum suorum pauperibus distribuendum designauit. & si quempiã defraudarat: quadruplum se redditurum constituit. Videmus igitur non solum testimonijs, verum etiam exemplis sacrarum literarũ: approbatã maiorem in modum & commendatam satisfactionem pœnitẽtiariam. Quam & omnes qui pie volunt viuere: libenter debent amplecti.

¶ Sed nunc audiendæ sunt aduersariorũ: cõtra prædicta obiectiones, qui primũ hoc modo instant. Discussio illa conscientiæ, cũ attentione mul- 1
titudinis, grauitatis, & turpitudinis peccatorum: multo indiget tempore, quod ad meliora posset opera applicari. vnde & ociosos propemodum oscitantesq;, & inertes reddit homines. Infert etiam eadẽ grauem animo molestiam: quasi excarnificans conscientiam eius qui tali examinatione sui diutius occupatur. Plus igitur illa cordis excussio damni ingerit: q̃ cõmodi. Quare, iure damnatur. ¶ Responsio. Non existimari debet male collocatum tempus, quantumuis fuerit: quod ad sui ipsius discussionem solicitam applicatur. Cum enim integros dies interdum & hebdomadas, & plerunq; menses transigimus, accumulando peccata peccatis: nunquid horulam vnam dicemus ociose transactam, quam expendendæ & discutiendæ vitæ præteritæ impendemus? Nonne horarium spacium libẽter adhibere debemus curandis animi vulneribus: qui plurimas horas peccando cõtriuimus? Neq; huiusmodi discussio conscientiæ, noxium recte dici potest ocium: sed vtile exercitium. In quo siqua est molestia: haud illibenter est perferenda, in expurgationem noxiæ voluptatis, qua peccãdo sumus delectati. Non est igitur ea cordis examinatio: dicẽda excarnificatio, vt eam vocat Lutherus: sed salubris ad vitam preparatio. ¶ Secũdo vero, sic insistunt. Periculosa nonnunquã esse potest, tam 2
attenta circunstantiarum omnium quæ peccata commissa concernunt,

consideratio: quanta dicitur ad ipsam contritionem exposci. Nam ex illa suboriri potest (potissimum in peccatis: ad immundiciã carnis spectantibus) titillatio concupiscentiæ carnalis, & excitatio ad libidinem. & ita loco contritionis & detestationis peccati: ebullire complacentia & delectatio eius. Illud autem: foret homini perniciosum. Non est igitur tentãda: talis examinatio. ¶ Responsio. Nullum subest in sedula discussione ante actæ vitæ, salutis discrimen: modo illa cum discretione & moderatione debita fiat, & simul cum detestatione occurrentiũ in tali examine peccatorum. Siquidem illa detestatio, erit impedimento: ne noxia insurgat delectatio. Insuper in ijs vitijs, quæ ad carnis attinent impuritatem: non est immorandum nimia attentione circa singulas circunstantias. sed satis est, generali quadam cõsideratione ipsas singulatim percurrere: vna cum detestatione cõiuncta cuiuis circunstantiæ, quæ se mẽti fert obuiam. Q̃ si inuito & nolenti insurgat, inter cogitandum de illis peccatorũ generibus ad sui probationẽ, impura carnis motio siue titillatio: intermittat ille ad tempus eam discussionem, alioq; mentem attentius diuertat: donec resederit noxius ille motus. Et ita adiutrice dei gratia (ad quã impetrandã: per orationem se debet sedulo conuertere) euadet omne periculũ: & per-
3 ficiet demum salubrem sui discussionem. ¶ Tertio ita insurgũt. In psalmo tricesimoprimo dicit propheta, personam pœnitentis agens: ad do-
minum. Dixi, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu Psal.31.
remisisti impietatem peccati mei. Vbi testatur propheta, cum primũ animo secum constituerat confiteri suam iniustitiam: concepto illo proposito, iam remissum esse a deo suum peccatum, ante illius propositi executionẽ. Non igitur ad illam remissionẽ obtinendã: necessaria est oris confessio. In eodẽ etiã loco dicit se statuisse cõfiteri peccatũ suum domino: non sacerdoti eius vicario. Non est igitur: facienda sacerdoti confessio. ¶ Responsio. In eo psalmi prædicti loco, propheta loquitur de proposito firmo & efficaci cõfitendi peccata sua: quod scilicet tempore opportuno exequitur ipse proponens. & non de leui proposito & inefficaci: quod sterile est, & caret executione operis. Tale autem efficax propositũ: præsupponit sui ipsius probationem & discussionem. Alioqui nõ recta nec integra fieret, nec debita confessio. Cum vero coniunctum cõtritioni habetur huiusmodi firmum & efficax propositum, cõfitendi sua peccata: protinus ipse pœnitens consequitur suorum peccatorum remissionem. Nihilo minus superuacua non est nec inutilis sequẽs confessio quę fit sacerdoti: propter multas vtilitates exinde proueniẽtes, quę postea declarabuntur. In eodem quoq; loco propheta testatur se constituisse, peccata sua confiteri domino: sed non dicit, soli domino. Qui autem pecca-

ta ſua confitetur ſacerdoti, vicario dei: eadem etiam ipſi deo confitetur. Adde, ꝙ eo tempore quo propheta eum compoſuit pſalmum: non fuit adhuc inſtituta confeſſio ſacramentalis, ſacerdoti facienda. ſed tantũmodo in principio nouæ legis, a Chriſto (cum adhuc nobiſcum diuerſaretur in terris) eſt conſtituta. Idcirco illa ſententia prophetica: nihil militat cõtra noſtrum inſtitutum. ¶ Quarto. hunc in nos mouent cauillum. In libro decrecorum: de pœnitentia, diſtinctione prima: cap. porro illi. multę adducuntur authoritates ſanctorum patrum, & exempla ex ſacris literis deprompta, ad oſtendendum: ꝙ per contritionem interiorem animi deletur & tollitur peccatum, ante confeſſionem oris. Vnde inter cętera: hoc
Lucæ.17. ipſum quod ſequitur, habetur ibidem. Hinc etiã læproſi illi quibus dominus præcepit vt oſtenderent ſe ſacerdotibus: in itinere, anteq̃ ad ſacerdotes venirent, mundati ſunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, ꝙ anteq̃ ſacerdotibus ora noſtra oſtendamus, id eſt peccata noſtra cõfiteamur: a lepra peccati mundamur. hæc ibi. Cum itaq̃ per contritionẽ cordis obtineatur remiſſio peccatorũ: ſuperflua eſt & inutilis confeſſio oris, quæ fiat poſtea ſacerdoti. Qui enim iam ſanus eſt: non indiget medicina. ¶ Reſponſio. Admittendũ eſt illud: quod præſens aſſumit obiectio. per veram ſcilicet contritionem cordis, remitti a deo peccata pœnitentis:
Peccatis per contritionem remiſſis: adhuc faciendã eſſe illorũ cõfeſſionem. anteq̃ fiat illorum confeſſio ſacerdoti. Negandum eſt tamen, quod ex eo infertur: ſuperuacaneam ſcilicet idcirco eſſe confeſſionem oris, quæ exhibetur ſacerdoti. Nam ea ipſa ob multas rationes inſuper eſt neceſſaria & vtilis: ac nequaquam prætermittenda ab ijs, qui ſuæ volunt ſaluti cõſulere. Primo. ad præſtandam deo & eccleſiæ ſanctæ obedientiam: qui ſuis 1
præceptis nos obſtrinxerunt, vt oſtenderemus nos ſacerdotibus. Secundo. vt per erubeſcentiã, quam in confeſſione homini facta plerunq̃ per- 2
ferimus: aliqua pars temporalis pœnę peccatis debitę, exoluatur. Nam vt
Auguſtinus. ait Auguſtinus. Erubeſcentia: magnam habet partem remiſſionis. Ter- 3
tio. vt virtute clauium eccleſiaſticarum, & abſolutionis, illarum virtute nobis collatæ: etiam aliqua pœnæ temporalis pars adimatur. Quarto. vt 4
idiotæ & ignorãtes viam ſalutis, a ſacerdote (cui ſua detegũt peccata) inſtruantur de grauitate & qualitate ſuorum peccatorũ: inducanturq̃ ſalutaribus monitis, ad illa declinanda. Quinto. vt confitẽtes, a ſacerdote ac- 5
cipiant ſatiſfactionis faciendæ menſurã & modum: quid ſcilicet & quantum debeant pro ſatiſfactione ſuorum peccatorum agere. Et non imponant ſibi ipſis ſatiſfactionem pœnitentes pro ſuo arbitrio: quid ſcilicet & quantum velint. quia nõ debent eſſe iudices in ſua cauſa: neq̃ ægroti medicinam ſibi exhibere. ¶ Quinto. hac ratione nos impugnant. Sanctus 5
Matth.9. Mattheus a Chriſto ad apoſtolatũ vocatus: non legitur feciſſe confeſſio-

nem de tranſactæ vitę peccatis. neq̃ etiã Zacheus: a Chriſto iuſtificatus. Lucæ.19.
Quinimmo & illa in ciuitate peccatrix Maria Magdalena, vbertim quidem fleuiſſe refertur in euangelio: non tamen ſuorum peccatorum confeſſionem cuiq̃ ſacerdoti feciſſe dicitur. Et beatus Ambroſius: de ſancto Ambroſius.
Petro dicit. lachrymas Petri lego: confeſſionem non lego. Ex his igitur Matthæi.26.
ſcripturæ exemplis, promptum eſt colligere: confeſſionem oris quæ fiat ſacerdoti, non eſſe neceſſariam ad ſalutem, ſed ſufficere cordis contritionem. ¶ Reſponſio. Tẽpore cõuerſionis illorum qui nominãtur in præſenti obiectione, & reſipiſcentiæ a peccatis, necdum erat inſtituta confeſſio ſacramentalis: ſacerdoti facienda, neq̃ adhuc habebatur in vſu. Nõ eſt igitur mirandum: ꝙ de illorum cõfeſſione, nihil ſcriptura meminit. q̃uis ex hoc, inſufficiens ſumatur argumentum: ꝙ huiuſmodi confeſſionem nõ fecerint. Multa enim facta ſunt eo tẽpore: quæ in euangelio non ſunt expreſſa. Poſtea tamen a Chriſto inſtituta eſt, confeſſionis peccatorum ſacerdoti faciendæ lex: & ab apoſtolis, eccleſiæ promulgata & tradita. quæ deinceps omnes obligauit, & obligat in præſentia, & ad finẽ vſq̃ ſeculi obligabit fideles: ad faciendam huiuſmodi confeſſionẽ. Quare illa,
6 ad vnguem eſt obſeruanda. ¶ Sexto. hoc in nos torquẽt rationis iaculũ. Sacratiſſima Chriſti paſſio: abunde pro noſtris peccatis eſt ſatiſfactoria. 1.Corinth.15
quandoquidem ipſe mortuus eſt pro peccatis noſtris tollẽdis, & verus eſt Ioan.1.
agnus, qui abſtulit peccata mundi. vt ſcriptura in multis locis teſtatur. Nulla igitur a nobis: debet fieri ſatiſfactio. Alioqui noſtra (quam moliremur exhibere) ſatiſfactio: argueret inefficaciam & inſufficientiã meriti paſſionis Chriſti, quaſi illa non ſufficeret ad ſatiſfaciendum pro nobis. ¶ Reſponſio. Satiſfecit quidem Chriſtus ſua paſſione, pro totius mundi peccatis: delendo quod aduerſum nos erat chirographum peccati, con- Coloſſen.2.
ſcriptũ ex præuaricatione primi parẽtis: & in omnes poſteros traductũ. inſuper & pœnam æternam pro peccatis noſtris perſonalibus & particularibus debitam: per applicationem meriti ſuę paſſionis ad nos, virtute ſacramenti pœnitẽtiæ, cõmutando in tẽporalem: ſublato culpæ reatu. Nõ tamen ita ſatiſfecit: ꝙ totam illam pœnam temporalem (in quam cõmutata eſt pœna æterna) exoluerit, atq̃ ſuſtulerit. vt nulla ſit reliqua pœna temporalis: a nobis qui peccauimus, debita aut perſoluẽda. Quoniã illud: legi æquitatis & iuſtitiæ non reſpõdet nec conſonat, ꝙ quis per ſeipſum alicui magnæ authoritatis domino inferat iniuriam aut contumeliam: & tamen pro illa nullam exhibeat emẽdationem ipſi lęſo, nec ſatiſfactionẽ. Illud itidem, ocioſos redderet homines, & noxia ſecuritate torpẽtes: tardos ad bonum, & ad malum procliuiores. Audẽtius enim & promptius peccarent omnes: cum perſuaſum haberent, nullam penitus pro ſuis pec-

catis deo deberi satisfactionem. Vnde pro pœna illa temporali, remissis iam peccatis adhuc debita:debet vltra dominicæ passionis meritũ, fieri a nobis satisfactio,per pia opera & afflictoria: quæ totam illam reliquam pœnam tollant. ¶Postremum,& hoc ratiocinio argutantur. Peccatum 7
lethiferum per hominem commissum,est infinitæ malitiæ: attendendo maiestatem eius quem offendit,scilicet dei,qui est infinitę bonitatis. Tantæ siquidem grauitatis est malum:quantum est bonum,contra quod fit. Ergo impossibile est hominem per quæcũq; bona opera satisfacere deo, vel de vno peccato mortali.cum quantacũq; eius opera: sint finita & numero & merito. In satisfactione autẽ, debet esse proportio emẽdationis satisfactoriæ ad offensam cõmissam:etiã in quadam æqualitate.vt ipsum nomen satisfactionis:indicat. ¶Responsio. Admissis omnibus quæ hic assumuntur:fatendum est quidem, q̃ secundum proportionem æqualitatis & ad condignum:absq; Christi merito & gratia nõ potest homo satisfacere deo: etiã de leuissimo peccato mortifero, ex se:vt recte colligit præsens obiectio. Secundum quandam tamen cõgruitatem & decentiã (quam exigit a nobis deus:& qua etiam est contentus)potest ab homine fieri satisfactio ipsi deo.nõ quidem si proprijs viribus nitatur homo:sed vbi multis adiuuatur præsidijs.vtpote merito dominicæ passionis,suffragijs ecclesiæ:virtute sacramenti pœnitentiæ,& adiutrice dei gratia. quæ fert opem laboranti: vt pia opera satisfactoria quæ facit, sint efficacia & deo accepta,atq; ad abolendam pœnam debitam vtilia.

¶Locum,animarum corporibus solutarũ purgatoriũ, esse ponendum:& viuorum suffragia defunctis prodesse. Cap. XIX.

N animas fidelium defunctorum, humanæ subleuationis indigas: etiã crudeles & inhumani sunt Lutherani.cum & earum purgatorium esse locum abnegãt: in quo expientur a peccatorum reliquijs. & cũ pia viuentium suffragia, illis nequaq̃ prodesse ad refrigeriũ opemq; ferendam:astruunt. Ob quod, nullo commiserationis affectu videntur in vita defunctos moueri: & viscera pietatis claudere mortuis fratribus suis, assidue eorum suffragia miserabili voce implorantibus. Cõtra quam detestabilem eorum impietatem: hæc proponitur veritas catholica,ab omnibus tenenda.

Fatendum est,esse locum animarum post hãc vitam purgatorium: & viuentium suffragia defunctis ad liberationem celeriorẽ prodesse.

¶Cuius prima pars primum deducitur ex eo scripturę verbo:posito in 1
cãtico Annę matris Samuelis. Dominus mortificat & viuificat:deducit
1.Regum.2. ad inferos,& reducit. Quod sane de inferis perpetuo damnatorum non

potest accipi:quia in eo inferno nulla est redemptio,neq; reductio ad vitam & requiem cælestem. Sed duntaxat de inferis purgatorijs,in quibus detinẽtur animæ,habẽtes in se reliquum quippiam,post solutionẽ a corporibus:quod expiatione egeat. Sũt igitur ponendi tales inferi, lociq; inferiores:pro animarũ purgatione. Qua expleta,dominus eas reducit animas ad claritatẽ æternæ beatitudinis, sedesq; regni cælestis:in quibus per-
2 petuam habeant mansionem. ¶Consonat illi sententiæ:& illud Zacha-
riæ prophetæ verbum,ad Christũ. Tu quoq; in sanguine testamenti tui: Zachariæ.9.
emisisti vinctos tuos de lacu,in quo non erat aqua. Quod de sanctis patribus,qui in abditis continebantur receptaculis a deo ordinatis,vsque ad tempus visitationis eorum:non potest accipi. tum q̃ vincti nõ tenebantur illic:nec carcere clausi. tum q̃ non defuit eis aqua refrigerij & consolationis:cum de Lazaro reposito in sinu Abrahæ,dixerit ipse Abraham, q̃ esset in cõsolatione. Neq; de vinctis in inferno inferiori, & damnato- Lucæ.16.
rum æterno incendio:illud verbũ propheticum potest recte accipi. quoniam illi:nec emissi sunt vnq̃,nec emittendi. Ergo de ijs qui vincti detinebantur in lacu purgatorio:illud sane intelligitur.qui virtute sanguinis Christi in passione effusi:sunt erepti ab eo lacu,in quo purgandi tenebantur. Est igitur lacus & locus purgatorius: in quo expiãtur animæ defun-
3 ctorũ. ¶Præterea. In secundo libro Machabęorum,capite duodecimo:
scriptum est. q̃ vir fortissimus Iudas, collatione facta,duodecim millia 2.Macha.12.
dragmas argẽti misit Hierosolymã: offerri ea ibi pro peccatis mortuorum,in sacrificium. Erat itaq; tum apud Hebræos indubitata fides,ipsis mortuis interdum reliqua esse peccata:quæ cum erant adhuc in vita,non erant abolita aut deleta quantum ad culpam & eius maculam:vel saltem quantum ad pœnam. Atqui diuinæ iustitiæ rectitudo exigit, ea peccata penitus elui atq; abstergi: antequam ingressum habeãt in aulam cælestẽ, in quam nihil intrabit coinquinatum. Consequens est igitur,q̃ ponẽdus Apoca.21.
sit locus purgatorius:in quo mortuorũ peccata abstergantur,& abradan-
4 tur. ¶Insuper. Matthæi quinto capite:dicit æterna veritas. Esto cõsen- Matthæi.5.
tiens aduersario tuo cito:dum es in via cum eo. ne forte tradat te aduersarius iudici:& iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi,non exibis inde:donec reddas nouissimum quadrantem. Et Lucæ duodecimo capite:in fine cõsimilis sententiæ,dictũ est. Nõ exibis in- Lucæ.12.
de:donec reddas nouissimum minutum. At hoc Christi verbum,de carcere perpetuo damnatorum nõ intelligitur:quoniam inde nullus vnq̃ est exitus. Igitur de carcere purgatorio accipiendum est: in quem mittitur, qui aliquid purgandum in exitu vitę secum defert.quo ad vltimum vsq; quadrantem secundum diuinę iusticię ordinẽ persoluto: datur illi exitus

ab eo carcere,ad libertatē cęleſtiū tabernaculorū. Eſt igitur ponēdus car-
cer:animarum purgatorius. ¶ Rurſus. Matthæi duodecimo capite:ſcri- 5
Matth.12. bitur Chriſtus dixiſſe. Qui dixerit verbū contra ſpiritum ſanctum:non
remittetur ei,neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro. Ex quo verbo, protinus
eſt conſectaneū:aliquod eſſe peccatū, quod remittatur in futuro ſeculo.
Alioqui ſuperuacanea eſſet:illius particulę adiectio. quod nefas eſt puta-
re,& admodum abſurdum:in verbis ſcilicet Chriſti,ſuperfluum aliquid
inueniri. Nō autem remittitur illud peccatum, in inferno loco perpetuæ
damnationi addictorum:quoniam illic nulla eſt redemptio. Ergo huiuſ-
modi remiſſio peccati in futuro ſeculo:fit in purgatorio. poſt omnimo-
dam ſcilicet macularū peccati cōtractarum abraſionē: & pœnæ pro illis
debitæ perſolutionē. ¶ Ad hæc. Apoſtolus in primæ ad Corinthios epi 6
ſtolę,capite tertio,loquens de ſuperędificante ligna,fœnum & ſtipulam:
per quæ intelliguntur leuia,venialiaq; peccata, ſecundum ſanctorum pa-
1.Corinth.3. trum interpretationem:ait. Si cuius opus arſerit:detrimentum patietur.
ipſe autem ſaluus erit:ſic tamen quaſi per ignem. Vbi iuxta ſacros autho
res, dicitur opus alicuius ardere: quod expiatione & expurgatione ignis
atq; incendij mundatur,& purificatur a contractis maculis. Is autem qui
talia commiſit opera,ardore purganda: detrimētum patietur poſt tranſ-
actum diem domini particularem,cuiq; in exitu ſuæ vitæ expectandum.
quia & dilationē gloriæ perferet æternæ:& cruciatum pro cōtractis ma-
lis. Ipſe tamen ſaluus erit,quoniam æterno non ſubiacebit ſupplicio: ſed
poſt elutas operis ſui maculas, perducetur ad regnum cælorū. Attamen
ſaluus erit (inquit Paulus) quaſi per ignem:purgatoriū ſcilicet, & expia-
torium peccatorum poſt hanc vitam. Ex his igitur apoſtoli verbis: con-
uincitur eſſe ponendum purgatorium locum animarum,corporibus ſo-
lutarum. ¶ Adde,q; ad Philippenſes ſcribens apoſtolus: in ſecundo eius 7
Philip.2. epiſtolæ capite, ait de deo patre & Chriſto homine. Propter quod deus
exaltauit illum:& dedit ei nomen,quod eſt ſuper omne nomē. Vt in no
mine Ieſu,omne genu flectatur:cæleſtium,terreſtrium,& infernorū. &
omnis lingua cōfiteatur:quia dominus Ieſus,in gloria eſt dei patris. Vbi
poſt ſanctos patres iam in cælum cū Chriſto ſubuectos: dicit apoſtolus
eſſe apud inferos, qui genu flectāt in nomine Ieſu, reuerentiam illi debi-
tam & honorem exhibendo. Illi vero: non ſunt apud inferos perpetuo
Pſalmo.113. damnatorum. quoniam de illis:ſcriptum eſt. Non mortui laudabunt te
domine:neq; omnes qui deſcendunt in infernum. Quærendi ſunt igitur
illi,apud inferos purgatorios:quoniā in ſpe futuræ ſalutis reſpirant, atq;
fouentur. Eſt igitur ponendum purgatorium. ¶ Cōſimile autem huic 8
eſt:quod Apocalypſis quinto capite legitur. Omnem (inquit) creaturā,

quæ in cælo eſt:& ſuper terrā,& ſub terra. omnes audiui dicentes ſedenti
ſuper thronū:& agno. Benedictio, & honor,& poteſtas: in ſecula ſecu-
lorū,amen. Atqui dęmones & qui cū eis æterno igni ſunt addicti: nō be
nedicūt deo. ſed iuxta diuini pſaltis verbū ad deum, ſuperbia eorū qui te
oderūt:aſcendit ſemper. Nō poteſt igitur aſſignari alia creatura ſub ter- Pſalmo.73.
ra,quæ benedicat diuino nomini:q̄ cœtus & multitudo eorū,qui in abdi
tis ſecundū dei ordinationē receptaculis ſub terra,purgantur a peccatorū
ſuorū reliquijs:expectātes beatā ſpem, & aduentū gloriæ magni dei. Eſt
9 igitur ponendus locus:illorū purgatorius. ¶ Inſuper. In ſecundo capite
actuū apoſtolorū: beatus Petrus in ſua ad Iudæos prædicatione, dixit de Actuum.2.
Chriſto. Quē deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni: iuxta quod,im-
poſſibile erat teneri illū ab eo. Hoc autē Petri verbū intelligi nō poteſt:
de doloribus inferni inferioris, & damnatorū. Nā illi per Chriſtū ſoluti
nō ſūt,nec relaxati:neq; ſoluētur vnq̄. Neq; idem verbū accipi poteſt:de
doloribus animę Chriſti. quoniā ipſa:nullos dolores in inferno pertulit.
ſed illuc deſcendit diuinitati cōiuncta:vt vinctos inde potenti ſua virtute
educeret. Demū & id verbum nō apte poſſet accommodari ad dolores:
quibus ſancti patres antiqui dicerentur detenti in ſinu Abrahæ. quoniā
illic dolor locū non habuit:ſed ſola cōſolatio. iuxta verbū Abrahæ ad di
uitem epulonem:apud Lucā. Reliquū eſt igitur, illud beati Petri verbū Lucæ.16.
intelligi debere: de doloribus inferni ſuperioris. quibus cruciabantur ij,
qui pro peccatis ſuis expurgandis:debitas exoluebant pœnas. Eſt igitur
10 aſtruendū purgatoriū:cuius dolores tūc fuerint a Chriſto ſoluti. ¶ De-
mum. ſancti patres omnes tam antiqui q̄ recētiores:vno ore aſtruunt &
teſtificātur,eſſe locū animarū purgatoriū,poſt ſolutionē earū a corpore.
Quales ſunt: beatus Auguſtinus,Hieronymus, Ambroſius,Gregorius,
Chryſoſtomus,Bernardus ſuper cantica: & ſanctus Thomas in ſuo lu-
culēto opuſculo,cōtra errores Græcorū. qui inter cæteras ſuas improbas
aſſertiones,& hanc ponebant:q; nō ſit purgatoriū poſt mortē, animarū Error græcorū purgatoriū negantiū.
expiatoriū. A quorū ſacrorū authorū adducēdis ſententijs particulatim,
nūc ſuperſedendū exiſtimaui:ne nimia prolixitas ingerat legētibus faſti-
diū. Qui vero in ſanctorū illorum patrū libris, ſtudioſe fuerit verſatus:
occurrentia protinus inueniet eorū cōplura teſtimonia de loco purgato-
11 rio,facileq; percipiet:omnes vno animo in eā cōueniſſe ſententiā. ¶ Sed
iā nōnullis rationibus:eādē fulcianus veritatē. Oſtenſū eſt latius in præ-
cedente capite,vbi de ſatiſfactione agebatur ſermo: præſertim in primis
quatuor illius particulę rationibus,q; dimiſſa per dei gratiā culpa pœnitē
tis, adhuc reſidua eſt & ſupereſt aliqua pœna tēporalis, debita pro illius
culpæ commiſſione:& quæ exoluenda eſt ab eo qui deliquerat, anteq̄ ab

omni debito illius culpæ cõmissę sit liber & exemptus. Siquis igitur migrauerit ex hac vita, deletis quidem omnibus peccatis quantum ad culpæ reatum, sed necdum persoluta tota pœna temporali illis debita: non protinus euehetur ad æternæ gloriæ tabernacula. quia nondum exoluit totũ debitum, & adhuc in eodem, est reatus & obligatio pœnę: quæ est sustollenda ante cælestis regni participationem. Assignandus est igitur locus, animarũ corporibus exutarum purgatorius: in quo residuum debitũ per satisfactoriam persolutionem omnino reddatur, vt nihil illius reliquum maneat. ¶ Huic accedit. ꝙ tanta est rectitudo diuinæ iustitiæ, vt quẽadmodum nihil boni relinquit irremuneratũ: ita nihil mali dimittit impunitum. Siquis igitur contractis nonnullis peccatis venialibus: aut ex verbis ociosis (de quibus reddẽdam testatur dominus rationẽ: in die iudicij) aut solicitudine nimia curandæ rei familiaris, aut risu immoderato: decedat ex hac vita (dormiens, aut in actu venialis culpæ existens) sine illorum remissione quantum ad culpam, & sine persolutione pœnæ illis debitæ: ille non continuo ad cælestem requiem trãsferetur, quoniam adhuc maculis illorum leuium peccatorum est obsitus. Per illam autem ciuitatem Hierusalem nõ transibit (vt ait propheta) pollutus aut immundus, & nihil inquinatum in illam incurrit: vt testatur Salomon in libro sapiẽtiæ. Neq; etiam illius anima: detrudetur in ignem æternũ damnatorum. quoniã leues illæ maculæ non aduersantur diuinæ gratiæ: nec eam deperdunt. Et ita ille consors & particeps charitatis in deum & gratiæ eius, ex hoc mundo sublatus: non est obnoxius æternæ damnationi. Ergo ponẽdus est locus purgatorius animarum post hanc vitam: in quo secundum rectitudinem diuinæ iustitiæ, ille sic exemptus præsente vita, purgetur a maculis illis superstitibus: & perferat pœnã ipsis debitam. Aequitati igitur diuinæ, rectæq; rationi est consentaneũ: ꝙ constiuatur purgatorium. neq; vllus orthodoxæ fidei cultor: vnq̃ id negauerit. ¶ Postremo. Locũ animarum purgatorium confirmant non pauca sacra concilia: ab ecclesia recepta. vtpote concilium Carthaginense tertium. cap. vicesimonono. Carthaginense quartum: capi. vicesimosexto. Valense: cap. secundo & quarto. Valentinum: cap. quarto. Agathense: cap. quarto. Toletanum tertium: cap. vicesimosecundo. Toletanum septimum: cap. tertio. Toletanum decimũ: cap. duodecimo. Bracchareẽse primũ: cap. decimosexto, tricesimoquarto, tricesimoquinto, & tricesimonono. Deniq; concilium Constantiense: cõtra Viclefum & Ioannẽ hus: sessione octaua & decimaquinta. ¶ Opposita vero sententia, abnegans purgatorium: error est Grecorũ, Armeniorum, Catharorum, Valdensium, Bohemorum: & potissimũ Pragẽsium, a Hieronymo de Praga in eũ errorẽ inductorũ.

Matth. 12.

Esaiæ. 35.

Sapien. 7.

Hæretici negantes purgatorium.

Error itidem est Aerianorũ: qui etiã dicebant viuentiũ suffragia nõ prodesse defunctis. quod impiũ eorũ assertũ: mox plurifariã elidetur. Quis igitur sanæ mẽtis: toties damnato errori & exploso (qui peruicaciter infi ciatur esse locũ: animarũ corporibus exutarum purgatorium) adhęserit?

1 ¶ At vero secunda propositæ in huius capitis exordio veritatis, pars: vtpote ꝙ suffragia viuentium prosunt defunctis, ad ipsorum subleuationem: sequentibus nunc comprobanda est rationibus. Et primum authoritate illa secundi libri Machabęorum: quam in officio missæ pro defunctis sancta legit ecclesia. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Ex qua sententia, id ratum habetur & firmum: orationes viuentium, suppetias ferre mortuis & præsidium, ad remissionem peccatorum (siqua dimittenda supersunt) obtinendam, & ad sustollendam pœnam: peccatis, pro quibus non est satisfactum, debitã. Quæ quidem pœna, quia peccatũ cõsequitur semper & comitatur: nomine peccati interdũ in scriptura exprimitur: vt effectus nomine suæ causæ, & nuncupatione debitorum (haud minus atq; ipsa peccata) cõprehenditur. Neq; hic aliquis importune sugillet prædictũ librum Machabęorũ: neq; causetur ꝙ non sit de canone. & ergo illum non habere pondus authoritatis & momẽtum: ad cõprobanda ea quę in disceptationem veniunt. Nam quemadmodum in quarto huius operis capite iam dictũ est, etsi liber ille non sit de canone Hebræorum: ecclesia tamen catholica illum inter canonicos recepit, vt ex authoritate Augustini & sanctorum conciliorũ ibidem est ostensum. Quare nullus hęsitare debet: secundum illum Machabæorũ librum, apud ecclesiam probatissimæ esse authoritatis, & cui nemo detrahere aut aduersari iure audeat. Consonat etiã prædictæ Machabęorũ sententiæ: illud verbũ Tobiæ senioris ad filium suum. Panem tuum & vinum tuum: super sepulturam iusti constitue. Quo dicto, Nicolaus Lyranus id documẽtum tradi perhibet, ꝙ pane & vino pascendi sunt & subleuandi pauperes per elemosynã, in morte iustorũ: ad refrigerium & opitulamen animarum, ipsorum pie defunctorum.

2. Macha. 12.

Matthæi. 6.

Tobie. 4.

2 ¶ Præterea, Apostolus in primæ suæ ad Corinthios epistolæ duodecimo capite ait, nõ debere esse schisma corpore: sed in idipsum pro seinuicem solicita sint membra. Et siquid patitur vnum membrum: compatiuntur omnia mẽbra. Siue gloriatur vnum membrũ: congaudent omnia membra. Quod non solum de mẽbris corporis naturalis, ibidem vult intelligi apostolus: verum etiam de membris corporis mystici, adinuicem glutino charitatis & signaculo fidei coadunatis. Atqui viuentes adhuc vitam præsentem, & ab ea per mortem subtracti cum diuinæ dilectionis & gratiæ ornamẽto: habent mutuam inter se connexionem & compagem

1. Corinth. 12

concilio carthaginẽ. 3. cui int. fuit aug. Pag. 1. li. fo. 100. 3.

et in decret. innocentij papæ. 1. tito. concilio 2. fo. 115. et int. decreta gelasij papæ. fo. 207.

per vinculum charitatis, tanq̃ membra adinuicẽ vnius corporis myſtici. propter quam ſpiritualem iuncturam & habitudinem, habent etiam cõmunicationẽ & participationem bonorũ operum: vt a viuentibus facta, tranſferantur in mortuorum ſubſidium. quemadmodum & vnum corporis membrũ, ab alio adiuuatur. Sicut igitur videmus infirma membra ſubleuari a ſanis, & debilia a validis in naturali corpore: ita ſecũdum legẽ & ordinẽ charitatis, ipſi viuentes tranſfundere poſſunt in mortuos opera pia, & meritoria ad horũ ſubleuationẽ. ſecundum illud prophetæ verbũ.

Pſalmo.118. Particeps ego ſum omniũ timentium te. Secundum naturæ igitur ordinem, & charitatis præſcriptum in prædicta ſententia apoſtolica inſinuatum: viuentiũ ſuffragia prodeſſe queũt defunctis. ¶ Inſuper. ab ipſo ecclesiæ primitiuæ exordio, obſeruata eſt laudabilis illa & cõmendatiſſima 3
cõſuetudo: effundendi preces pro vita defunctis a toto ſacerdotũ choro, in præſentia funeris intra tẽplum delati. Quẽadmodum teſtatur beatus Dionyſius in libro de eccleſiaſtica hierarchia: ritum tẽporis illius deſcri-

Dionyſius in eccleſiaſtica hierarchia. bens capite ſeptimo, his verbis. Accedens deinde venerãdus antiſtes: precem ſuam ſuper mortuum peragit. poſtq̃ precem & ipſe præſul eum ſalutat: & ſuo deinceps ordine qui aſtant omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam: vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto. eumq̃ in luce ſtatuat & regione viuorum, in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Iacob: in loco vnde effugit dolor, triſtitia, & gemitus. hæc ille. Ex quibus perſpicuum eſt: ipſo apoſtolorum tempore, quo floruit Dionyſius & ſua ſcripſit opera: obſeruatum fuiſſe laudabilem hunc morem orandi pro defunctis, & tunc etiam perſuaſum omnibus fuiſſe: q̃ defunctorum peccata poſt mortem relaxarentur, ac dimitterentur eis. ad quod: viuorum preces magnopere conferunt. ¶ Quinimmo & hunc 4
morem ſubleuãdi defunctos pijs precibus: ſacri authores tradunt ab apoſtolis fuiſſe in primordio eccleſiæ conſtitutum. Siquidem Damaſcenus

Damaſcenus in quodam ſermone de ſuffragijs mortuorum: ait. Myſteriorum conſcij diſcipuli ſaluatoris, & ſacri apoſtoli: in tremendis & viuificis myſterijs, memoriam fieri eorum qui fideliter dormierunt, ſanxerũt. Cui ſub-

Iſidorus. ſcribit & Iſidorus epiſcopus Hiſpalenſis: dicẽs. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro eis: quia per totum hunc orbem cuſtoditur, credimus q̃ ab ipſis apoſtolis traditũ ſit. Hoc enim: vbiq̃ tota tenet eccleſia. quę niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata: non pro eorum ſpiritibus elemoſynam faceret, vel ſacrificium deo offerret. hæc ille. Non eſt igitur recens inuẽtum, ſupplicatio pro defunctis: vt oblatrant aduerſarij. ¶ Rurſus, approbat hanc commendabilem 5
eccleſiæ conſtitutionem: decretum concilij Cabilonenſis. quod in libro

decretorum de conſecratione, diſtinctione prima, capi. viſum præterea. recitatur in hunc modum. Viſum præterea nobis eſt, vt in omnibus miſ- Decretum cõcilij Cabilonenſis.
ſarum ſolennibus: pro ſpiritibus defunctorum, loco competenti, in eccleſia ad dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus & pro quibuſlibet neceſſitatibus ad dominum deprecetur: ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fideliũ, preces domino in miſſarum ſolẽnibus fundantur. Et reliqua: in eandem ſen
6 tentiam ibidem ſubſequẽtia. ¶ Ad hæc. vniuerſalis eccleſiæ cõſuetudo, hunc morẽ fundendi preces pro defunctis: irrefragabili authoritate ſua, mirum in modum confirmat. Quæ in cuiuſq̃ miſſæ officio, poſt conſecrationem ſanctorum myſteriorum: cõmemorationem facit mortuorum, & orat pro eis. Officium præterea peculiare conſtituit: veſperas cõtinens & matutinas horas, celebrandum particulatim pro defunctis. Cui adiecit & commendationes animarum: diuinæ pietatis pro eis deprecatorias. Quæ quidem duo orationum genera: per totum anni circulum in ſubleuationem defunctorũ celebrari, & deo fieri poſſunt. Deniq̃ eccleſia catholica & diem vnum quotannis deputauit cõmemorationi animarum, faciendæ per totum orbem Chriſtianum: ſecundum ſcilicet nouembris diem, & qui proxime omnium ſanctorum ſolennitatem ſubſequitur. Manifeſtum eſt igitur, ex hac publica eccleſię obſeruatione circa defunctorum commemorationem: viuẽtium ſuffragia illis prodeſſe.
7 ¶ Quanti autẽ facienda ſit hæc conſuetudo eccleſiæ, de orationibus fundendis in mortuorũ ſubſidium: etiam in celebrationibus miſſarum pro defunctis ordinatarum peculiariter, liquido conſtat ex eo beati Auguſtini dicto: in libro de cura pro mortuis agenda. Si nulla (inquit) eſſet Auguſtinus.
authoritas ſacræ ſcripturæ, quæ doceret orare pro defunctis: tanta eſt tamen authoritas eccleſię Romanę, & conſuetudinis eius obſeruatę, vt nemo illam inſequens poſſit errare. In eodem libro, idem etiam ſacratiſſimus author de altaris ſacrificio loquens, pro defunctis offerendo: ait. Nõ Idem.
parua eſt vniuerſæ eccleſiæ (quæ in hac conſuetudine claret) authoritas: vt in precibus ſacerdotis, quæ domino deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habeat etiam commemoratio mortuorum. hæc ille. Ex qui-
8 bus planum euadit: preces viuentiũ, defunctis plurimũ prodeſſe. ¶ Rurſus idem probatiſſimus author, in libro nono ſuarũ confeſſionũ: vbi extremũ deſcribit morbum piæ ſuæ matris Monicæ, apud oſtia Tiberina cõtractũ: quo & demũ eſt extincta. inter cætera cõmemorat ipſam iam morti propinquam: illi & fratri eius dixiſſe. Ponite hoc corpus vbicũq̃: Monica Auguſtini mater
nihil vos eius cura conturbet. Tantũ illud vos rogo: vt ad domini altare memineritis mei vbi fueritis. Hãc autem petitionem nõ feciſſet ſancta

illa matrona: nisi persuasum habuisset, illam cõmemorationem mortuis prodesse. ¶ Confirmat etiam eandem sententiam beatus Gregorius, scri 9
bens ad Bonifaciũ: quod recitatur, decimatertia, quæstione secunda. cap.
Gregorius pro obeuntibus. in hunc modum. Pro obeuntibus quippe consuluisse co
gnosceris: si liceat pro eis oblationes offerri. Sancta sic tenet ecclesia: vt
quisq; pro mortuis vere Christianis, offerat oblationes. atque presbyter:
eorum faciat memoriam. Et quãuis peccatis omnes subijciamur: cõgruit
tamen, vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & interce-
dat. Eodem etiam decretorum loco, & proxime sequente capite: scilicet.
Idem. animæ defunctorum. ita dicit beatus Gregorius. Animæ defunctorum,
quatuor modis soluuntur. aut oblationibus sacerdotum, aut precibus san
ctorum: aut charorũ elemosynis, aut ieiunio cognatorum. Vbi per obla-
tiones sacerdotum, intelliguntur celebrationes missarum: quæ fiunt a sa-
cerdotibus, in subsidium & releuationem defunctorũ. quoniam in ipsis
huiusmodi celebrationibus: sacrosancta eucharistia deo offertur. ¶ De- 10
Innocentius tertius. mum. Innocẽtius tertius in suo libro de officio missæ, astipulatur eidem
sententiæ: dicens. Orat pia mater ecclesia non solũ pro viuis, sed etiã pro
defunctis: & eos sacræ oblationis intercessioni cõmendat. certissime cre-
Matthæi.26. dens, q̃ sanguis ille preciosus qui pro multis effusus est in remissionem
peccatorum: non solum ad salutem viuentium, verum etiam ad absolu-
tionem valeat mortuorum. Et vt magis ostenderet ecclesia fidem suam,
qua tenet id nostrum sacrificium mortuis prodesse: statuit & decreuit,
vt in omnibus missarum celebrationibus, loco debito, defunctorum me-
moria habeatur. hæc ille. Porro operosum esset & superuacaneum, om-
nes cæterorum illustrium authorum sentẽtias in præsentia adducere: quæ
testificantur, viuentium suffragia mortuis afferre præsidium. Proinde
ab illis nunc afferẽdis amplius, supersedentes: ad obiectiones aduersario-
rum proponendas & dissoluendas cõuertimur.

¶ Primum itaq; obiectant nobis illud domini verbum, quod Ezechielis 1
Ezech.18. decimooctauo capite scriptum dicunt. Quacunq; hora ingemuerit pec-
cator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor. Ex quo innotescit (in-
quiunt) ita per cõtritionem deleri peccata pœnitẽtis: vt iam nullo modo
prorsus imputentur. Nulla igitur satisfactio pro peccatis exigitur: quo-
rum culpa per cõtritionem est remissa. quare nullũ est ponendum pur-
gatorium. cum illud solum dicatur, ab alijs poni debere: vt in eo fiat sa-
tisfactio de peccatis præteritis, de quibus in præsenti vita non est plene
satisfactum. ¶ Responsio. Illud dictum in obiectione propositum:
quod a multis etiam catholicis frequentissime citatur, & ferme omnium
versatur in ore: neque apud ipsum Ezechielem, neq; alium quempiam

prophetam secundum eam verborum formam legitur, in nostra tradu-
ctione: quæ in cõmuni vsu habetur. Sed illud tantũ Ezechielis decimo-
octauo capite scriptum legimus: nõ omnino a sententia prioris dicti dis-
sidens, sed amplius superaddens. Si impius egerit pœnitentiam, & fece- Ezech.18.
rit iudicium & iustitiam: vita viuet & non morietur. omnium iniquita-
tum eius quas operatus est: non recordabor. Quæ quidẽ prophetæ verba
haud incongrue in aduersarium retorqueri possunt: q̃ contra eum mili-
tent. Ex illis enim cõstat & colligitur, q̃ ad idipsum vt dominus iniqui-
tatum alicuius non recordetur: oportet non solum ipsum egisse pœniten
tiam, quod ad contritionẽ pertinet: verum etiam eundem fecisse iudiciũ
& iustitiã. quod vtiq; fit, si q̃tũ sibi permisit illicita: tantũ sibi ipsi inter-
dicat licita, & ab illis per afflictionẽ carnis & spiritus abstineat. Hoc au-
tem fit per satisfactionẽ condignam: quæ suscipitur & agitur ad abolen
dam pœnã, peccatis iam dimissis debitã. Quæ satisfactio, si in hoc seculo
cõpleta non fuerit: in altero seculo perficienda est. Quare necessariũ est
ponere locũ purgatorium (vt iam sæpius dictũ est) ad satisfactionẽ plene
agendam. Eodem etiã modo respondendum est ad illud domini verbũ:
quod apud eundẽ prophetã scribitur capite tricesimotertio. Impietas im-
pij: nõ nocebit ei, in quacũq; die cõuersus fuerit ab impietate sua, feceritq; Ezech.33.
iudiciũ & iustitiam: vita viuet in eis. Nam per ea verba, feceritq; iudiciũ
& iusticiã, designatur satisfactio per bona opera & afflictoria, volũtarie
facta, ad persoluendã pœnã temporalẽ, pro peccatis (etsi remissa sint q̃tũ
ad culpam) adhuc debitã. Quæ quidem pœna, si in hoc mundo nõ fue-
rit plene exoluta: quicquid illius superest, in purgatorio est exoluẽdum.
Et ita: statuendum est purgatorium. ¶ Secundo. adducũt in nos: quod
2 apud Ecclesiastem vndecimo capite scribitur. Si ceciderit lignum ad au- Eccle.11.
strum aut ad aquilonem: in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. In quo dicto:
per lignum intelligitur homo, qui & arbor frequenter dicitur in euange- Matth.7. &
lio per parabolam. Per casum autem ligni, accipitur mors hominis: per 12.
quam cadit in terrã. Per austrum vero, ibidem intelligitur ordo electo-
rum: in feruore diuinæ charitatis, hinc sublatorum. Et per aquilonem:
ordo reproborum, igne superni amoris carẽtium, atq; frigore noxio tor-
pẽtium. Ergo per huiusmodi occasum in mortem, nunquam homo de-
putatur ad locum purgatorium: vnde tandem euehatur in cælum. cum
solum duo sint determinata loca, ad quæ fiat post mortem casus & decli-
natio: scilicet auster & aquilo. Non est igitur purgatorium. ¶ Respon-
sio. Admissis ijs quæ hic assumuntur: nõ est recipiendũ quod colligitur.
quoniam qui diuino iudicio in purgatorium locum descendunt: ad ordi-
nem pertinẽt electorum, a quo quidem ordine & statu nunquã possunt

decidere. quandoquidē in participatione diuinæ gratię, & charitatis ardo
re: hinc decesserūt. quam gratiæ, & charitatis cōmunicationem, nunquā
perdent. cum post mortē in eo purgationis explēdę statu, sicut meritum
suum trāsactæ vitæ adaugere nō possunt: ita nec deperdere, neq; prolabi
in deteriorem cōditionem, aut a bono in malum commutari. Itaq; q̄uis
locis purgatorijs deputati post mortem, necdum consecuti sint vltimam
suæ beatitudinis perfectionem & summam: nihilo secius ad sortem atti-
nent electorum, & ad eorum numerum qui cadunt ad austrum: q̄ hinc
decedentes, in domino mortui sint. ¶ Tertio. afferunt cōtra nos illud do 3
Marci.16. mini verbum: quod Marci decimosexto capite scribitur. Qui crediderit
& baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero non crediderit condemnabitur.
Vbi duo tantum ponuntur ordines & status hominum: post hāc vitam.
eorum scilicet qui saluantur, & migrāt ex mortali vita ad immortalem:
& eorum qui condemnantur ad ignem æternū, & post mortem tempo-
ralem transeunt ad mortem perpetuam. Ego cum primū anima separa-
tur a corpore: aut trāsit protinus ad regnū cælorū, aut ad gehēnam ignis.
Quare nō potest assignari locus animarū purgatorius: ad quem deducan
tur animæ statim post dissolutionē a corpore. quoniā tūc esset assignare
tertiam quandam sortē ac conditionem hominum, post hāc vitam: quæ
distingueretur a duobus illis hominū ordinibus, in prædicto euangelij lo
co expressis, quod repugnat euangelio. ¶ Respōsio. Qui transacto vitæ
præsentis stadio, adhuc aliquid secum deferunt indigens purgatione, &
idcirco ad purgatorium locum cōfestim transeunt: ad ordinem pertinēt
electorū, vt in præcedētis obiectionis dictum est dissolutione. Et idcirco
ad primum pertinent membrum, in prædictis verbis euangelicis expres-
sum: scilicet ad cœtū & numerum eorū qui salui erunt. Neq; enim dicit
ibi Christus. Qui crediderit & baptizatus fuerit: mox cū ex hac transie-
rit vita & continuo saluabitur. sed simpliciter & sine aliqua adiectione,
tantummodo dixit: q̄ saluabitur. Modo illi qui purgatorijs ilico post
mortem deputantur locis, & illic detinentur vsq; ad completam satisfa-
ctionem: postea haud dubie subuehuntur ad æthereas regni cælestis se-
des. Quare de his omnibus, id verum est vtique: q̄ saluabuntur. & ita
manifeste dinoscuntur contineri sub priore membro, in verbis Christi
assignato: vtputa sub numero eorum qui salui erunt in regno cęlorum.
Matthæi.25. ¶ Quarto. Illud adducunt ex Matthęo, de extremo iudicio Christi ver- 4
bum: quo statuēdas tūc dixit oues a dextris, & hœdos a sinistris. & oues
quidem vocādas ad regnum: hœdos autem mittēdos in ignem æternū.
Ecce (inquiūt) tota hominū multitudo & vniuersitas, in duas tantū par-
tes distinguetur, in districto illo examine iudicij: in oues scilicet & hœ-

dos. neq; vlla exprimitur tertia pars: pro ijs qui deputātur purgatorijs lo-
cis, & tunc sistentur Christo iudici. Non est igitur assignandum: huiusmodi
receptaculum purgatorium. ¶ Responsio. Quēadmodum in di-
lutione duarum præcedētium obiectionū, iam dictum est. qui ilico post
transitum ex hac vita, diuina ordinatione transeunt ad inferos purgato-
rios: ad numerū attinent electorū. Et ergo in consummatione seculi col-
locabuntur inter oues, a dextris ipsius iudicis: & inuitabuntur ad regnū,
quoniam nihil amplius in eis supererit expiandū aut purgandum. Vnde
sors illa & conditio eorum qui expiantur post hanc vitam, & purgantur
a reliquijs suorum peccatorum siue debitorū: decurret vsq; ad extremū
illum iudicij diem. q̄ per totum temporis huius & durationis mundanæ
curriculum, semper erunt aliqui (vt credere fas est) qui cum primū exi-
muntur hoc mortali corpore: indigeant aliquanta purgatione, ad eluen-
das suorum peccatorum maculas. In consummatione vero seculi: pror-
sus expleta erit omnis huiusmodi purgatio reliquiarū, & macularū con-
tractarū. Quare in tempore futuri illius iudicij, & post illud, amplius nō
erit locus ille purgatorius: quoniā nulli conduceret ministerio. sed tantū
duo tunc reliqua erūt loca: receptaculis hominū designata. regnū scilicet
cælorū (ad quod omnes purgationis prius indigi, erunt traducti: & æter-
5 na fruentur beatitudine) & locus dānatorum. ¶ Quinto. Obijciunt &
illud: quod apocalypsis decimoquarto capite dicitur. Beati mortui: qui Apoca.14.
in domino moriūtur. Amodo iā dicit spiritus: vt requiescāt a laboribus
suis. Illi (inquiunt) in domino moriuntur: qui hinc decedunt, gratia dei
adornati atq; decorati. & omnes huiusmodi, iuxta dictū diuini spiritus:
requiescūt a laboribus suis. Tales igitur: nullas post mortē corporis, per-
ferunt pœnas aut cruciatus. cum tolerantia huiusmodi suppliciorum: la-
boriosa sit & grauis. Non est igitur ponendū purgatorium aliquod ani-
marū receptaculum: in quo illæ corporibus exutæ puniātur pro delictis
ad satisfactionem complendam. Nam cum illud solum ponatur pro ijs,
qui in gratia dei decedunt: oporteret multos eorum qui in domino mo-
riuntur, non requiescere a laboribus suis sed graues etiam post mortem
perferre labores pœnarū, quod dicto scripturæ loco aduersatur. ¶ Re-
sponsio. Nomine laborum, a quibus requiescunt ij, qui in domino mo-
riuntur: intelligūtur opera bona, pia & meritoria, quę plerunq; laborem
& difficultatem habent annexam: cum fiunt. Talia vero opera, duntaxat
in hac vita fieri possunt: quoniā post mortem amplius non est cuiq̄ me-
rendi locus. Et ergo quicunq; purgatorijs detinentur locis: & in domino
mortui sunt, & requiescunt a laboribus suis, iuxta prædictam intelligen-
tiam. Opera enim illorum bona, quæ operati sunt in hac vita: sequuntur

Apoca.14. illos(vt dicit eodem in loco ſcriptura) ad percipiendam pro eis remune-
rationem,neq; illis amplius alia adijciunt opera,quibus mereantur. Neq;
ſumuntur ibi labores(vt ſupponunt aduerſarij in obiectione)pro pœnis
aut ſupplicijs:illorumve perpeſſione,ac toleratione. Nam ab afflictioni-
bus, in ſatiſfactionem ante actorum malorũ perferendis:non requieſcũt
ſtatim poſt mortem, animæ indigentes adhuc expiatione. Et ita per di-
ſtinctionem acceptionis, huiuſce nominis labor : ſoluitur hic cauillus.
Eccleſia.9. ¶Sexto. Intorquent nobis hoc iaculum. Apud Eccleſiaſtem legimus ca 6
pite nono. Quodcũq; poteſt facere manus tua:inſtãter operare. quia nec
opus,nec ratio nec ſcientia,nec ſapientia,erunt apud inferos:quo tu pro-
Eccleſiaſt.14 peras. Et apud Eccleſiaſticum cap. decimoquarto . Ante obitum tuum
operare iuſtitiam:quoniam nõ eſt apud inferos inuenire cibum. In qui-
bus verbis inſinuat ipſe ſapiens, eam ob cauſam in hac vita eſſe inſiſten-
dum bonis operibus diligenter:quoniã poſt mortẽ non ſunt bona ope-
ra,neq; actiones ratione diſpoſitę,neq; meditationes ſanctæ:quæ poſſint
mortuis ſubuenire. quinimo nec tũc poteſt inueniri cibus refectionis: &
conſolationis ſpiritualis. At ſi viuẽtiũ ſuffragia prodeſſent defunctis, in
purgatorio detentis:ſupereſſent poſt mortem adhuc opera & piæ actio-
nes,immo & cibus refocillationis:quę prodeſſent defunctis. Illud igitur:
non eſt ponendum. ¶Reſponſio. In duabus illis ſententijs modo addu-
ctis:innuit ſapiens,ipſos mortuos amplius exercere non poſſe opera bo-
na,quæ ſint meritoria pro ſeipſis : nec poſſe habere merita propria, quæ
tum primum acquirant. Quod & verum eſt,quoniam iam venit eorum
Ioan.9. nox:in qua ſecundum Chriſti verbum,amplius non poſſunt operari. Et
ita nõ inuenitur poſt mortem cibus proprij operis meritorij: quod tunc
exerceatur & proſit operãti. Verũtamen ipſis defunctis prodeſſe queũt
aliena opera meritoria:vtpote viuentium. qui pia ſuffragia aut ſacrificij
altaris,aut elemoſynarum, aut orationum, vel ieiuniorum : deo poſſunt
exhibere, in ſubleuationem ipſorum mortuorum . Et illa ſuffragia: per
communionem quandam charitatis (quæ fructum bonorum operum
vnius membri myſtici:cõmunicat & impartit alteri membro)tranſfun-
duntur & tranſferuntur in refrigeriũ & releuationem mortuorũ. Hanc
autem participationem alieni meriti:non denegat ſapiens in verbis præ-
dictis. ¶Septimo. ita inſurgunt. Anima ſola hominis non peccauit in 7
hac vita:ſed cõpoſitum ex corpore & anima. Nõ debet igitur anima ſo-
la,igne purgatorio expiari:ipſo corpore nihil patiẽte illius ignis. Siqui-
dem nõ videtur rectus ordo ſeruari iuſtitiæ : ſi corpus habeat participa-
tionem in peccatis,& tandem in gloria, non autem in pœna purgatoria.
Et quomodo etiam poterit anima purgata igne expiatorio : in reſurre-

ctione cõiungi ſuo corpori nõ purgato? Certe nõ videtur apta eſſe coniunctio:puri cum impuro. ¶Reſpõſio. Tametſi peccata & cæteræ operationes humanæ, pro cõmuni loquendi conſuetudine, debeant toti cõpoſito attribui. anima tamen hominis ſecundum ipſam voluntatẽ, peccatorum omnium & cæterarum huiuſmodi operationum nõ ſolum eſt cauſa primaria effectrix:ſed & ſubiectum primum atq; principale. Non enim corpus per ſeipſum ſolum,ſed per animã peccat:a qua emanat cõſenſus & opus peccati. Quocirca non iniuria, anteq̃ ipſa anima rurſum corpori vniatur: recipit ſecundum q̃ geſſit in corpore, ſiue bonum ſiue malum,ſolitaria. q̃ fuerit origo & præcipua cauſa eorum operum: quæ in corpore geſta ſunt. Et id quidem locum habet:non ſolũ in ijs animabus quæ igni purgatorio expiantur. ſed etiam in illis,quæ ſolutæ ſuis corporibus:aut ſtatim ſubuehuntur ad gloriam cæleſtem , aut detruduntur in ignem æternum . Nempe animæ beatorum relictis ſuorum corporum glebis,ſolæ perfruuntur ſecundum cõmunem legem a deo conſtitutam æterna claritate:vſq; ad extremi iudicij diem. Et animę damnatorum:ſolę cruciantur igne infernali. Et vtrunq; quidem fit ſecundũ rectitudinẽ diuinæ iuſtitiæ: q̃ anima ſola fuerit cauſa effectrix præcipua bonorum operum aut malorum. Ipſa vero perpetuo damnatorũ aut purgatorio igni deputatorum corpora : nihil interea ſuſtinent aut patiũtur q̃ reſolutionem in puluerem & cinerem , indictam toti humano generi in pœnam præuaricationis primorũ parentum: cõmunem etiam beatis, niſi priuilegio ſingulari fuerint exempti ab hac conditione corruptionis
8 ſuorum corporum. ¶Poſtremũ,& ſic inſtant. Chriſtus cum hic cõuerſaretur nobiſcum: quãdo remiſit culpam,nõ imponebat pœnam ſatiſfactoriam. Peccatrici nanq; pœnitenti dixit. Remittũtur tibi peccata tua. Luce.7.
Vade in pace. Et mulieri deprehenſæ in adulterio: inquit. Vade : & am- Ioan.8.
plius noli peccare. Ad illius igitur exemplum:ſacerdotes nõ debent pœnitenti aliquã pœnam imponere pro ſatiſfactione. Et ita omnis tollitur cauſa:ponendi purgatoriũ. ¶Reſponſio. Chriſtus interdum pœnitentibus nõ impoſuit pœnam: vt excellentiam ſuæ poteſtatis in remittendis culpis oſtenderet. q̃ ſcilicet nõ vt miniſter(quemadmodũ ſacerdos) ſed propria authoritate,& vt deus:peccata dimitteret. Aliquãdo tamen: aliquid faciendum legitur impoſuiſſe, in quandam repræſentationẽ atq; ſignificationem ſatiſfactionis pœnitentialis. Vt Chriſtus iuſſit leproſo mũdato: q̃ offerret munus ſuum ad altare,iuxta præſcriptum Moſaicæ Matth.8.
legis . At vero ſacerdos euangelicus non ſua ipſius authoritate abſoluit pœnitentem a peccatis,quam ex ſeipſo habeat & nõ ab alio acceptã: ſed per functionẽ miniſterij ſibi traditi. Nõ etiam cognoſcit ſacerdos,quã-

ta sit & q̃ amara aut grauis contritio pœnitẽtis: quemadmodũ Christus (qui scrutator est cordium) eam cognouit in ijs, quibus peccata dimisit. Quare debet sacerdos: pœnam satisfactoriam imponere pœnitenti. & siquid superest pœnæ præter illam, adhuc debitũ: id igne purgatorio est eluendũ, nisi ante emigrationem a corpore exoluatur per alia bona opera superaddita.

¶ Mortem Christi a fidelibus sancte & pie lugeri: secundum ipsius ecclesiæ institutum. Cap. XX.

IN ipsum etiam Christũ, acerbissimam pro nobis passum mortem: viscera gerit crudelia & sine affectu cõpassionis, Lutherus. cum illam a nobis defleri vetat: & canticis letitiæ & gaudij eandẽ celebrari quotannis debere sentit. sugillans sanctam illam & laudabilem ecclesiæ constitutionem, qua lugubre officiũ & ex Hieremiæ threnis magna ex parte desumptum, celebrat: in annua dominicę passionis cõmemoratione. Contra hanc itaq; impiam, Christianæq; pietati aduersam Lutheri doctrinam, hæc proponitur veritas catholica: ab omnibus tenenda.

Mors Christi quam pro nostris pertulit peccatis: sancte & vtiliter est lugenda, pioq; mentis affectu a nobis deflenda.

¶ Quæ primum cõprobatur ex eo, q̃ multa sunt quæ rationabiliter nos 1
inducere debent: ad hunc cõmiserationis affectum. vtpote consideratio dignitatis & innocentiæ ipsius Christi: qui & verus est deus & homo, sine aliquo peccati contagio. Insuper & acerbitas dolorum ac tormẽtorũ,
Esaiæ. 1. illi crudeliter & ignominiose illatorũ: vt a planta pedis vsq; ad verticem capitis, nõ fuerit in eo sanitas. Deniq; & ea consideratio, q̃ ad tollendas iniquitatum nostrarum maculas: oportuerit ipsum tãtam mortis amaritudinem perferre. Et ita cum luctu & dolore animi detestari debemus nostra scelera: propter quæ salubriter expianda, tot & tanta suppliciorũ genera ipse redemptor pertulerit. Nimirum triplex hæc animaduersio: admonet Christi mortem lugeri a nobis debere. ¶ Insuper. Ipse domi- 2
nus noster in psalmo sexagesimooctauo (qui mysteria passionis eius plane describit) cõtestatur se expectasse quempiam qui ei cõdoleret. cũ pia quadam querimonia subijciens, q̃ neminem inuenerit talem. Et sustinui
Psal. 68. (inquit) qui simul cõtristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. Pium est igitur & laudabile, moueri tristitia & dolore super eius passione & morte. cum idipsum quæsiuerit ipse, & expetiuerit: qui nil nisi rectum & laudabile potest expetere. ¶ Ad hæc. Ecclesia sancta (quę 3
in suis institutionibus & actis, totam fideliũ vniuersitatem cõcernentibus a spiritu sancto, indubitato dirigitur) hęc Hieremię verba ex Threnis deprompta: in suo officio de commemoratione dominicæ passionis, accõmodat ad ipsum Christum, illum quasi illa loquentem inducens. O Thren. 1.
vos omnes qui trãsitis per viam: attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Quibus verbis, ipse dominus ad sui doloris attentam consideratione nos inuitat: nimirum vt ei cõdoleamus. In eodem quoq; officio, multa alia ex libro Threnorum adducit pia mater ecclesia: quibus ad planctum & fletum nos inuitat. An credenda est igitur ipsa in his om-
4 nibus: errore duci, & decipi? ¶ Præterea. Dominus per Zachariam prophetam capite duodecimo, prenũciat grauem dolorẽ super morte Christi futurum in Hierusalem: per effusionem spiritus gratiæ super eã. Ef- Zacha. 12.
fundam (inquit) super domũ Dauid & super habitatores Hierusalem: spiritum gratiæ & precum. Et aspicient ad me quem cõfixerũt: & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum. Et dolebunt super eum: vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plãctus in Hierusalem: sicut plãctus Adremmon in campo Mageddon. Hæc ibi. Sed nõne dolorem illum, pium, sanctum & laudabilem censere debemus: qui per effusionem spiritus sancti (a quo nil nisi bonum emanat) factus est?
5 ¶ Adde. q̃ ipse Christus mortem acerbam pro nostra salute subiturus: graui tristitia est affectus. Vt enim scribit Matthæus: cœpit contristari Matth. 26.
& mœstus esse. & vt ait Marcus: cœpit pauere & tædere, suisq; discipu- Marci. 14.
lis ita suum explicuit dolorem. Tristis est anima mea: vsq; ad mortem. Matth. 26.
Atqui decet ipsa membra suo cõformari capiti: & milites suo regi. Dedecorosum est enim, milites ipsos in tympano & cithara festos & lætos dies agere: vbi princeps eorum præ angustia sanguineo madet sudore, flagellis cæditur, spinis coronatur, & demum cruci affigitur. Est itaq; rationabile & sanctum, ipsam Christi passionem & mortem lugere: quo
6 conformentur fideles ipsi Christo patienti. ¶ Ad hęc. sancti euãgelistę, magna cõmendatione dignas esse demonstrant pias illas mulieres: quæ Christum (cum duceretur ad crucifigendum) largis prosecutæ sunt la- Lucæ. 23.
chrymis, ipsiq; extrema in cruce patienti, pijs suffusæ fletibus astiterunt. Marci. 15.
& deniq; mortuum cum magna cordis amaritudine sunt lamentatæ, nõ Matth. 27.
auulsæ ab eius corpore: donec omnia pij funeris & exequiarum officia fuerunt circa ipsum expleta. Cur enim tam studiose, diuini illi scribæ tanq̃ calamus spiritus sancti velociter scribentis, hæc omnia sanctarum illarum mulierum lamenta & obsequia explicuissent: nisi eas cõmendationem magnã promeritas ob idipsum, laudariq; dignas existimassent? Et nos igitur, si earum imitari studuerimus exemplum in lugẽda Chri-
7 sti morte: recte fecerimus. ¶ Rursus. Sacrosancta Christi mater & inter

mulieres benedicta, virgo Maria: maternis & pijs visceribus suo filio
mortem patienti est compassa, & largas resoluta in lachrymas, amarissimoq; dolore cordis afflicta. quemadmodũ prophetico spiritu prædixe-
Lucæ.2. rat ei Simeon iustus & timoratus: his verbis. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. Quæ & totus sanctorũ patrũ chorus: præsertim Hieronymus, Damascenus, Origenes, Cassiodorus, Bernardus, Beda, Anselmus, Ludolphus Carthusiensis, & alij: immo & ipsa ecclesia sancta, interpretatur de gladio doloris, quo transfixa fuit sacræ virginis & matris anima, in passione filij sui. Quis igitur indignũ arbitrabitur, & nos dolere Christi mortẽ: quam pientissima eius mater tam grauiter indoluit?
¶ Huic accedit. q̃ filium suum quem vnice dilexit, cum per triduũ quę- 8
sijsset, & demũ inuenisset in templo: piam ad illum hanc detulit queri-
Lucæ.2. moniam. Fili: quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego: dolẽtes quærebamus te. Quæ igitur triduanam filij sui absentiam tam ægre tulit, & cum graui cordis dolore: qua putas amaritudine animi confecta est, cum eundem filiũ suum (quem verum deũ cognouit: & hominem innocentem ac innoxium) vidit tam ignominiosam pati mortem, tãtamq; dolorum acerbitatem ab ingrato Iudæorũ populo: de quo fuerat optime meritus. & quem speciali suæ visitationis gratia dignatus, mirũ in modum illustrauerat doctrinæ cælestis prædicatione, & miraculorum operibus? Certe materna eius viscera non potuerunt tunc non vehementer cõmo ueri dolore, in tam tristi spectaculo, cũ staret iuxta crucẽ filij sui. ¶ Cæ- 9
terum cum sacratissimam dei matrem & virginem Mariam cognoscamus ex ijs quæ de ea leguntur in euangelijs: omnium virtutum adornatam decore, neq; in prosperis superadmirabilem ei inter cæteras defuisse humilitatem: an credere debemus eidem in aduersis rebus & calamitosis abfuisse præclaram illam & insignem virtutem cõmiserationis & cõpassionis in proximos? & potissimum in eum: cui humanæ naturæ subministrauerat substantiam? Certe indignum est & prorsus absurdum, illud de ea (quæ gratiæ & virtutis fuit plenissima) existimare: q̃ nullo moueretur doloris affectu in filium patientem. vt nonnulli, a Lutherana vesania haud multum distantes: astruere iampridem sunt ausi. saxeũ ipsi sacrę virgini ac matri dei & adamantinũ ascribẽtes animum: nullo affectu materno in filium (quod & natura ipsa abhorret) commotum. cum tamen gratia ipsa naturam recte ordinatam nõ sustollat, aut extinguat: sed perficiat potius & adaugeat. Sentiendum plane, & in eximiam tantæ virginis laudem, prædicandũ est cum sancta ecclesia: q̃ filij sui mortem pientissimis defleuit lachrymis. quod & nos, ad eius exemplũ & imitationẽ: facere debemus. Porro superioribus annis opusculum quoddam

in lucem emisi: inscriptum de dolore beatæ Mariæ virginis, in passione filij sui. In quo multis authoritatibus & rationibus sum annixus ostendere: ipsam sacrosanctam matrem & virginem, in passione filij sui grauiter indoluisse. Cuius quidem libelli lectio: multum conducit astruẽdo
10 nostro proposito de lugẽda nobis Christi morte. ¶ Vnde sancti viri virtuteq; præstantes: ob hunc cõmiserationis affectum in ærũnosos, mirifice cõmendantur. vt sanctus Iob, q̃ de seipso inter cætera virtutum suarum præconia: vere dixerit. Flebam quõdam super eo, qui afflictus erat: Iob.30.
& compatiebatur anima mea pauperi. Nos igitur vt ipsius efficiamur æmuli, non flebimus super domino nostro Iesu Christo: qui grauissime pro nobis afflictus est in sua passione & morte? neq; compatietur anima nostra illi: qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est, vt illius inopia 2.Corin.8.
nos diuites essemus? Certe lapideum in nobis esset cor, non carneum: si
11 patienti pro nobis domino non compateremur. ¶ Inter cætera etiã virtutum insignia, quæ de sancto Nicolao Myrreę ciuitatis episcopo, ab ec- Sanctus Nicolaus.
clesia decantantur: & hoc vnũ etiam concinitur. q̃ erat animo valde cõpatiens: & super afflictos pia gestans viscera. Et beatus Paulus Hebræos Hebræ.10.
ob idipsum commendauit: q̃ vinctis fuerint compassi. Nobis igitur & id laudi est dandum: si super dominum nostrum, afflictum pro peccatis nostris non suis, pia geramus viscera compassionis: ex quibus piæ erumpant lachrymæ. Erit & illud in nobis commendatione dignum, si illi ex intimis animi penetralibus compatiamur: qui pro nobis vinctus esse sustinuit, vt nos ab æternæ mortis vinculis eriperet: quiq; ligatus est, vt nos
12 a catenis peccatorum solueret. ¶ Demum. Apostolus ad Romanos scri Roma.1.
bens, id vnum inter grauia mala quibus alieni a deo, detinẽtur, cõnumerat: q̃ sint sine affectione, duriq; & immisericordes animo, nulla moueantur cõmiseratione in calamitatem proximorũ. Et in alio eiusdem epistolæ loco: admonet esse gaudendum cum gaudentibus & flendum cum Roma.12.
flentibus. Et in prima ad Corinthios epistola: capite duodecimo inquit. Siquid patitur vnum membrũ: compatiũtur & cætera membra. Vt igi- 1.Corin.12.
tur monstremus operis exhibitione, nos nequaq̃ de eorum esse numero qui sine affectione sunt: pias debemus impartiri lachrymas ipsi Christo, qui cum clamore valido & lachrymis seipsum pro nobis in cruce obtu- Hebræ.5.
lit, vt cum ipso flente: nos quoq; mortem eius defleamus. Et si cũ vnum patitur membrũ, reliqua compatiũtur membra: quanto magis dignũ est & iustum, q̃ cum caput nostrũ patitur, nosipsi qui membra sumus eius, ipsi patienti cõpatiamur & cõdoleamus? Id igitur pium est & æquum: atq; a nobis studiose factitandũ. ¶ Ad hæc. Postq̃ inuictus Christi athleta & protomartyr Stephanus, impiorũ lapidibus obrutus obdormiuit
13

Actuum.8. in domino:viri timorati & fideles (vt scribit sanctus Lucas in actibus
apostolorum) curam egerũt sepeliendi ipsum decẽter & honeste: & fe-
cerunt planctum magnum super eum. In quo opere, non solum non vi-
tuperantur: sed & magnopere cõmendantur. Cur igitur & nobis nõ li-
cebit: plangere mortem Christi? Nonne quod strenuo militi exhibitum
est luctus obsequiũ: æqua aut potiore ratione ipsi impendendum est re-
gi, & principi totius militiæ sanctorum martyrum? ¶ Sed & nunc au- 14
diẽdum est super ea re nobis decretum concilij Toletani quarti: quod in
Matth.27. septimo eiusdem capite depromitur, in hãc formã. Quidam in die eius-
dem passionis dominicæ: ab hora nona ieiunium soluunt, conuiuijs ad-
hibentur. & dum sol ipse eadem die tenebris palluerit, lumẽ subduxerit,
ipsaq; elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint: illi ieiuniũ
tanti diei polluunt, epulis inseruiunt. Et quia totum eundem diem vni-
uersalis ecclesia propter passionẽ domini in mœrore & abstinentia per-
agit: quicunq; in eo ieiunium præter paruulos, senes, & languidos, ante
peractas indulgentiæ preces soluerit: a paschali gaudio depellatur, nec in
eo sacramentũ corporis & sanguinis domini percipiat: qui diem passio-
nis eius per abstinentiã non honorauit. Hæc ibi. Ex quibus planum est,
memoriã dominicę passionis: in luctu a fidelibus esse peragendã. ¶ Po- 15
Ecclesiast.22 stremũ. Ecclesiasticus, ad commiserationem quẽq; exhortans: ait. Supra
mortuum plora: defecit enim lux eius. Cur igitur super eum non plora-
bimus mortuum: qui mortem acerbam subire non dubitauit, vt nos ab
æternæ mortis eriperet exitio? Certe sol ipse obscuratus in Christi mor-
te, velum templi diruptum, discissæ petræ, terra tremore concussa: suum
testata sunt dolorẽ. Et nos lapidibus duriores: nulla in eum mouebimur
compassione? Absit. Verum nunc audiendæ sunt & dissoluendæ: aduer-
sariorum obiectiones.

¶ Primũ itaq; obiectant illud Christi verbum ad mulieres pias: ipsum 1
Matth.27. Lucæ.23. plangentes, cum duceretur ad passionem crucis. Filiæ Hierusalem nolite
flere super me: sed super vos & super filios vestros flete. Ex quo: ita ne-
ctunt argumentũ. Non est illud a nobis faciendum: quod Christus fieri
prohibuit. Atqui ipse vetuit suam passionem & mortẽ defleri: per ver-
ba supra dicta, ad mulieres officiosas prolata. Nõ igitur est ipsa a nobis
Nicolaus Lyranus. lugenda: sed cum gaudio celebranda. ¶ Responsio. Quemadmodũ ait
locum illũ euangelij apud Lucam, exponens Nicolaus Lyranus, diligẽ-
tissimus totius sacræ scripturæ ad literam explanator. non prohibet illis
verbis in obiectione adductis Christus: compassionem & fletum pia-
rum mulierum super se (quemadmodum autumant & assumunt ad-
uersarij) sed prædicit eis aliam luctus causam longe vrgentiorem: in ob-

sidione Hierusalem tum futura, per Titum & Vespasianum postea com
pletam. Et sicut eodem in loco euangelij dicit Theophilus, accuratus etiã Theophilus.
sanctorum euangeliorum interpres: mandat Christus deplorantibus eũ,
in futura mala prospectum intendere, & super illis flere. Quasi dicat.
Non tam super me flete: q̃ super vos. quia ratione malorum vobis im-
minentium, habetis longe ampliorem flendi materiam & occasionem: q̃
super meis tormentis, quæ deuicta morte cito finientur. Sic ille. Et hæc
intelligentia, ex ipso literæ euangelicæ tenore & contextu protinus elu-
cescit: assignandaq; plane cõspicitur. Nõ enim inhibitoria sunt illa Chri
sti verba: sed futurorum prenunciatiua. ¶ Potest & huic obiectioni alia
adhiberi respõsio: admittẽdo illa Christi verba fuisse fletus super se pro-
hibitoria, non quidem simpliciter, & propter rem ipsam in se considera-
tam: sed propter modum quo super ipsum flebant mulieres illæ, scilicet
tanq̃ super infirmũ: & non potentem se eripere ab illa passione, & a ma
2 nibus persequentium. quod vtiq; falsum erat: & erroneum. ¶ Secundo
sic insistunt. Ipsa Christi passio & mors fuit medium a deo ordinatum:
ad humani generis redemptionem, & via quædam longe ante constitu-
ta: vt liuore eius sanarentur omnes, qui attritus est propter scelera no- Esaie.53.
stra: & percussus a deo propter iniquitates nostras. Cum igitur de no- 1.Petri.2.
stra redemptione, merito lætari & gaudere debeamus: nonne etiam no-
bis gaudendum est de ipso medio a deo præordinato, per quod tantum
consecuti sumus bonum: scilicet de ipsa Christi passione? ¶ Responsio.
Admittendum quidem est quod assumitur: sed non recipiendum, quod
exinde colligitur. si ita intelligatur, q̃ eo pacto debeamus de ea gaudere
passione: vt nulla nobis relinquatur materia dolendi de eadem. Nam &
Christus ipse, suæ passionis horã summopere aduenire cupiebat: vt con-
summaret opus nostræ redemptionis. Baptismo (inquit) habeo bapti- Lucæ.12.
zari: & quomodo coarctor vsq; dũ perficiatur? Vbi de effusione sui pre-
ciosi sanguinis in passione sua, loquitur: quo totus perfusus, quasi ba-
ptismo tinctus est. Et rursum in nouissima cœna: suis ait discipulis. De- Lucæ.22.
siderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: anteq̃ patiar. Ecce
quanto charitatis ardore exoptauerat horam aduenire: qua pro nobis pa
teretur. Et tamen imminente sua passione contristatus est, & expauit: Matth.26.
atq; ex vehementi agoniæ angustia, factus est sudor eius tanq̃ guttæ san- Marci.14.
guinis decurrentis in terram. Quid mirum igitur: si & nos vno respe- Lucæ.22.
ctu & consideratione gaudeamus de passione Christi, quia fuit medium
nostræ redemptionis. alio vero contuitu mentis & ratione: de eadem do
leamus, quoniã acerbissima fuit & amarissima, atq; propter nostra pecca
3 ta? ¶ Tertio ita insurgunt. Per passionẽ suam & mortem, Christus vi-

ctoriam obtinuit de principe tenebrarum: quẽ gloriose deuicit. Hæc autem insignis victoria, non luctu est offuscanda: sed cum ingenti lætitia celebranda. Per eandem quoq; mortem, genus humanũ ab æternæ mortis exitio liberatum est, & ab exilio ad patriam reuocatum. Quis autem indignum duxerit: nos liberationem nostram & reuocationem ad atria cæli, cum summo tripudio & gestiente animo celebrare? Potior igitur gaudij q̃ doloris causa: nobis ex Christi morte suggeritur. ¶ Respõsio. Ingenue confitendum est: secundum vnam rationem & consideratione, ex morte Christi materiam gaudij nobis subministrari. Sed huiusmodi gaudium tantisper differẽdum est (saltem vt in propatulo fiat: & exteriore signo publice prodatur & manifestetur) donec ecclesia eas celebrat solẽnitates publico & omnibus conspicuo ritu: in quibus taliũ beneficiorum a deo acceptorum fit solennis & festa commemoratio, vt in die celebri resurrectionis, aut ascensionis dominicæ. Secundum alias vero rationes & considerationes, prius expressas in prima huius capitis ratione: eadem Christi mors tristitiam nobis debet ingerere, grauemq; dolorem. Et ergo ipsa a nobis dolenda est ac lugenda, eo potissimum tempore: quo ecclesia illam lugubri officio commemorat. ¶ Quarto. hunc 4
in nos mouent cauillum: ex prædictis suborientem. Quę opposita sunt, eidem competere nõ possunt: neq; circa idem versari. Gaudere autem & tristari: opposita sunt, vt norunt omnes. Non igitur possunt vni & eidem simul conuenire. At clarum est, nobis de morte Christi gaudẽdum esse: vt supra est ostensum. Non est igitur nobis: de illa tristandũ. Alioqui opposita: in eodem reperientur. ¶ Responsio. Gaudere & tristari circa idem, secundum diuersas & varias rationes: nequaq̃ inter se habent oppositionem. sed tunc solum: quando circa idem versantur, & propter idem. Exempli gratia. Gaudere de morte Christi, propter eius victoriã & triumphum: & dolere de eadem, propter acerbitatem dolorum Christo innocenti inflictam: nullam inter se sortiuntur oppositionis rationem. quoniam non versantur circa idem obiectum totum atq; completum: q̃ nõ sint ob idem, causamq; eandẽ. Sed gaudere de Christi passione, quoniam per eam redempti sumus: & tristari de eadem, ob idipsum etiam q̃ per eam sumus liberati: opponuntur inter se, nec vni & eidem simul conuenire possunt. Et per hoc: eneruatur tota vis huius cauilli. ¶ Quinto. hanc nobis opponunt argutiam. Ad Galatas scribens beatus 5
Gala.6. Paulus: capite sexto ait. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Huiusce autem gloriationis ratio præcipua est: quia sancta crux domini confregit potestatem hostis antiqui, & redemptionem contulit humano generi. Igitur & nos vt imitatores simus apostoli: debemus etiam in cruce dominica gloriari, & non lugere mortem, quã in ea passus est Christus. Quomodo enim in animis nostris simul locũ habebunt gloriatio in cruce domini, cõiuncta lętitiæ: & luctus de morte eius, mœrori cohærẽs? aut quanã ratione: hæc duo recte coaptabũtur? cũ dicat Ecclesiasticus. Musica in luctu: importuna narratio. ¶ Respõsio. Eccli.22.
Huiusmodi gloriatio Pauli in cruce domini: nõ fuit ei nec alijs viris sanctis impedimẽto, quo minus ex intima & attenta meditatione acerbissimæ passionis Christi in amaritudine cordis: plærũq; in pias proruperint lachrymas, ob cõpassionem & syncęrum animi affectũ in Christũ, pro nobis passum. Quæ tamen lachrymæ, nõ fuerunt violentæ nec amaræ: sed vltroneę & prędulces illis. Quẽadmodum sanctus Augustinus recte Augustinus.
admonet: q̃ peccator pœnitens de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Neq; illa duo: vtputa gloriatio in passione domini, & fletus ob eandẽ: in Paulo aut alio quouis viro sancto, repugnantiã habuerunt. quoniam nõ propter eandem rationẽ aut considerationẽ: ambo fiebant. Quinimmo omnis luctus pius, & ex syncęro prodiens affectu: interno semper gaudio est cõiunctus. Quocirca etsi nosipsi gloriemur (vti debemus) in cruce dominica: nihilo minus de morte Christi simul etiã possumus, immo
6 & debemus dolere, eandẽq; deflere. ¶ Postremo, & hoc in nos euibrant iaculum. Dolor animi de aliquo incommodo aut tristi casu: argumentum est imbecillis & deiectæ mentis, quæ aduersis frangitur, & ærumnis ingruentibus deijcitur. Atqui debemus omnes forti esse animo: & non succumbere per mollitiem aduersitati, asperæq; fortunæ, quæ in nos detonat. Igitur debemus dolorem omnem de morte Christi a nobis expellere & reijcere: ne videamur effœminati & molles, cedere malis quæ eueniunt nobis. ¶ Responsio. Quod primo hic loco assumitur: locum habet & veritatem de dolore immoderato, procedente ex vehemente animi perturbatione: quam recta ratio non determinat nec compescit. Siquidem per huiusmodi dolorem: mens humana succumbit malis, & aduersis fortuitorum casuum. Non tamen illud verum est de dolore moderato: & prodeunte ex pio affectu commiserationis de malo proximi. hic nanq; recta definitus ratione: fortitudini & constantię animi semper est adiunctus. Vt aduersos quidem casus: sine consternatione & minime attonito perferat animo vir fortis: attamen intimo cordis affectu, condoleat ærumnæ proximorum. Nos autem non primi generis dolorẽ debemus amplecti in deflẽda Christi morte: q̃ noxius sit & exitialis ille dolor, atq; vitiosus. sed secundi generis modo expressi dolor, a nobis est capessendus: qui & laudabilis est, & commendatione dignus. Vnde beatus Paulus, geminum hunc dolorem sub nomine tristitiæ insinuans, atq; di-

ſtinguens: ait in ſecundæ ſuæ ad Corinthios epiſtolæ, capite ſeptimo.
2.Corinth.7. Quæ ſecundum deum triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutem ſtabilem operatur: ſeculi autem triſtitia, mortem operatur. hæc ibi. Sed nunc ad alia tranſeundum.

¶ Sanctos æternæ beatitudinis conſortes, a nobis honorandos eſſe: eoſdemq; pro nobis deum orare. Cap. XXI.

IN ſuperos etiam fera bella mouet Lutherus, & ſuam extendit impietatẽ: cum eoſdem a nobis minime honorandos eſſe, nullaq; veneratione colendos aſtruit. Qui cũ zelo diuini honoris moueri videatur, ſoli deo honorem & gloriã præſtari debere contendens: deum ipſum maxime inhonorat. quoniam ſanctos cæleſtis gloriæ ciues (quos deus honorari vult: & iubet) ipſe nullo dignatur honore. Contra hanc igitur impiam doctrinam, a Vigilantio quondã prolatam in auras, & a Vicleſo ſuperiore ſeculo etiam diſſeminatam, & nũc rurſum a Luthero infauſte ac infeliciter excitatam: hæc proponitur veritas catholica, ab omnibus fidelibus firmiter tenenda.

Sancti æternæ gloriæ participes, orandi ſunt a nobis, & honorandi: nam & ipſi pro nobis ſedulo deum exorant.

Quæ ex compluribus ſacræ ſcripturæ locis: haud difficile deducitur.

¶ Et primũ quidem ex eo, quod narratur in Geneſi capite viceſimo, de 1
Gene.20. Abimelech rege Geraris. Quem cum increpaſſet dominus, ob ſublatam ab eo Saram vxorem Abrahæ: ſubiunxit. Nunc igitur redde vxorem viro ſuo, & orabit pro te: quia propheta eſt, & viues. Quod cum feciſſet Abimelech: orante Abraham pro eo & pro domo eius, ſanauit dominus vxorem illius & ancillas: quæ ob raptam Saram factæ fuerant ſteri-
Gene.20. les, vt eo in loco refert hiſtoria ſacra. Ex quo facto dilucidum eſt, id gratum eſſe deo obſequium, quo aliorum imploramus orationes in noſtrum ſubſidium: cum iuſſerit dominus ipſi Abimelech, q̃ ad Abrahæ orationes confugeret. Q̃z ſi viuentium ſuffragia expetere, commendabile eſt: quanto magis eorum, qui nunc feliciter cum deo regnant in 2
Iob.42. gloria? ¶ Conſimile etiam legitur de amicis Iob: poſt finitam ipſorum cum eo diuturnam diſputationem. In qua cum ipſi deum offendiſſent, ipſomet domino atteſtante: iuſſi ſunt ſumere ſeptem tauros & ſeptem arietes, ad offerendum pro ſuo peccato ſacrificium. Inſuper & præceptum acceperunt a deo: q̃ irent ad ipſum Iob, & peterent ab eo: vt oraret pro ipſis deum. Quod cum factum fuiſſet: ad orationem ipſius Iob pro amicis ſuis, placatus eſt illis dominus. Ecce & hoc exẽplo docet nos deus, aliorum interpellare & exquirere preces: quæ nobis ſint ſaluti. Et

cum viuentium orationes pro alijs factæ, dinoſcantur ex hoc opere gratæ eſſe deo: nonne gratiores adhuc ſunt eorum orationes pro nobis, qui iam ciues ſunt aſcripti ſupernæ ciuitati: & amici dei, perpetuiq; domeſti-
3 ci? ¶ Neq; diſſentaneum eſt prędictis, quod apud Lucam legitur de cen- Lucæ.7.
turione: cuius ſeruus decumbebat in domo paralyticus. Siquidem ille ex animi humilitate non exiſtimans ſeipſum dignum vt Chriſtum accederet, ad petendam ſerui ſui ſanitatem: miſit ad ipſum ſeniores Iudęorum, viros graues & inſignes, qui rogarent dominum: vt veniret ad domum eius, ægrotumq; ſeruum ſanaret. Et ex hac præclara animi modeſtia, firmæ fidei coniuncta: meruit a domino obtinere quod petiuit. Sic ſane & nos ob fœditatem noſtrorũ ſcelerum, exiſtimare debemus noſipſos indignos: accedere primo aggreſſu diuinam maieſtatem. Aſciſcereq; nobis opus eſt mediatores & patronos: ſanctos videlicet, iam cæleſti gloria potitos. vt eorum interuentu & patrocinio: obtineamus a domino quod
4 petimus. ¶ Quanto autem ſtudio enitendum ſit, ad concilianda nobis ſanctorũ ſuffragia: declarat Damaſcenus in quarto libro de fide orthodoxa, capite decimoſexto. in quo multifariam comprobat honorandos eſſe a nobis ſanctos: atq; orandos. Vbi inter cætera dicit. Quantum ſane Damaſcenus
laborares, vt inuenires adiutorem: qui ad mortalem regem te adduceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret. Adiutores ergo totius generis, deo pro nobis ſupplicationes porrigentes: non honorandi ſunt? certe honorandi. hæc ille. Et reuera quẽadmodum in curia regis terreni, non audentes primo acceſſu regiam adire maieſtatem: aliquem ex principibus & proceribus aulæ ſupplices accedũt, & libellum ſupplicatorium eidem exhibent: quem porrigat pro illis regiæ dignitati. Ita noſtræ indignitatis conſcij, ſanctos interpellare debemus: vt deum (quem grauiter offendi-
5 mus) nobis reddant placatum & propitium. ¶ Beatus etiam Dionyſius in vltimo capite ſui libri de eccleſiaſtica hierarchia, magnopere commẽdat hanc ſedulitatem demerendi ſibi ſanctorum preces, atq; comparandi: ad impetranda diuina munera. Inquit enim. Itaq; ſcripturæ ſacræ ac- Dionyſius Areopagita.
quieſcens, vtiles eſſe in hac vita duxerim ſanctorum preces: hoc modo ſcilicet. Siquis ſanctorum munerum deſiderio incenſus, ad eaq; percipienda pie affectus: paruitatis tamen propriæ conſcius, quempiam ſanctorum virorum adeat, oretq; ſibi adiutorem & precatorem accedere: capiet ex hoc omnino vtilitatem, commoda cuncta excedentem. Fruetur enim ijs (quæ petit) ſacratiſſimis donis: ſuſcipiente diuina clementia, atq; in primis in eo amplectente religioſam cognitionẽ ſui, reuerẽtiamq; ſanctorũ: & laudabile ſanctarũ petitionum a ſe poſtulatarũ deſiderium, conſentaneũq; his ſacratiorem habitũ. Eſt enim & hoc, diuinis ſancitum

iudicijs,vt diuina munera ijs qui digni ſunt ſumere: decẽtiſſimo per eos
tribuantur ordine,qui ea tradere non ſunt indigni. Hæc Dionyſius. Et
reliqua,in eandem ſentẽtiam continuo ſequentia:annotatu nõ indigna.
Quæ ſi in petenda interceſſione virorum ſanctorum,qui adhuc morta-
lem hanc degũt vitam,vera ſunt,vt.& profecto ſunt: quanto magis lo-
cum habent & veritatẽ,in poſtulando cæleſtium incolarum interuentu,
qui iam feliciter cũ deo regnant, neq; vnq̃ gratia & gloria excidere poſ-
ſunt? ¶ Pręterea. Cũ mulier Chananea clamaret ſuppliciter ad dominũ: 6
vt ſanaret filiã eius vexatam a dęmonio,nec ſtatim illud impetraret,non
Matth.15. tamẽ ceſſaret a ſuæ petitionis inſtãtia:diſcipuli Chriſti,eius importuni-
tate permoti,dixerunt ad ipſum. Dimitte eam:quia clamat poſt nos. Et
demũ ad ipſorum ſuggeſtionẽ, concurrente illius mulieris perſeuerãtia
in oratione,fideq; & humilitate:filia illius(vt petiuerat)liberata eſt a ve-
xatione dæmonis. Quod certe nobis indicat, ſanctorum interceſſiones
apud deum factas pro noſtra ſalute: plurimũ nobis cõferre ad impetrã-
da vota quæ petimus. Efficaciores ſiquidẽ nunc ſunt eorum preces apud
deum:q̃ prius fuerint cum hic viuerent. ¶ Vnde venerabilis Beda in ho 7
Matth.15. melia,illius euãgelij de muliere Chananea apud Matthæũ,explanatoria:
Beda. ait. Verũ etiam ſi ad primas rogãtis eccleſiæ lachrymas, dominus reſpõ-
dere,id eſt poſtulatam errantibus ſoſpitatẽ mentis dare diſtulerit:nec ſic
quidem a petendo,quærendo,pulſando,deſiſtẽdum eſt,neq; impetrandi
ſubeunda eſt deſperatio. Sed tanta potius perſeuerandum inſtantia,tam
obſtinato frequentãdus clamore ſaluator,tantum etiam ſanctorum eius
inter letanias appetenda ſuffragia:donec & ipſi de cęlis domino pro au-
dienda ſupplicent eccleſia. Sicq; fit,vt ſi mentem ab intentione propoſi-
ta non mutauerit: nequaq̃ fructu petitionis fraudetur. ſed ſiue pro ſua
fragilitate quis,ſeu pro alijs interuenerit:deſiderato potiatur effectu. hęc
ille. Quibus verbis magnopere commendat eam hominum deuotio-
nem:qua ſanctos interpellant vt patronos,ad obtinenda dei dona. ¶ In- 8
ſuper. In ſecundo libro Regum,capite decimoquarto legimus de Ioab,
2.Regũ.14. principe militiæ regis Dauid:q; per ſapiẽtem mulierem Thecuitem re-
conciliauit Abſalon parricidij reum,regi Dauid,patri eius. impetrauitq;
illi reditum ad vrbem paternã: a qua fuerat ob interemptum in cõuiuio
2.Regũ.13. fratrem ſuum profugus. Poſtea vero ipſe Ioab obtinuit ſua ipſius inter-
ceſſione,eidem Abſalon acceſſum ad conſpectum paternum:a quo iam
diutius fuerat auulſus. Similiter Nathan propheta, per Berſabee matrẽ
3.Regum.1. Salomonis,impetrauit a Dauid rege:q; iuſſu paterno Salomon inunge-
retur rex,cõſtitueretur q; ſuper Iſrael princeps,ipſo Dauid adhuc ſuper-
ſtite. Ecce mortales patronos & intermedios ſibi aſciuerunt ij de qui-

bus nunc habitus eſt ſermo:ad impetrandum quippiam a regibus: quod
ſine illis non tam facile aut commode fuiſſent conſecuti. Vt inde ſuma-
mus documentũ:q; ad immortales comparandos mediatores & adiuto-
res(vtpote ſanctos:cæli ciues glorioſos) toto debemus animo anniti: vt
9 per eos,petitiones noſtræ deo cõmendentur. ¶ Rurſus. In graui perſe-
cutione,illata toti Iudæorum populo,per Aman,capitalem illorum ho- Heſter.3.
ſtem:Mardochæus & cæteri Iudæi habitantes in Suſis, non acceſſerunt
primum ad Aſſuerum regem:vt rogarent eũ pro reuocando edicto ex-
terminationis Iudæorum,quod ſuggerẽte Aman publicari permiſerat.
Sed prudenter adierunt prius Heſter reginam,tanq̃ intermediam & pa Heſter.4.
tronam:ad mitigandum regis animum,in eos infenſum. Quod certe:fe
liciter eis ceſſit. Nam ſpectatiſſima illa & probatiſſima regina:per ſuam Heſter.5.
modeſtiam & prudentiam curauit crudele illud edictum regia authori- & deinceps.
tate reuocari,totiq; Iudæorum populo ſalutem peperit, & liberationem
ab impendente exitio. Sic ſane cum nos premit antiquus hoſtis, & inte-
ritum nobis minatur:ad ipſam cæli reginam & mundi dominam,ſacro-
ſanctam virginem & dei matrem,noſtrum debet eſſe cõfugium:vt pa-
trona ſit noſtra & aduocata apud deum, impetretq; nobis liberationem
10 ab imminente malo. ¶ Ad hæc. In veteri teſtamento,deus ipſe ſæpenu-
mero pollicetur ſe collaturum viuentibus beneficia: ob defunctorũ pa-
trum ſanctimoniam & bonitatem. Vt cum in Geneſi:dicit dominus ad Gene.26.
Iſaac. Noli metuere,quia tecum ſum:benedicamq; tibi, propter ſeruum
meũ Abraham. Cum etiã liberaturus erat dominus populũ Iſraeliticũ Exodi.3.
ex Aegypto:ſe deum Abrahã,Iſaac & Iacob cognominauit. eo ipſo in-
ſinuans:q; illorum ſanctorum patrum contemplatione,illud liberationis
beneficium eſſet eorum poſteritati collaturus. Deniq; ad Ezechiam re- 4.Regũ.20.
gem:per Eſaiam prophetam,hoc diuinum factum eſt reſponſum. Pro-
tegam vrbem hanc & ſaluabo eam: propter me, & propter Dauid ſer-
uum meum. Ergo conſimili ratione propter noui teſtamenti patres: a-
poſtolos,euãgeliſtas,martyres,& reliquos ſanctitate conſpicuos,nec vir-
tute antiquis patribus inferiores:paratus eſt ipſe dominus eorum poſte-
ris etiam conferre ſpiritualia beneficia. Sunt igitur a nobis orandi ſancti
11 & honorandi:vt talia nobis impetrent bona. ¶ Adde. q; præſtantes vir-
tute viri in antiqua lege orantes deum: plærunq; in ſuis precibus recen-
ſuerunt nomina ſanctorum patrum antiquorum. quaſi memoriam il-
lorum obijcientes diuinæ maieſtati:vt illorum meritis impetrarẽt quod
expetiuerũt. Siquidẽ Moyſes rogans dominũ pro impetrãda venia toti
populo,de peccato adorationis vituli cõflatilis:ait inter cętera. Q uieſcat
ira tua:& eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham Exodi.32.

Isaac, & Israel, seruorum tuorum: quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & vniuersam terrã hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Sic
Danielis. 3. & Azarias in fornace Babylonis succẽsa suppliciter orans: ait. Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamẽtum tuum: neq; auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuũ. quibus locutus es pollicens, q̃ multiplicares semen eorũ sicut stellas cæli: & sicut arenam quæ est littore maris. Et vterq; eorũ, Moyses scilicet & Azarias: exauditi sunt in oratione sua. Vnde sumitur argumentum: illam sanctorum patrum commemorationem ab eis factam, non fuisse ingratam deo nec inutilem. Eorum igitur exemplo, per sanctorum noui testamenti patrum merita ac patrociniũ: debemus in orationibus nostris deo nos commendare. ¶ Ad imitationem autem istorum qui iam 12
commemorati sunt, & consimilium virorum sanctorum veteris testamenti: qui in sua oratione recensuerunt coram domino, nomina antiquorum patriarcharum illius legis, vt per eorum merita haberetur commendatior ipsorum oratio: & ecclesia sancta quotidie in sancto missæ officio, & in parte eius secreta & admodum sacra, vtputa in ipso canone missæ: ter facit sanctorum noui testamenti commemorationem expressam. primum scilicet: ante sacrorum mysteriorum consecrationem. secundo: ante orationis dominicæ prolationem. & tertio: cum primũ pronunciata est ipsa oratio dominica. & in vnaquaq; harum commemorationum, petit a deo gratiam & salutem toti fidelium consortio dari: per ipsorum sanctorũ merita & intercessiones. Sed an in hoc opere suo erat ecclesia: quæ semper a spiritu veritatis in suis actis dirigitur? Id certe: nemo sanæ mentis dixerit. Exemplo igitur totius ecclesiæ: imploranda sunt nobis assidue sanctorum patrocinia. ¶ Id vero multo efficacius ad- 13
huc est venerationis impendendæ sanctis argumẽtum: q̃ ipsa mater nostra sancta ecclesia, dies festos celebrat quotannis, in venerationem sanctorum: & ipsi populo Christiano celebrandos indicit. Vt festum natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum apostolorum Petri & Pauli, cæterorumq; apostolorum: nonnullorum etiã martyrũ, confessorũ, atq; virginum. Neq; recens est hic mos, celebrãdi festa sanctorum in ecclesia: sed statim ab ipso legis euãgelicę exordio introductus. Quod eo cõuincitur argumento. Nam eximij illi patres, & clarissimæ lampades ecclesiæ: Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, qui paulo post ecclesiæ primitiuæ tempora floruerunt: in suis sermonibus & scriptis meminerunt multorum festorum, in honorem particularium aliquorum sanctorum aut sanctarum virginum, celebrari tunc solitorum. Quod vtiq; nõ fecissent: nisi solennitas illorum sanctorum ante fuisset instituta. Insuper ex ecclesiastico decreto quotãnis vnus est dies festus: omnium sanctorũ venerationi cõsecratus & dedicatus. vtputa primus dies mẽsis Nouembris: qui per totũ orbem Christianũ, in honorẽ sanctorũ omniũ cęlestis gloriæ incolarum, habetur celeberrimus. Quis igitur abnuerit, sanctos ipsos magno prosequendos honore: quos videt ab ipsa ecclesia tan-

14 topere honorari? ¶ Huic accedit, q̃ diuinus psaltes ingẽti adornatos honore testatur esse amicos dei: cũ ait. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Vbi amicos dei, vocat sanctos apostolos, & reliquos: syn- Psal. 138.
cæro amore & amicitia sancta, deo coniunctos. quales potissimum sunt omnes sancti, in sedibus æthereis iam glorificati: qui nunq̃ ab eius amicitia deinceps excidere possunt. Quos igitur spiritus dei per prophetã ibi loquẽs, multum honoratos esse testatur: homines ipsi inhonoratos relinquent & neglectos? In euangelio etiam: ait ipse Christus, æterna veritas. Siquis mihi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus, qui in cælis est. Ioannis. 12.
Omnes autem sancti, supernã incolentes ciuitatẽ Hierusalem: ipsi Christo, sedulo dum viuerent ministrarũt, per fidem firmam & bona opera. Ergo secundum ipsius Christi verbum: honorificãtur nunc a deo patre qui est in cælis. Quos ergo pater cælestis honorat in cælis: homines ipsi non honorabunt in terris, neq; hic vllo eos dignabuntur honore? Absit. Quos enim ipse dominus honorat: & ipsi serui libenter debent & alacriter honorare. vt eo ipso suam in dominum beneuolentiam testentur: & 15 eidem pro viribus se conforment. ¶ Cæterum ne posteriorem prædictę veritatis in hoc capite propositę particulã, sine vlla corroboratione intactã pręterijsse videamur: quę perhibet & ipsos sanctos in cęlis orare pro nobis, nonnulla quæ eã suffulciant partem, nunc adducenda sunt testimonia. Et in primis, ipsius totius ecclesiæ: quæ letanias supplicatorias instituit iam olim, & quotidie frequentat: in quibus sanctorũ fit nominatim expressio, cuiusq; in suo gradu & ordine: & supplex ad quenq; eorum postulatio, vt orent pro nobis diuinam maiestatem. Inanis autem & ridicula esset ea nostra ad sanctos efflagitatio: nisi ipsi deo pro nobis in cælesti regno funderent preces. Cur etiam ecclesia quotidie, sacrosanctam dei matrem: his & similibus pulsaret precibus. Ora pro nobis: sancta dei genitrix. Et rursum. Dei genitrix: intercede pro nobis. Et deniq;. Ora pro populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo sexu. si ipsa virgo sacratissima nullas pro nobis deo preces effunderet? Cur deniq; ex institutione ecclesiastica quẽlibet inuocamus sanctum, vt oret pro nobis deum: si nullæ ab eis fiũt pro nobis in cælo orationes? Certe antiquus

ipse ritus ecclesiæ, ex prædictis conuincit: sanctos orare pro nobis. Alio-
qui peteremus ab eis quippiã: quod ipsi præstare nõ possent. ¶ At quo- 16
niam de letanijs sanctorum inuocatorijs, in hac ratione facta est mentio:
non incongruum hic fuerit, obiter annotare nonnulla sacra concilia, quæ
huiusmodi letanias approbant, frequẽtandasq; & obseruandas decernũt:
conformiter ad vsum vniuersalis ecclesiæ. Ea autem sunt. Conciliũ Au-
relianẽse: cap. vicesimotertio. Gerundense: cap. tertio. Toletanum quin-
tum: cap. primo. Toletanum sextum: cap. secundo. Braccharense secun-
dum: capite nono. Vt dilucidum euadet recurrenti ad librum concilio-
rum: & prædictos locos euoluenti. ¶ Cum etiam in sacro legimus euã- 17
Ioannis.13. gelio: beatum Petrum, per sanctum Ioannem euãgelistam petijsse a do-
mino in vltima cœna: quisnam ex numero apostolorũ, esset eum tradi-
Ioannis.12. turus. Et gẽtiles quidam pio affecti desiderio videndi Iesum Christum:
per apostolos Philippum & Andream ad eũ sint adducti. Cum denique
1. Ioannis.2. per ipsum Christum vt aduocatum nostrum & interpellantem pro no-
Ephe.2. bis: habeamus (vt ait apostolus) accessum ad deum patrẽ. Cur non & per
assiduas sanctorũ pro nobis intercessiones: habebimus accessum ad deũ?
An putãdum est, caput ipsum pro nobis orare: membra autem nequaq?
cum tamen in regno cælesti perfectior sit ipsorum charitas: q̃ in hac vita
fuerit. ¶ Ad idem etiam astruẽdum propositum, plurimum facit: quod 18
Ioannis.2. in euangelio legimus. sacratam scilicet virginem, cum in nuptijs celebra-
tis in Cana Galileæ percepisset vini penuriam, ipsi festo nuptiali incõmo
dam: cõmotã miseratione in cõuiuas, suggessisse filio suo q̃ vinũ nõ ha-
berẽt. & per insinuationẽ quandam modestã ab eo petiuisse: q̃ huic suc-
curreret vini defectui. Cuius quidem petitionis non passa est ipsa repul-
sam, sed dilationẽ tantum: & denique id assecuta integre & feliciter, quod
a Christo petiuerat. Cęterum an credendum est, eam nunc minus afflue-
re visceribus misericordiæ, ad subleuandum pio affectu & etiam effectu
nostram fragilitatem: q̃ tunc abundarit? Certe tanto nunc pronior est ad
miserandum nostram indigentiam & inopiam: quãto status gloriæ eius
impræsentiarum est sublimior. Quare non desinit etiam nũc: orare pro
nobis in cælo. ¶ Eidem quoq; comprobando proposito nõ parum con- 19
ducit, quod Zachariæ primo capite scribitur de angelo domini: his ver-
bis orante diuinam maiestatem, pro liberatione populi Iuda & Hierusa
Zacha.1. lem, de captiuitate Babylonica: in qua adhuc detinebatur. Domine exer-
cituum, vsquequo non misereberis Hierusalẽ & vrbiũ Iuda: quibus ira-
tus es? Iste iam septuagesimus annus est. Quibus verbis postulatorijs stu
duit inflectere bonus ille spiritus angelicus deum ad misericordiã, & re-
cordationem prophetici oraculi: ab eo per Hieremiam prænũciati. q̃ cũ

completi essent in Babylone septuaginta anni, visitaret populum suum Hiere.29.
dominus, per benignam a dura illius captiuitatis sorte liberationem. Ex
quo manifestum sumitur argumẽtum: etiam sanctos dei angelos in cælis
orare pro nostris necessitatibus, & nostrã salutẽ suis precibus adiuuare.
20 ¶ Neq; ab hac sententia alienum est, illud angeli Raphaelis verbum: ad
Tobiam seniorem. Quãdo orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos: Tobiæ.12.
& relinquebas prãdium tuum, & mortuos abscondebas per diem in do-
mo tua, & nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domino. Illa
autem orationum nostrarum oblatio, quæ ab angelis fit diuino conspe-
ctui: est quædam gratuita illarum cõmendatio, simul & supplex postula-
tio, q̃ illas preces nostras dignetur acceptare superna maiestas: & quod
eis ob nostram fragilitatem deest, benigniter supplere & excusare. Sunt
igitur & ipsi angeli, ad procurandam nostram salutem soliciti & vigiles:
per assiduum orationis pro nobis studium, apud dominum. Et quemad
21 modũ alijs vijs: ita & oratione sedula, nos adiuuãt. ¶ Confirmat etiã su-
pra dictam sententiam illud domini verbum: ad Hieremiam prophetã.
Si steterint Moyses & Samuel coram me: non est anima mea ad populũ Hiere.15.
istum. Quod vtiq; nõ dixisset: si pro illo tẽporis statu, quo in sinu Abra
hæ quieuerunt duo prædicti sancti patres, non essent soliti aut non pos-
sent orare pro viuentibus. In secũdi quoq; libri Machabæorum postre-
mo capite: narratur Onias, summus (dum viueret) Iudæorũ sacerdos & 2.Macha.15.
virtute præclarus, post mortem suam apparuisse Iudæ Machabęo, incly-
to diuinarum legum propugnatori: manus protendens & orãs pro om-
ni populo Iudæorum. Visus est simul & alter, admirabili gloria spectabi-
lis: ipsi Oniæ in sacra illa visione socius & comes. De quo ait Onias: ad
Iudam Machabæũ. Hic est fratrum amator: & populi Israel. hic est qui Ibidem.
multũ orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate: Hieremias prophe-
ta domini. Qui tamen sanctus ab vtero matris, domini propheta: longo
tempore ante illam apparitionem, quieuerat in domino. Q̃ si veteris te-
stamenti patres sancti orauerint pro viuentibus, vt ex his aperte constat:
cur nõ & legis euangelicæ sancti, æterna perfruentes beatitudine: creden
di sunt pro nobis deum sedulo orare? ¶ Postremum, beatus pater Hiero
22 nymus in libro suo, contra impietatem Vigilantij hęretici, oblatrantis in
sanctorum venerationem & cultum, ædito: hanc vnam Vigilãtianæ hæ- Hieronymus
reseos particulam, q̃ sancti in cęlo pro nobis nec orãt, nec orare possunt: contra Vigi-
his verbis acerrime cõfutat, ad eum: dirigens sermonem. Dicis in libello lantium.
tuo: q̃ dum viuimus, mutuo orare possumus. postq̃ autem mortui fue-
rimus: nullius sit pro alio exaudienda oratio. præsertim cum martyres,
vltionem sui sanguinis obsecrantes: impetrare nequiuerint. Si apostoli Apoca.6.

& martyres adhuc in corpore cõstituti, possunt orare prõ cæteris, quando de se adhuc debent esse soliciti: quanto magis post victorias, coronas,
Exodi.32. & triumphos? Vnus homo Moyses: sexcentis millibus armatorũ impe-
Actuum.7. trat a domino veniã. Et Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo: persecutoribus veniã deprecatur. Et postq̃ cũ Christo esse
Actuum.27. cœperint: minus valebũt? Paulus apostolus ducentas septuaginta sex, sibi dicit in naui animas cõdonatas. Et postq̃ resolutus esse cœperit cũ Christo: tunc ora clausurus est, & pro ijs qui in toto orbe ad suum euangeliũ crediderũt: mutire nõ poterit. meliorq; Vigilantius, canis viuẽs: q̃ ille, leo
Eccles.9. mortuus. Recte hoc de ecclesiaste proponeres: si Paulũ, in spiritu mortuũ confiterer. Hæc Hieronymus ibidẽ. ¶ Prædictis autẽ ad astruendã 23
sanctorum venerationem & hoc superaddendum est: q̃ non solum a nobis orandi sunt sancti, vt multifariam iam est monstratum, sed & honorandi alio quodam genere: scilicet laudibus & præconijs, eximias ipsorũ virtutes prædicantibus. Ad hoc siquidem nos exhortatur Ecclesiasticus:
Eccli.44. dicens. Laudemus viros gloriosos: & parẽtes nostros in generatione sua. Et enarrata generatim antiquorum veteris testamenti patrum excellentia: subnectit paulo post. Omnes isti, in generationibus gẽtis suæ, gloriã adepti sunt: & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt: reliquerunt nõmen narrandi laudes eorum. Deinde in eodem capite & sequentibus illius libri capitibus vsq; ad finẽ totius operis: idem sacer scriptor particulatim insignium illius legis patrum laudes diffuse & luculenter enarrat. Quid igitur ad illius exẽplum, non etiam præclaris prosequemur laudibus egregios legis euãgelicæ patres: illorum meritis nõ inferiores? ¶ Beatus itidem Paulus in vndecimo suæ epistolæ ad Hebręos capite: 24
ingenti laudum præconio extollit sanctos antiqui testamenti patres. Quorum multos ibidem exprimit nominatim: & præclara eorum opera (ob quæ: merito laudari debent) plane recenset. Deinde generatim in-
Hebræ.11. signes illorũ titulos & egregia facinora cõplectens: subiungit. Sancti per fidem vicerũt regna, operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones. Et reliqua: ad finem vsq; illius capitis subsequẽtia. quæ etiam sanctis nouæ legis viris vere conueniunt, & cõgruenter adaptari possunt, immo & in officio ecclesiastico: inuictis martyribus & fortissimis Christi athletis accõmodantur. ¶ Sed quid? nonne ipsa sacratissima virgo Maria & dei 25
mater, in suo cantico (quod spiritu sancto plena cõcinuit) se ab omni generatione laudandam prenũciauit: eo ipso, q̃ dominus humilitatem ancillæ suæ respexerit? Ecce enim (inquit) ex hoc: beatam me dicent omnes
Lucæ.1. generationes. Quidni igitur eã laudabimuus: quam spiritus sanctus prædixit a tota posteritate laudandam? Nõne etiam angelus Gabriel saluta-

tionem de cælo ad eandem candidissimam virginem detulit, eximiæ laudis plenã: cum inquit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in Lucæ.1.
mulieribus? Nõne & sancta Elizabeth, spiritu sancto repleta: in eiusdem sacratæ virginis & matris dei laudem, ora sua resoluit dicens. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus vẽtris tui? Quã igitur cęlestis paranymphus, quam & sancta laudauit matrona diuino afflata spiritu: nos
26 non laudabimus? ¶ Ad hæc. Cum scribæ & pharisæi, diuinorum Christi operum perpetui calumniatores: grauissimas in ipsum blasphemias euomuissent, extollens vocẽ quædam mulier de turba: dixit ad Iesum. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. Per quam quidem vocẽ, Lucæ.11.
spiritu sancto mulieris illius animum mouente, palam prolatam: retundebatur & elidebatur omnis illa malignantium caterua. vt solet deus per humilia huius mundi: quæ alta sunt & sublimia, confundere. Sed nonne 1.Corinth.1.
vox illa prædictæ mulieris: erat sacrosanctæ virginis Mariæ, magnopere laudatoria, cuius & venter prædicabatur beatus: & beata vbera quæ lactauerunt æterni patris filium? Cũ itaq; in euangelio toties conspicimus laudatam sacratissimam illam virginem: quis non libenter & prompte eam
27 laudauerit, omni laude dignissimam? ¶ Adde, q̃ cum ob effusum super caput & pedes sacros domini nostri vnguentum a beata Maria Magdalena: in cõuiuio celebrato apud Bethaniã, indignarẽtur discipuli & murmurarent, dictitantes perditionem magnam esse factam in illa effusione vnguenti: Christus irrationabilem illorum indignationem benigniter & Matth.26.
salubriter cõpescuit, contestans illam mulierem bonum opus in se operatam fuisse, & deinde subiungens. Amen dico vobis, vbicunq; prædica- Ioannis.12.
tum fuerit hoc euãgelium: & quod hæc fecit, dicetur in memoriam eius. Matth.26.
Quibus verbis Christus prædixit cõmemorationem illius boni operis, in toto orbe Christiano futurã: in cõmendationem & laudem eiusdem mulieris. ipsamq; ob huiusmodi factũ: laudibus dignis celebratũ iri, cõ-
28 mendandamq; esse. ¶ Insuper, & sancta ecclesia in suo officio de sanctis quorum celebrat solennitatem: panegyrica laudatoriaq; carmina, lęta decantat. Vt exempli gratia: de sanctis martyribus hãc cõcinit panegyrim atq; laudem. O venerãda martyrum gloriosa certamina: qui in suis corporibus immania pro Christo pertulerunt tormenta. Et ideo percipere meruerũt immarcessibilem æternæ gloriæ coronam. Rursum & hoc de ijsdem: exultabunda laudatorium canit respõsorium. O cõstantia martyrũ laudabilis, o charitas inextinguibilis, o patientia inuincibilis. Quæ licet inter pressuras persequentium visa sit despicabilis: inuenietur in laudem, & gloriam, & honorẽ, in tempore retributionis. Cui & hunc continuo subnectit versum supplicatorium. Nobis ergo petimus pijs subue-

niant meritis:honorificati a patre qui est in cælis. Ad ipsius igitur nostrę
matris imitationẽ : debemus & nos alacriter sanctos ipsos laudibus pro=
sequi. ¶ Demũ. q̃ sancti ipsi nõ sunt honorandi a nobis, error fuit Eu= 29
stachij, damnati in concilio Gangrensi in præfatione. Error itidem Ca=
tharorum, & Ioannis Viclefi:condemnatus in concilio Constãtiensi. nõ
quidẽ nominatim expressus:in quinq̃ illis & quadraginta articulis octa=
uæ sessionis. sed sub illa cõprehensus generalitate:qua omnia eius dogma
Thomas vvalden. ta & opera, ibidem etiam condemnantur. Nam venerandus pater Tho=
mas vvalden, in suo libro de sacramentalibus:diffuse recẽset hunc Viclefi
errorem, eundemq̃ ibidem acerrime confutat. ¶ Sunt & complura alia 30
sanctorum patrum & sacrorum conciliorum testimonia:ad astruendam
Augustinus. sanctorum venerationem efficacia. Præsertim illud Augustini : quod in
libro de ecclesiasticis dogmatibus siue diffinitionibus orthodoxę fidei:ca
pite septuagesimotertio proponit, de reliquijs sanctorum venerãdis. Ad
quam sacrarum reliquiarum venerationẽ, pie ac religiose amplectẽdam:
multum etiam conducunt ea, quæ refert idem sacratus author, in octauo
capite, vicesimi secũdi libri de ciuitate dei:de reliquijs beati Stephani pro=
tomartyris, & miraculis per eas factis. Non parum etiam ad idem propo
Hieronymus situm faciũt, quæ scribit beatus Hieronymus in libro suo cõtra Vigilan=
tium hæreticum:negãtem reliquias sanctorum esse venerandas. Et illud
itidem concilij Gangrensis decretum: quod in libro decretorum, distin=
ctione tricesima. cap. siquis per superbiam. ponitur:contra contemnẽtes
venerationem sanctorum. Verũ ne prolixiores æquo videamur esse : ab
his & cõsimilibus authoritatibus nunc adducẽdis, supersedebimus: & ad
obiectiones aduersariorum progrediemur.

¶ Primum quidem obiectant illud dei verbum: apud Esaiam quadrage 1
Esaiæ.42. simo secundo capite dictũ. Gloriam meã:alteri nõ dabo. Ex quo cõten=
dunt:nec beatæ virgini Mariæ, nec cuiuis sanctorum (quantũcunq̃ apud
deum sublimis habetur & excelsus) impẽdendum esse cultum honoris.
ne gloria, quæ soli debetur deo:contra eius pręceptum & ordinationem,
alijs impendatur. ¶ Responsio. Fatendum est ingenue : gloriam illam
quæ deo debetur peculiariter & supereminenter, vt summo rerum om=
nium authori, gubernatori, & glorificatori fideliũ præcipuo atq̃ prima=
rio:non esse communicandam sub illa ratione, & in eo gradu, atq̃ men=
sura, vlli creaturæ. Et hoc ipsum solũ, insinuat verbum illud domini: ore
prophetico pronunciatum. Nihilo secius ipsis sanctis (cuiq̃ pro suo gra=
du) exhiberi potest & debet honor inferior illo summo honore, soli deo
debito, & condecens ipsis sanctis:secundum suam dignitatem atq̃ statũ.
Et id quidem:quia amici & domestici sunt dei, ciues cælestis curię, virtu=

te & meritis præclari:conregnantes ipsi deo, & ab eo in superna beatitu=
dine sublimati. vt eorũ patrocinium & suffragia : per hæc pia obsequia,
emereamur. Quẽadmodum honor ille qui regi soli debetur, ob supremã
in regno authoritatem & potestatem:nulli inferiorum principum totius
regni est communicãdus, quoniam id cederet in regis inhonorationem.
Attamẽ proceribus ipsius regis, & ducibus atq̃ magistratibus: recte im=
penditur honor in minore gradu & excellentia. vt aulicis ipsius, & in cu=
ria regia diuersantibus: atq̃ potestatem aliquam moderãdæ sub rege rei=
publicæ sortitis. Neq̃ offendit quispiam regem eo ipso:q̃ principes eius,
decente eorum cõditionem prosequatur honore. immo grauiter ipsum
2 offenderet:si eos nullo duceret honore venerandos. ¶ Secundo, ita insi=
stunt. In prima ad Timotheum epistola, capite primo:scribit beatus Pau 1.Timo.1.
lus. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli deo:honor & glo=
ria, in secula seculorum. Amen. Nulli igitur sanctorum, quantũuis a deo
in regno cælesti sit sublimatus & exaltatus:impendi debet honor ab ho=
minibus. Alioqui non soli deo deferretur honor. ¶ Responsio. In præ=
dicto beati Pauli verbo, particula soli, non tam exclusionis q̃ vnitatis ha=
bet notionem atq̃ rationem. vt tantundem valeat:atq̃ vnus, siue vnicus.
& hic habeatur sensus soli deo, id est vni atq̃ vnico deo:sit honor & glo=
ria. In qua etiam acceptione, eadem dictio sumitur apud Ioannem:in his
Christi verbis, ita patrem suum orantis. Hæc est autẽ vita æterna, vt co= Ioannis.17.
gnoscant te, solum deum verũ:& quem misisti, Iesum Christum. solum
inquam: id est vnum, siue vnicum. Q̃ siquis enixe contendat:in prædi=
cta Pauli sententia particulam soli, exclusionis habere significationẽ: tũc
intelligenda est cæteros a diuinitatis cõsortio excludere, nõ ab honoris &
gloriæ participatione:eos pro suo gradu & qualitate decentis. vt hæc ha=
beatur intelligẽtia. Ipsi qui solus est natura deus, & societatem cõtuber=
niumq̃ diuinitatis non habet cum alijs secundum substantiam diuersis,
cõmune (veluti, cum dijs gentiũ) sit honor & gloria. Et hoc pacto, di=
ctio soli, illic exprimitur:ad excludendam deorum pluralitatem siue mul
titudinem. non autẽ, ad excludendos quosuis alios ab honoris qualiscũq̃
& gloriæ exhibitione:ipsis secundum suam dignitatem faciẽda. Si enim
ad hunc sensum (quẽ prætendũt aduersarij) debetur honor & gloria soli
deo, vt nulli prorsus creaturæ honor quãtuluscũq̃ aut gloria debeat im=
pendi:nõ erunt a nobis honorandi parentes. quod diuino repugnat præ= Exodi.20.
cepto. nõ honorandi reges & principes:quod aduersatur huic beati Petri
verbo. Regẽ honorificate. Nõ deniq̃ erunt honorãdi presbyteri: quod 1.Petri.2.
huic obuiat beati Pauli dicto. Qui bene præsunt presbyteri: duplici ho= 1.Timo.5.
nore digni habeãtur. Ad hæc, cur admonuit beatus Petrus fideles:q̃ om= 1.Petri.2.

Roma.12. nes honorarent. & Paulus: ꝙ ſint honore inuicem preuenientes, ſi nemi-
ni penitus q̃ deo poſſit honor impendi? Eſt itaq; hæc aduerſariorum in-
telligentia, quam aſſignãt prædictis Pauli verbis: prorſus extorta, & a re-
cto ſcripturæ ſenſu omnino aliena. ¶ Poteſt & huic ſecundæ obiectioni
adhiberi alia ſolutio: quæ ſit tertia. apoſtolum ſcilicet ibidem ſolummo-
do loqui de honore latriæ, & gloria ſoli deo debita: vt ſummo rerũ om-
nium conditori, gubernatoriq;, & rectori. Et hic cultus, haud dubie nulli
alij a deo poteſt recte impendi. Nihilo ſecius honor duliæ & hiperduliẹ,
longe inferiore gradu conſiſtens q̃ latria: poteſt rite ſanctis exhiberi, ob
ſingularem excellentiam in eis refulgentẽ. Sed de huiuſmodi honore: nõ
loquitur ibidem apoſtolus, neq; ſuum verbum vult intelligi. ¶ Tertio 3
Deutero.6. ſic inſurgunt. Deuteronomij ſexto capite ſcriptum eſt: & a Chriſto con
Matth.4. tra tentatorem in euangelio adductum. Dominum deum tuum adora-
bis: & illi ſoli ſeruies. Similiter primi libri regum capite ſeptimo, Samuel
1.Regum.7. his verbis exhortatus eſt populum Iſraeliticum. Præparate corda veſtra
domino: & ſeruite illi ſoli. Nulla igitur ſeruitus honoris, nullus item re-
uerentiæ cultus: ſanctis exhiberi poteſt. ¶ Reſpõſio. Quemadmodum
Auguſtinus. ait beatus Auguſtinus quæſtione ſexageſimaprima, libri quæſtionũ ſu-
per geneſim: in illo Deuteronomij verbo adducto in hac obiectione, nõ
dictũ eſt. Solum deum tuũ adorabis. ſicut cõtinuo eſt ſubiunctũ. Et illi
ſoli ſeruies. Quoniã adoratio ſecũdum generalẽ ſuam rationem accepta,
vt tantundem valet atq; veneratio, exhibitioq; reuerentiæ & honoris: &
deo, & alijs a deo (cuiq;: ſecundum ſuam qualitatẽ & ſortem) poteſt im-
pendi. Loco vero vocabuli ſeruies, in ſecunda particula poſiti: habetur in
græco (inquit Auguſtinus) vnum vocabulum, ſignificans certum hono
rem ac famulatũ: qui ſoli deo debetur. Idem quoq;, libro viceſimo cõtra
Idem. Fauſtum, capite viceſimoprimo: dicit. Cultus qui græce latria dicitur: la-
tine vno verbo dici nõ potuit. & ſic per antonomaſiam, nomen genera-
le ſeruitutis poſitũ eſt pro eo obſequio ſeruitutiſq; officio: quod ſoli debe
tur deo. Si enim nulla ex parte, ſeruitus homini poſſet impendi: cur ſcri-
Eccli.3. ptum eſſet Eccleſiaſtici tertio capite. Qui timet dominum, honorat pa-
rentes: & quaſi dominis ſeruiet? Et in ſecundæ ad Corinthios epiſtolæ ca
2.Corinth.4 pite quarto: cur dixiſſet Paulus de ſeipſo, & cõminiſtris ſuis. Nos autem
Ephe.6. ſeruos veſtros: per Ieſum? Cur deniq; tam frequenter admonuiſſet Pau-
lus in ſacris ſuis epiſtolis: ſeruos debere eſſe ſubditos dominis ſuis, ſedu-
Coloſſen.3. lumq; & fidele ſeruitium per eoſdem ipſis exhibendum eſſe? Eodem etiã
modo ad ſecundam reſpõdendum eſt authoritatem: in hac obiectione
adductam. vtputa ꝙ ſeruire ibidem ſumitur ſpeciatim & proprie: vt tan-
tundem valeat, atq; ſeruitutem ſoli deo debitã præſtare. Quod ex præ-

cedentibus ſancti prophetæ Samuelis verbis liquido conſtat: quibus ad- 1.Regum.7.
monet filios Iſrael, ꝙ auferãt a ſe deos alienos Baalim & Aſtaroth: qui-
4 bus ante ſeruierant, cultu ſcilicet ſoli deo debito. ¶ Quarto, hunc in nos
torquẽt cauillum. Apocalypſis decimonono, ſimiliter & viceſimoſecun Apoca.19. &
do capite ſcriptum eſt: ꝙ cum beatus Ioannes apoſtolus & euangeliſta, il- 22.
lius libri author, cecidiſſet ad pedes angeli ſibi apparentis, vt adoraret eũ:
ne id faceret, prohibitus eſt his verbis. Vide: ne feceris. Conſeruus enim
tuus ſum, & fratrum tuorum: habẽtium teſtimonium Ieſu. Deum ado-
ra. At omnes ſancti, cæleſtis gloriæ participes: conſimili ratione noſtri
ſunt conſerui, cum omnes eundem habeamus dominum ac deum. Non
ſunt igitur & ipſi: a nobis honorandi. ¶ Reſponſio. Angelus ille do-
mini, apparens Ioanni in apocalypſi: recuſauit bis, honorem ſibi ab eo-
dem exhiberi. nõ quidem, ꝙ ille venerationis honor ſibi eſſet indebitus
aut indecens: ſed ob humanæ naturæ dignitatem. quam in Chriſto diui-
nitati cõiunctam vidit: & cognouit ſuper omnes choros angelorum ex-
altatam. Et ideo ſanctus ille angelus non ſuſtinuit, honorem etiam crea-
turis & ſuo gradui non incongruum, ſibi exhiberi ab eo: qui naturæ tam
ſublimatæ conſortium & participationẽ haberet cum Chriſto, ſcilicet a
ſancto Ioanne. Ante aduentum autem domini in carnẽ, angeli ſe permi- Gene.18. &
ſerũt paſſim ab hominibus honore debito venerari: vt ex multis ſcriptu- 19.
ræ locis innoteſcit. quoniã necdũ fuerat facta naturæ humanæ cũ verbo Ioſue.5.
dei tũc vnio: neq; humani generis in Chriſto, ſublimis illa ſuperexaltatio.
Et hanc reſponſionem aſſignat beatus Gregorius: in homelia octaua ſu Gregorius.
per euangelia. Sed ex ea minime colligere quis queat: ſanctos ipſos cæli-
tes, ab hominibus rite honorari nõ poſſe. Nam ſiquis obſequiũ aliquod
ſibi debitum recuſat, ob aliquã rationabilem cauſam pro aliquo tempo-
re ſibi exhiberi: id alijs præiudicare nõ poteſt, quin idem obſequium a ſi-
bi deuotis acceptare queant, rectecq; impenſum, habeant gratum. vt neq;
5 exhibens illud, neq; acceptans: delinquat. ¶ Quinto, hanc nectunt con-
tra nos, & texunt rationem. In actibus apoſtorum legimus de beato Pe-
tro: ꝙ cum veniſſet ad Cornelium Centurionem, accerſitus ab eo ſecun- Actuum.10.
dum angelicam denunciationem, & ipſe Centurio procidẽs ad pedes Pe-
tri, adoraſſet eum: eleuauit ipſum ſanctus Petrus dicẽs. Surge. nã & ego
ipſe: homo ſum. Vbi ſanctus Petrus, licet eximijs eſſet virtutũ dotibus
adornatus: non tamen ſuſtinuit ſibi ipſi adorationem ac veneratione illã
ſupplicẽ a Cornelio impendi. Ergo cõſimili ratione, etiam ſancti gloriæ
cæleſtis cõſortes: nõ approbãt venerationis obſequiũ, quod eis homines
impendũt. ¶ Reſpõſio. Nõ eſt hic & illic: cõſimilis in vtriſq; ratio. Nã
beatus Petrus tunc adhuc mortalis erat: & grauem indutus ſarcinã car-

nis. quare ex modeſtia & humilitate, qua maxime pollebat: recuſauit honorem illum, a Cornelio ſibi exhibitum. quẽ tamen ſi voluiſſet: ſine noxa potuiſſet acceptare. Sancti vero nõ amplius ſic fluctuãt in pelago huius mũdi, nec tẽpeſtuoſis aguntur huius vitæ procellis: ſed nauem ſuam ſubduxerunt feliciter in portum cæleſtis gloriæ, & in tuta ſtatione collocarũt. Proinde magnis honoribus a nobis afficiendi ſunt: vt ita demereamur eorũ patrociniũ, officioſo honorationis obſequio. Nũc enim amplius de ſe, ſuaq; ſalute nõ ſunt ſoliciti, ſed pro nobis: qui adhuc iactamur vndis & procellis tẽpeſtatum, in hoc mari magno & ſpacioſo: vt tandem eorũ iungamur cõſortio. Ad quã ſolicitudinẽ eorũ adaugẽdam & excitãdam: debemus ſedulo eoſdẽ colere & venerari. ¶ Sexto, hanc mouẽt in
1. Ioannis. 2. nos argutiã. Secundũ beati Ioãnis in ſua prima epiſtola canonica verbũ, 6
aduocatũ habemus apud patrem: Ieſum Chriſtũ, iuſtũ. qui ſufficientiſſimus eſt: & deo patri q̃ gratiſſimus. Quid ergo opus eſt nobis alijs aduocatis: ſcilicet ſanctis, qui intercedãt pro nobis? nõne ſufficit aſſidua ipſius
Epheſ. 2. Chriſti apud deũ: pro hominibus interpellatio? Ipſe etiã Chriſtus, ſolus
1. Timo. 1. eſt mediator noſter: per quem acceſſum habemus ad patrẽ. quẽadmodũ ait beatus Paulus: in prima ad Timotheũ epiſtola. Vnus eſt (inquit) mediator dei & hominum: homo Chriſtus Ieſus. per quem etiam tãquam pontificem: preces noſtræ offerantur deo, & ſint acceptabiles. Ergo ſancti cæleſtis gloriæ cõſortes, nõ ſunt dicendi noſtri mediatores: neq; orãdi aut honorandi a nobis, vt patrocinium mediatorum nobis præſtent. ¶ Reſpõſio. Ipſe Chriſtus, eſt ſũmus, & primus noſter aduocatus apud patrẽ: qui noſtræ fragilitatis agit cauſam, & patrocinatur infirmitati noſtræ. Et hoc ipſum deſignat beatus Ioannes: in adductis eius verbis. Nihilo minus & ipſi ſancti, & ipſa ſanctarum ſanctiſſima dei mater: etiam noſtri ſunt aduocati ſecundarij & acceſſorij, qui ſuis precibus ſimul adiuuãt inopiam, paupertatem & neceſſitatem noſtram. Et id quidem a deo conſtitutũ eſt, nõ ob ipſius primarij aduocati inſufficientiam aut inefficaciam: ſed ob eximiæ bonitatis ipſius & benignitatis exuberantiam. qua vult alios ſecũ eſſe coadiutores, & cooperatores: in procurãda hominũ ſalute. vt multiplicatis interceſſoribus: diuina maieſtas facilius inflectatur ad opitulandum noſtræ fragilitati. Similiter ipſe Chriſtus eſt mediator noſter, etiam vnicus: quantum ad redemptionis noſtræ opus. quoniam per mortem eius & paſſionem, præſertim ſumus redempti a poteſtate principis tenebrarũ: & deo reconciliati. Sancti vero, noſtri ſunt mediatores: quantum ad ſupplicationis munus & officium. quoniã illud etiam cum eo exercẽt, inferiore quodam gradu: & tanq; ſecundarij & acceſſo-
Bernardus. rij mediatores. Vnde & ſanctus Bernardus, in ſuis ſermonibus & ope-

ribus: ſacratiſſimã virginem Mariã non ſemel vocat mediatricẽ noſtrã. Quinimmo & ſancta eccleſia, eandem in ſuis cãticis deprecatorijs: & laudatorijs: nũc mediatricẽ noſtram, nũc aduocatã, religioſe appellat. Nẽpe in vna proſarũ de glorioſa eiuſdẽ virginis aſſumptione: hac ſupplice oratione totũ claudit illius contextũ. Mediatrix noſtra, quæ es poſt deũ ſpes ſola: tuo filio nos repræſenta. Et in celebratiſſima illa antiphona. Salue regina miſericordiæ. eandẽ his pie inuocat verbis. Eia ergo aduocata no-
7 ſtra: illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. ¶ Poſtremũ, & hoc nos vrgent ratiocinio. Sãcti martyres in apocalypſi petierũt a deo vltionẽ ſui ſanguinis effuſi: nec tamen impetrarunt. Nẽpe in ſexto libri illius Apoca. 6.
capite: ſcriptũ eſt. Et cum aperuiſſet ſigillum quintũ, vidi ſubtus altare animas interfectorũ propter verbũ dei, & propter teſtimoniũ quod habebãt. Et clamabãt voce magna: dicentes. Vſquequo domine ſanctus & verus, nõ iudicas & non vindicas ſanguinẽ noſtrũ: de ijs qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſtolæ albæ: & dictũ eſt illis, vt requieſcerẽt adhuc tempus modicũ, donec cõpleantur cõſerui eorum & fratres eorũ, qui interficiẽdi ſunt, ſicut & illi. Hęc ibi. Si ergo (inquiũt) ſancti ipſi pro ſe nõ impetrarũt quod petierũt: quo pacto pro alijs exaudientur? aut quomodo alios: ſuo adiuuabunt patrocinio? ¶ Reſponſio. Hæc eſt cauillatio & ratiuncula Vigilantij hæretici: quã beatus Hieronymus paucis expreſſit Vigilantius. Hieronymus
in ea confutatione, quæ adducta eſt ex eius libro, contra vigilantianã impietatem elaborato: in viceſima ſecunda ratione huius capitis, paulo ante obiectiones. Cui adhibenda eſt diſſolutio: nõ eſſe id recipiẽdum, quod in eius principio aſſumitur. Enimuero plus acceperunt ſancti illi martyres orantes: q̃ petierãt. quomodo ergo: quod orauerant nõ impetrarunt? Siquidem datæ ſunt ſingulis eorũ, ſingulæ ſtolæ albæ: id eſt gloria animarũ ipſorũ, in cæleſti paradiſo. Data eſt & eis duplex conſolatio: dum facta eſt ipſis duplex promiſſio. Vna quidẽ, de adimpletione ſui deſiderij circa vindictã de inimicis eorũ: facienda tempore opportuno. Quod enim differtur: nõ penitus denegatur nec refutatur. Altera vero, de conſeruorum ac fratrum ſuorum futura ſaluatione: quam & ipſi ardenter ſitiunt. Plus igitur ex diuina largitate ac miſericordia acceperũt: q̃ petierint. Nõ ſunt ergo ſancti illi martyres, paſſi repulſam: ſed exaudita eſt eorũ oratio, quantum decenter fieri debuit, & expediẽs ac rationabile fuit. Sũt & aliæ compluſculę aduerſariorum obiectiones circa hanc materiã: ab alijs ſcriptoribus diligenter annotatę ac diſſolutæ. Quas ſi particulatim adducere in præſentia tentaremus: in nimiam prolixitatẽ & faſtidioſam, noſter extẽderetur ac protraheretur ſermo. Sat itaq; fuerit, eas quæ iam diſcuſſæ ſunt, propoſuiſſe: vt ad alia progrediamur.

¶Imagines ſanctorum, in templis reponendas: ac honorandas eſſe. Cap. XXII.

VT omnem ſanctorum memoriam obliterent & abo leant Lutherani a cordibus hominum: contendunt nec eorum quidem imagines in templis reponi debere, nec efformatas aliquo venerandas honore, ſed detruncandas potius aut ignominioſe deijciendas: vt indignas quæ in eccleſijs erigãtur, aut in vijs publicis & compitis (vbi a tranſeuntibus religioſe poſſint honorari) conſtituantur. Videntur ipſi plane bellum exitiale ſanctis gloriæ cæleſtis cõſortibus indixiſſe, ea quidem peruicacia: vt nulla velint eorũ monumenta ſupereſſe in terris, nullaq; ſigna, quæ homines inducãt in ipſorum recordationem. Cõtra hanc autem perniciosam, & ſeditionis in eccleſia dei ſuſcitatricem doctrinam: hæc opponitur veritas, ſyncære tenenda.

Imagines ſanctorum, in templis & vijs publicis religioſe eriguntur: & ratione eorum quos repræſentant, debito ſunt honore venerandæ.

¶Quæ primum eo comprobatur argumento: q̃ quãuis populus Iſrae- 1
liticus ad idolorum cultum eſſet propenſior, iuſſit tamen deus in taber-
naculo a Moyſe fabricando efformari imagines: cum Exodi viceſimo-
Exodi. 25. quinto capite deſcriptum, id illi dedit præceptum. Duos quoq; cherubin
aureos & productiles: facies ex vtraq; parte oraculi. Cherub vnus ſit in la
tere vno: & alter in altero. Vtrunq; latus propitiatorij tegant: expanden-
tes alas, & operientes oraculum. reſpiciantq; ſe mutuo: verſis vultibus in
propitiatorium. Hæc ibi. Ecce q̃ ſignanter & expreſſe ſacra deſcribit hi
ſtoria duas illas imagines: quę efformabãtur humana figura, & in magna
habebantur veneratione apud Iſraeliticum populum. Et idem duci po-
teſt argumentũ de arca domini & propitiatorio: ſerpenteq; æneo. quæ
tria, etiam apud Hebręos, imaginum habebãt rationem: & myſticam re-
præſentationem. ¶In legis etiam euangelicæ exordio, ipſe dominus no- 2
ſter ſuo ipſius exemplo edocuit imaginum vſum non eſſe repudiandum:
cum ſuæ ſacratiſſimæ faciei imaginem impreſſit pãno pictoris, miſſi ab
Abagaro Ediſſenorum rege, ad depingẽdam Chriſti effigiem. quod ta-
men artifex ille ob ſplendorem diuini eius vultus: efficere non potuit. vt
refert Damaſcenus: libri quarti de fide orthodoxa, capite decimoſepti-
mo. In quo quidem loco, diffuſe & præclare demonſtrat idem author
egregius: imagines Chriſti & ſanctorum eſſe venerandas. ¶Tradunt 3
etiam authores non incelebres: beatum Lucam euangeliſtam depinxiſſe
imaginem ſacratiſſimę virginis Mariæ. Ad cuius exẽplum & formam:
multæ deinceps aliæ ſunt imagines efformatæ. quæ in nonnullis eccleſijs

fama celeberrimis: in hodiernum vſq; diem aſſeruãtur. Vnde ſumitur ar
gumentum non inefficax: q̃ veneratio ſacrarum imaginum, ex traditio-
ne habeatur apoſtolorum, & a principio naſcentis eccleſiæ fuerit intro-
ducta: apud legis euangelicæ cultores. Quod etiam atteſtatur ipſe Da-
maſcenus: & aſtruit in loco ſui operis ſupra dicto. Non igitur aſpernan- Damaſcenus.
dum eſt: quod ab apoſtolis traditum, & tanta temporis diuturnitate, aſſi-
4 duo vſu, ab antiquo eſt obſeruatum. ¶Refert itidem hiſtoria eccleſia-
ſtica, libri noni, capite nono: q̃ Conſtantinus magnus, ſignum viuificæ Cõſtantinus
crucis cælitus ſibi oſtenſum (cum eſſet bellum geſturus in Maxentium magnus.
tyrannum: Romani imperij occupatorem) magno ſit honore proſecu-
tus. Nam illud vexillis ſuis militaribus imponi iuſſit: & in omnibus ſi-
gnis bellicis efformari. Eiuſq; virtute (vt ab angelo domini pollicitatio-
nem acceperat) inſignem contra hoſtiles acies, & glorioſam obtinuit vi-
ctoriam. Cur igitur & nos detrectabimus, hoc ſignum noſtræ ſalutis ve-
nerari: quod ab ipſo Conſtantino, antequam renatus eſſet Chriſto, tan-
topere eſt honoratum? Cur itidem hoc noſtræ redemptionis monumẽ-
tum & ſignaculum, indigne feremus erigi in eccleſijs: & ab omnibus pie
coli? Certe beatus Paulus ſe nulla in re gloriari velle teſtatus eſt: niſi in cru Galat. 6.
ce domini noſtri Ieſu Chriſti. Nonne ergo & nos vt ipſum æmulemur:
5 ipſius etiam crucis venerabimur imaginem? ¶Vnde conijci haud diffici
le poteſt, q̃ hæc impugnatio venerationis imaginum: ab ipſo ſatana ma-
lorum omniũ ſatore ſit primum procurata. Siquidem Damaſcenus ipſe Damaſcenus
in ſupra dicto capite decimoſeptimo quarti ſui libri, de fide orthodoxa:
ſcribit ſuo tẽpore (vtpote circa annum trecenteſimum & nonageſimũ:
ab incarnatione dominica) fuiſſe nonnullos: qui exprobrarẽt catholicis,
q̃ adorarent & venerarentur ipſius ſaluatoris & deiparæ virginis ac ſan-
ctorum imagines. Ex quibus verbis perſpicuum eſt, ea tempeſtate qua
conquieuerat rabies & furor tyrannorum in ſanctos dei martyres: ho-
ſtem antiquum ſuſcitaſſe hanc ſacrarum imaginũ impugnationem, per
ſuos ſatellites. vt hoc nouo turbine concuteret domum dei: eccleſiæq; ſan
ctæ pacem tranquillã, hoc molimine & machinamento nequitiæ pertur-
baret. Quis igitur nõ exhorruerit: hoc ſatanæ inuentũ approbare & cõ-
6 ſectari? ¶Cæterum longe grauior (eodẽ ſerpẽte antiquo: authore) ſuſci-
tata eſt perturbatio ob eandẽ cauſam, vtpote imaginũ venerationẽ, circa Leo tertius.
annũ redẽptionis humanę, ſeptingẽteſimũ viceſimũ, & tẽpora continuo Conſtãtinus
ſubſequẽtia: per imperatores Cõſtantinopolitanos, Leonẽ tertium, Cõ quintus.
ſtãtinũ quintũ eius filiũ, & Leonẽ quartũ huius Conſtãtini filiũ, alioſq; Leo quartus
nõnullos ſubſequentes. qui omnes moliti ſunt ſacras imagines eliminare
templis, & eradere. Verum improbis eorũ conatibus generoſe reſtiterũt

ſummi illius temporis pontifices: Gregorius ſecũdus, Gregorius tertius, Stephanus ſecũdus, & alij eis ſuccedentes. Qui & prædictos imperatores anathemate percuſſerunt: & cõuocato celebri concilio, approbarunt erectionem imaginum in templis, & venerationem. Durauitq; hæc contur batio: ferme per octoginta annorũ ſpacium, donec omnes illi & ſinguli imperatores impij: funeſta & miſerabili morte ſunt e vita ſublati. Quis igitur in hoc facinore: eos imitari velit? ¶Sed & ante hęc tempora Gre- 7
gorius magnus ſummus pontifex, & doctor eccleſię percelebris: inſigne ſcripſit decretum, ad Seruium epiſcopum Maſſilienſem. quod inſeritur libro decretorũ: de cõſecratione, diſtinctione tertia: cap. perlatum. in hãc formam. Perlatum ad nos fuerat: q̃ inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorũ imagines, ſub hac excuſatione, ne adorari debuiſſent: confregeris. Et quidem te eas adorari vetuiſſe, omnino laudamus: fregiſſe vero, repre hendimus. Dic frater, a quo factum eſſe ſacerdote aliquãdo auditum eſt: quod feciſti? Aliud eſt enim, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura eſt: hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus. quia in ipſa ignorãtes vident: quid ſequi debeant. in ipſa legunt: qui literas neſciunt. vnde & præcipue gentibus: pro lectione, pictura eſt. hæc ibi. Quæ noſtro magnopere conducunt inſtituto. ¶Idem quoq; eximius pontifex in epiſtola ad Recha- 8
redum regem Gothorum: imagines ſanctorum in magna haberi debere veneratione declarat, in illius ſeptimo capite, poſtremaque particula: ſic ſcribens eidem. Clauem vero paruulam, a ſacratiſſimo beati Petri apoſtoli corpore, pro eius benedictione tranſmiſimus: in qua ineſt ferrum de catenis incluſum. vt quod collum illius ad martyrium ligauerat: vos abſoluat. Crucem quoq; latori præſenti dedimus, vobis ferendam: in qua lignũ dominicæ crucis ineſt, & capilli beati Ioannis Baptiſtæ. ex qua ſemper ſolatium noſtri ſaluatoris: per interceſſionẽ præcurſoris eius habeatis. Hæc Gregorius: ibidem. Ecce quæ ſacra munuſcula: ad regem a ſanctiſſimo viro ſunt tranſmiſſa. ¶Deinceps & in epiſtola ad Secundinũ: 9
idem ſacratiſſimus doctor: quanti facienda ſit ſacrarum imaginum repræſentatio, dilucide patefacit, circa illius epiſtolæ calcem ita ſcribens eidem. Q̃z imaginem illius quem colis tibi dirigendam, per Dulcerium diaconem tuum rogaſti: valde nobis tua poſtulatio placuit. quia illum in corde tota intentione quæris: cuius imaginem præ oculis habere deſideras. Vt viſio corporalis quotidiana: reddat exoptatum. & dum picturam vides: ad illum animo inardeſcas, cuius imaginem videre deſideras. Ab re non facimus: ſi per viſibilia, inuiſibilia demonſtramus. Hæc ille. Et paucis interiectis, ſubiungit. Scimus quia tu imaginem ſaluatoris no-

Gregorius magnus.

Gregorius.

Idem.

ſtri ideo non petis, vt quaſi deum colas: ſed ob recordationem filij dei, vt in eius amore recaleſcas, cuius imaginem videre deſideras. Et nos quidem nõ quaſi ante diuinitatem, ante ipſam proſternimur: ſed illum adoramus, quem per imaginem: aut natum, aut paſſum, vel in throno ſedentem, recordamur. Et dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filium dei reducimus: animum noſtrum de reſurrectione lætificat, aut de paſſione mulcet. Hæc ibi: & cætera, imagines ſacras a ſancto Gre-
10 gorio ad Secundinũ tunc miſſas: particulatim explicantia. ¶Et quoniam tam in primo eiuſdẽ beati patris decreto, in ſeptima hic ratione iam addu cto: q̃ in hac ad Secundinum epiſtola, ipſa imaginum ſacrarum pictura vel effigiatio confertur ipſi ſcripturæ, quantum ad ſignificationis officium: id vnum hic adijciendum occurrit. quod non ſolum imago ſacra gerit vicem ſcripturæ: ſed adhuc maiorem fert opem cõtuentibus ad quippiam deſignandum, q̃ ſcriptura. Vnico ſiquidem cõtuitu ipſa imago proponit oculis inſpectantium eam: quæ ex ſcriptura nõ niſi paulatim & per lectionis ipſius moram atq; ſucceſſionem poſſunt cõprehendi. Multo itaq; celerius obiectat imago noſtris obtutibus id quod ſigna-
11 tur per eam: q̃ ſcriptura. ¶Habent & illam cõmoditatem ſacræ imagines, oculis fidelium obiectæ: q̃ ad vitandã mentis diſtractionem & euagationẽ multum conducunt, etiam amplius q̃ ſcriptura. Intenti enim in illas oculi corporis & affixi: animum aſpicientis continent in attentione fixa ad ea ipſa, quæ per illas repræſentantur. Nec ſinunt mentem tam facile ad alia vagari & diuerti: quemadmodum diſtraheretur ſine illarum præſentia. Cũ vero ſcripturam aliquam legendo percurrimus: nõ vſque adeo affixum habemus oculũ mẽtis ad res per eam ſignatas: q̃ minus illa mouet & afficit ſecundum cõſuetum morem, legentes: q̃ imago, eam in-
12 tuentes. ¶Rurſum, cum imaginum ſacrarum vſus fuerit obſeruatus in eccleſia dei, tempore generalium cõciliorum: & præſertim illorum quatuor primorum quæ habentur omnium celeberrima, vtpote Niceni, Cõſtãtinopolitani, Epheſini & Calcedonenſis, necnõ & aliorum poſtea cõſequentium. & nõ fuerit ſublatus ab eis nec amotus, tanquam noxius aut incõmodus religioni Chriſtianę, neq; quoquo pacto dãnatus aut improbatus: id certe ingens eſt argumẽtum approbationis ipſarum imaginum per ipſa cõcilia prædicta: immo per ſpiritum ſanctum illis pręſidentem. Qui haud dubie ſuggeſſiſſet orthodoxis illis patribus auferendas eſſe ab eccleſijs imagines ſanctorum, tanquam catholicæ pietati aduerſas: ſi in earum vſu quippiam fuiſſet a vera religione alienum. Quinimmo, quod amplius eſt: ipſe vſus imaginum a nonnullis concilijs ſacris per apertam definitionem approbatus eſt, & cõmendatus. vt ex præcedentibus dictis

Picturã, efficaciorẽ eſſe: q̃ ſcripturã.

& ſequẽtibus huius capitis:plane cõſtat. ¶Multum etiam roboris affert 13
ſacrarum imaginum approbationi ac vſui:quod refert Euſebius in ſepti
mo libro eccleſiaſticę hiſtoriæ,capite decimoquarto:de imagine mulieris
Matth.9. æmorroiſſæ, a ſanguinis profluuio iuxta euangelicam narrationẽ a Chri
ſto curatæ,collocata quondam pro foribus domus eius, in Cæſarea Phi=
Euſebius Cæſarienſis. lippi,vrbe Pheniciæ:ex qua fuit prædicta mulier oriunda. In monumẽ=
tum autem miraculi diuina virtute circa eam facti: eodem in loco iuxta
illam mulieris ſtatuam, erat illis temporibus collocata & imago ſaluato=
ris noſtri: ad quem mulier illa ſupplex, palmas tendebat. Ad illius vero
imaginis baſim ſuccreuit quondam herba quædam: nouam præferens
ſpeciem,& prius non conſpectam. Quæ cum primum contigit creſcen=
do fimbriam veſtimenti imaginis ipſius ſaluatoris noſtri:continuo vir=
tutem habuit ad omnes morbos depellendos.& hauſtu ſucci illius herbę
ſalutiferæ:infirmitas omnis propellebatur. Magni igitur momenti erat
illa Chriſti imago:ſuo contactu tantam illi herbæ conferens vim ac vir=
tutem. Meminit etiam eiuſdem rei hiſtoria tripartita: libri ſexti capite
quadrageſimoprimo. ¶Inſuper,in ipſo volumine decretorum:de con= 14
ſecratione,diſtinctione tertia:cap.venerabiles.ex ſeptima ſynodo depro
Septimæ ſynodi decretum. mitur hoc decretum: propoſitam confirmans ſententiam. Venerabiles
imagines,Chriſtiani nõ deos appellant,neq; ſeruiũt eis vt dijs: neq; ſpem
ſalutis ponunt in eis,neq; ab eis expectant futurum iudicium.ſed ad me=
moriam & recordationem primitiuorum,venerãtur eas & adorant: ſed
nõ ſeruiunt eis cultu diuino,nec alicui creaturæ. Hęc ibi. Ex quibus prõ=
ptum eſt cognoſcere: in ipſa ſeptima ſynodo vniuerſali (vnde hoc de=
ſumptum eſt decretum) agitatam fuiſſe materiã de veneratione imagi=
num,illamq; honorationem:fuiſſe inibi ſolenniter approbatam. ¶Fuit 15
autem illa ſeptima ſynodus generalis: celebrata in vrbe Nicena (vbi &
prima,fuerat multo ante tempore congregata:contra Arrium) circa an=
num ab aduentu domini in carnem:ſeptingenteſimum & nonageſimũ,
Septimę ſynodi celebratio. ſolicitudine & opera Conſtantini ſexti, imperatoris Conſtantinopolita
ni,& Hirenes matris eius,probatiſſimæ mulieris. Vbi (vt dictũ eſt) ap=
probata eſt veneratio ſacrarum imaginum,conſenſu & ſententia trecen=
torum & ſexaginta ſeptem orthodoxorum patrum: inibi ſuper ea ma=
teria cõgregatorũ ſub Adriano primo,ſummo põtifice.qui & illuc ſuos
miſit legatos:& eam ſynodum approbauit ſua authoritate. Et damnati
ſunt ibidem omnes iconomachi,impugnatoreſq; imaginũ:quiq; cenſent
eas nulla veneratione honorãdas. Quinimmo illius concilij authoritate,
perpetuo ſunt anathemate perculſi:qui prædictę determinationi ſynodi
de honorandis imaginibus,cõtraire deinceps auderent. Quid igitur mo=

16 liuntur nunc Lutherani:toties damnatam impietatem reſuſcitare? ¶Et
certę conſentanea rationi eſt:hæc ſynodi prędictæ definitio. Nam in re=
publica recte inſtituta,priſcorum regum & principum ſtatuæ ſolẽt eri=
gi,in monumẽtum virtutis eorum: & vt poſteris cõmendetur ipſorum
memoria,edacitateq; temporis nõ aboleatur. Cur igitur regis regũ Chri
ſti,& reginæ cæli,ſtrenuorũq; eius militum,non erigentur ſtatuæ in tem
plis:vt virtutes eorum egregiæ, nulla intercidant obliuione apud homi=
nes? Q; ſiquis ſtatuam regis aut reginæ publico ciuitatis aut regni con=
ſenſu erectam,euerteret auſu temerario aut cõfringeret:is ſane reus eſſet
læſæ maieſtatis, & grauiſſimas pro talibus auſis daret pœnas. At longe
grauiorem cõmittit culpam,acerbioreq; dignam ſupplicio:qui ſacras ſan
17 ctorũ imagines nefaria manu violare tentarit. ¶Ad hæc. Saluſtius,ſcri=
ptor hiſtoriarũ probatiſſimus,dicit in prefatione belli Iugurthini:viros Saluſtius.
Romanos generoſo prędito animo,vt Q. Maximum,& P. Scipionẽ,
ac ſimiles,inſpectis maiorum ſuorum imaginibus in propatulo erectis:
mirum in modum accenſos fuiſſe ad virtutem,tali ſpectaculo, inflãma=
toſq; ad imitationem eorum:quos videbant ob probitatẽ etiam a poſte=
ritate commendari. In quibus tamen nec vera erat virtus,nec ſolida:ſed
adumbrata tantum,& fucata ſpecie virtutis honeſtas. Quid igitur non
efficient imagines ſacræ:oculis fidelium obiectæ? Nonne reuocabunt in
memoriã præclara ſanctorum acta & opera, quibus æternam ſunt pro=
meriti gloriam in cælis:torpenteſq; & ſegnes animos acriter excitabunt,
18 in æmulationem tãtarum virtutum? ¶Vnde Damaſcenus in loco ſupra
citato,vtputa quarti libri de fide orthodoxa,capite decimoſeptimo:inter
multa,annotatu profecto digniſſima, & hanc habet ſententiam,verbo=
rumq; contextum. Quia non omnes,literas norunt,neq; lectioni incum= Damaſcenus
bunt:patres noſtri cõſenſerunt veluti quædam trophęa,hæc in imagini=
bus repræſentare,ad promptã memoriam. Siquidem ob negligentiã,fre
quenter cogitatione nõ tenentes paſſionem Chriſti,imaginẽ tranſfixio=
nis Chriſti videntes: in ſaluatoris paſſionis memoriã redimus, & proci=
dentes adoramus,nõ imaginem:ſed imagine repręſentatũ,vt neq; mate=
riam ex qua ſcriptum eſt euãgelium. Sic neq; crucis materiã adoramus:
ſed quod typo figuraq; exprimitur. Hęc ibi:& reliqua,in eandẽ tenden=
19 tia ſentẽtiam. ¶Præter ſupra dictas autem vtilitates in ſuperioribus ex=
preſſas rationibus,quæ proueniunt ex imaginũ inſpectione:& hęc adij=
cienda eſt,nec parui æſtimanda. q; affectum pię deuotionis in nobis ex=
citant:& torpentia inflãmant corda. Animus enim noſter ex ſignis ob=
iectis ſenſui atq; præſentatis: vehemẽtius concitatur & inardeſcit in flã=
mam bonę affectionis. Quod ita teſtatur beatus Auguſtinus:in libro ſe= Auguſtinus.

cundo de viſitatione infirmorũ. Sunt quædam extraria ſigna, pigritãtis etiam fidei aliquando excitatoria: & quaſi quandã cõpunctionem penetralibus ſuis figẽtia. quæ & Chriſtianitatis religio vult obſeruari: & amicorũ ad infirmos conuenientiũ deuotio gaudet adimpleri. hæc ibi. Quæ noſtro multum conferunt propoſito. ¶ Idem quoq; beatus pater in eodem opere, ſecundo ſcilicet libro de viſitatione infirmorũ: teſtatur hunc laudabilem fuiſſe ritum Chriſtianorũ ſuo tẽpore, q̃ morituris exhibeatur imago crucifixi pro nobis Chriſti: qua ferantur in recordationẽ paſſionis eiuſdem. Quem cõmendabilem morem, in hodiernũ vſq; diem: fideles ſtudioſe ac religioſe obſeruãt. Verba autem Auguſtini: ſunt hæc. 20

Auguſtinus. Habent ſiquidẽ Chriſtianorũ arcana, illius dominicæ crucis quaſi quoddam venerabile monumẽtum: quod de crucis ipſius imagine, crucem cognominant: quod & nos, omni veneratione digniſſimũ fatemur. Adijcitur enim ſupra crucẽ, patientis hominis imago: per quod, ſalutifera Ieſu Chriſti nobis paſſio renouatur. Hãc complectere humiliter, venerare ſuppliciter: & hæc ad memoriã tibi reduces. Tu autem bone Ieſu, qui pro me pendens ita paſſus es: miſereri mihi digneris. & præſta vt qui mihi mortuus es, & ad hoc mortuus es: vt mũdo moriens tibi viuam, bone Ieſu. hæc Auguſtinus: ibidẽ. ¶ Beatus item Hieronymus ad Euſtochiũ 21 ſcribens, ſuadet eidem: vt ad omnẽ greſſum pingat ſignũ crucis in fronte. Et ſanctus Ambroſius in oratione de cruce: hortatur nos, vt in Ieſum (qui nos liberauit a morte) ſemper aſpiciamus. Nõ ſolum quidem oculis cordis: ſed & corporis oculis, in eius ſcilicet imaginẽ nobis obiectam. Quibus accedens venerabilis Beda ait. Imagines fieri: nulla litera diuina vetuit. Harum etenim aſpectus: multũ cõpunctionis ſolet præſtare contuentibus. & eis qui literas ignorant: quaſi viuam de Chriſti paſſione exhibent recordationem. hæc ille. Operoſum ſane nũc foret, & prolixum: cæteras ſanctorum patrum ſententias, imaginum ſacrarum approbatorias, huc afferre. Illas igitur ſtudioſis lectoribus perquirendas relinquentes: vnicam adhuc ſubtexemus rationem, & deinde ad obiectiones progrediemur. ¶ Planum eſt vtiq;, cum quis in compitis & vijs publicis in- 22
ter eundũ occurrit imagini domini noſtri crucifixi: protinus illum ſubit memoria dominicæ paſſionis. Et exhibito aliquo reuerentię ſigno exteriori, illi imagini, propter eum quem repræſentat: hæc aut ſimilia in corde ſuo orat. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi: quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mũdum. Qui paſſus es pro nobis: domine miſerere nobis. Et cum iter agens occurrit imagini candidiſſimæ virginis Mariæ: cõtinuo ex eius aſpectu incitatur ad proferẽdam ipſi reginæ cælorum ſalutationem angelicam. Hos itaq; & conſimiles deuotionis fru-

Hieronymus.

Ambroſius.

Beda.

Pia ad deum oratio.

ctus, odio habens diabolus: elaborat per ſuos ſatellites & reprobos homines, abolere vſum imaginum. Et illi tanq̃ organum dæmonis: peſſimæ ipſius voluntati obſequũtur, ac obediunt. cum imagines ipſas aut euertere nefarijs manibus conantur: aut verbo docent eas exterminandas. Qui igitur ſatanę nolunt eſſe mancipium: imagines ipſas ſacras cũ eccleſia ſancta venerentur, & congruo illas honore pie proſequantur.

1 ¶ Cæterum cõtra prædictam veritatem, obijciunt primo aduerſarij id, quod Exodi viceſimo ſcribitur dominus dixiſſe populo Iſraelitico: cum legem decalogi eidem traderet. Nõ facies (inquit) tibi ſculptile: neq; omnem ſimilitudinẽ quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum: neq; eorum quę ſunt in aquis ſub terra. In quibus verbis: imagines quarũlibet rerum fieri prohibentur. Nõ eſt igitur licitus imaginum vſus: vt qui ſit a deo vetitus. ¶ Reſpõſio. In ſupra dicto Exodi loco: deus non ſimpliciter & abſolute, prohibet fieri ſculptile ſeu imagines. ſed illud tantum ſculptile vetat effigiari: cui diuinus cultus exhibeatur more idolatrarum, & ſub illa præſertim ratione: vt tale ſculptile tanq̃ deus adoretur. Quod per verba domini ſtatim eo in loco ſubiuncta, ſatis conſtat: quæ ſunt huiuſmodi. Non adorabis ea: neq; coles. Vbi innuitur pręcipua ratio: factæ prius prohibitionis. Chriſtiani autem non erigunt imagines in templis, vt eas adorent cultu ſoli deo debito: ſed vt per eas tanq̃ ſigna quædã ſenſibilia, manuducantur in recordationẽ & honorationem ſanctorum. Et
2 ergo nihil ea in re cõmittunt: contra dei prohibitionem. ¶ Secundo adducunt contra nos illud: quod in quarto libro regum, capite decimooctauo ſcribitur, de Ezechia rege Iuda. ſcilicet q̃ diſſipauit excelſa, & contri- 4.Regum.18.
uit ſtatuas, & ſuccidit lucos: confregitq; ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes dei iuſſu & præceptione. Attamen propter hæc omnia, & alia Numeri.21.
præclara eius opera, tantopere laudatur: vt dicatur poſt eum nõ fuiſſe ſimilis rex in Iuda. Eius igitur exemplo: conterendæ ſunt & cõfringendæ imagines. ¶ Reſponſio. In loco ſupra dicto: ſcriptura deſignat Ezechiã contriuiſſe ſtatuas deorum gentilium, falſorũq; numinũ: quas pater eius Achaz & alij ante eum reges Iuda, erexerant, vt colerentur tanq̃ dij. Et reuera eo ipſo: egregiam meritus eſt laudem. Nos autem, tales ſtatuas & idola gentium: nec probamus nec erigimus. Serpentẽ vero æneum, quẽ Numeri.21.
Moyſes in deſerto erexerat pro ſigno, vt quicunq; aſpicerent eum: viuerent, & liberarẽtur a morſibus ſerpẽtum ignitorum, Ezechias ideo confregit & cõminuit: quoniam populus Iuda ad idolatriã pronus, illi æneo ſerpenti adolebat thura, diuinoſq; impendebat honores, ſtulta quadã ſu- 4.Regũ.18.
perſtitione. Ad quã penitus ſuccidẽdam: imaginem illam ſerpentis ænei prędictus rex ſanctę religionis zelo permotus, cõtriuit & penitus ſuſtu-

Obiectiones aduerſariorũ Exodi.20.

lit. Propter quod ſane opus: & laudari dignus eſt, & probe cõmendatur.
At nõ ſimilis agitur ratio: de imaginibus ſanctorum apud Chriſtianos.
quoniam eas non adorant vt numina quædam deorum: ſed decenter ho
norant vt ſigna venerabilia, ſanctos repręſentãtia. ¶ Tertio ſic inſtant. 3
Apud Ioannẽ quarto capite: legitur dominus noſter dixiſſe mulieri Sa-
Ioan. 4. maritanæ. Mulier crede mihi, quia veniet hora: quãdo neq; in mõte hoc,
neq; in Hieroſolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod neſcitis, nos
adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nunc
eſt: quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate, nam
& pater tales quęrit qui adorent eũ. Spiritus eſt deus: & eos qui adorant,
in ſpiritu & veritate oportet adorare. hæc ibi. Spiritus autem non affici-
tur imaginibus: nec affigitur illis aut inhæret. Non igitur ad veram ado-
rationem proſunt imagines: ſed potius obſunt. ¶ Reſponſio. Adoran-
dum fatemur deum: in ſpiritu & veritate præſertim. ad quod faciẽdum:
non ſunt impedimẽto ſed adiumento nobis imagines. Admonent enim
ipſæ, nos rerum ſpiritualiũ: & ad earum memoriã, noſipſos reducũt ſen-
Ariſtoteles. ſibilia ſigna. cum teſte Ariſtotele, ingenita ſit nobis via & cõgeneus mo-
dus: a ſenſibilibus procedendi ad intellectualia, & a corporalibus ad ſpiri-
tualia. Quare imagines ipſæ, cũ ſint ſenſu perceptibiles: nos inducunt ad
exhibendam deo adorationẽ ſynçeram in ſpiritu & veritate, tanq̃ media
quædam ad id accõmoda. Spiritum enim & adorationem in ſpiritu, nõ
excludere ſenſibilia ſigna: argumento nobis ſunt ſacramenta eccleſiaſti-
ca. quæ ſunt in ſenſibilibus ſignis a Chriſto inſtituta: & tamẽ efficaciam
habent & vim potiſſimũ ſpiritualem. ¶ Quarto, ita inſurgunt. In hono 4
randis imaginibus: magnum periculum ſubeſt idolatriæ. Nam ſimplices
& idiotæ poſſunt inde ſumere occaſionem, adorãdi ipſas imagines præ-
cipue & principaliter: non ferendo ſuam intentionem in ſanctos, per eas
ſignatos. Poſſent & per imagines in eum trahi errorem: ꝙ exiſtimarent
in ipſis eſſe numen quoddam diuinitatis, aut ſanctitatis virtutem. aut ꝙ
arbitrarẽtur eas eſſe ſanctos illos: quos colit eccleſia. & præter eas, nullos
eſſe alios ſanctos in cælis: quibus debeatur cultus & veneratio. Huiuſmo
di autẽ exiſtimatio: quid differt ab inſania idolatriæ? ¶ Reſpõſio. Craſ-
ſa huiuſmodi & ſupina opinio de ſacris imaginibus: per ſanam paſtorũ
eccleſiaſticorum doctrinam poteſt facile a laicis & popularibus ſuſtolli.
qua doceãtur, ad quid inſtitutę ſunt in eccleſia imagines: & ad quẽ vſum
collocãtur ac reponũtur in templis. Poſſunt & ipſi ſimplices, per eos qui
curam ſpiritualis eorum regiminis ſuſceperunt, facillime inſtrui: ad recte
dirigẽdam ſuam intẽtionem, in ipſarum imaginum honoratione. vtpu
ta ꝙ veneratione illam referant præcipue, non ad imaginẽ ipſam, ſiſten-

do in illa: ſed (vt præclare docet Baſilius) ad prototypum, atq; principale Baſilius.
figuratum per illam, quod ſenſui nõ ſubeſt: ſed mẽte & fide comprehẽ-
ditur. Vt cum crucem ſanctã adorant: eam referant adorationẽ ad Chri-
ſtum, pro nobis crucifixum. Et cum ſacratiſſimæ virginis honorãt figu
ram, in tabula depictam: reducant eam honorationẽ in ipſam ſanctã vir
ginem, in gloria cæleſti ſublimatam. Et ita nullum erit idolatriæ pericu-
5 lum. ¶ Quinto, ita rurſum inſiſtunt. Quẽadmodum gẽtiles & pagani,
idolorumq; cultores: genua flexerunt ante ſua idola, fuderunt illis preces
comploſis manibus, & thura eis incẽderunt: ita Chriſtiani, imagines ſan-
ctorum ſimilibus honorum ſignis venerãtur: vtpote genuflexione, ora-
tionum oblatione, thurificatione, & cęteris id genus honorationibus. Vt
non deſint: qui eam ob rem ipſos Chriſtianos imaginum cultores, idola-
tras appellent. Vt igitur fideles ipſi, q̃ diſtantiſſimi ſint a moribus paga-
norum, & nullam cum eis habere videantur operum cõmunionem: ex-
pediret ſane, imagines omnes a tẽplis auferri, earũq; vſum omnino pro-
hiberi. quo ſynçerior cultus deo & ſanctis eius exhibeatur, nullo modo
conueniens cum cultu idolorum. ¶ Reſponſio. Latum eſt & magnum
diſcrimen inter honorationẽ imaginum, quam fecerunt ſuis idolis gen-
tilitio errore detenti: & eam honorificẽtiam, quã Chriſtiani exhibẽt ſa-
cris imaginibus. Siquidem gentiles ea honorum genera impenderũt ſuis
idolis: credentes illa ſecũdum ſubſtantiã eſſe ſuos deos, & diuinitatis nu-
men illis ſuis ſtatuis atq; ſimulacris ineſſe. Vnde nec ad aliud quippiam,
quod per illa ſignaretur: ſuum ferebant aut conuertebant animum. neq;
ipſa ſculptilia, vt ſigna venerabãtur: ſed vt ſua numina, ſuos deos, diuoſq;
præcipuos. Chriſtiani vero perſuaſum ſibi habent, imagines ſanctorum
& ſtatuas, ſecũdum ſubſtantiã aliud nihil eſſe: q̃ lapides, ligna, aurum, ar-
gentum, aut æs. neq; quicq̃ ſanctimoniæ aut virtutis adeſſe illis: neq; in
ipſis numen aliquod aut diuinitatis maieſtatem contineri. Sed eas tãtum
eſſe ſigna quædã, repræſentantia ſanctos in cæleſti gloria beatos: ad quos
præcipue refertur honor & veneratio, quæ corã ſacris fiunt imaginibus.
Vnde ipſorum honorãtium imagines, intentio: pręſertim fertur in ipſos
ſanctos, per huiuſmodi imagines repræſentatos. Et propter illos, ſecun-
do quodã loco, etiam ipſis imaginibus vt ſignis eorum ſacris & venera-
bilibus: exhibetur aliqua honoratio. vt imagini crucis, & ſacræ virginis
Marię: propter Chriſtũ crucifixum, & beatam virginẽ. Itaq; licet in ex-
teriore cultu imaginum, videantur quodam modo conuenire gentiles &
Chriſtiani: in cultu tamẽ interiore (qui præcipue attendẽdus eſt) diſcre-
6 pãt, ſicut tenebræ & lumẽ. ¶ Neq; id ſuffragatur aduerſarijs: ꝙ tres pue-
ri hebræi, Ananias, Azarias, & Miſael, mirifice cõmendantur eo ipſo: ꝙ Danieſis. 3.

noluerint adorare ſtatuam,a Nabugodonoſor erectam. Nam voluit rex Babylonis ſtatuam illam auream adorari & honorari tanq̃ deũ,& cultu ſoli deo debito:quinimmo ipſe rex in illa ſtatua ſic voluit adorari. Quod immane ſcelus cum facere conſtanter recuſarent generoſi illi adoleſcentes:a camino ignis ardentis diuina ſunt erepti virtute. Cum autem eccleſia ſancta perhibet adorationẽ imaginum eſſe piam & religioſam:nomine adorationis intelligit non cultum ſoli deo debitum,ſed venerationem quãdam,ſignis ob ſignata exhibẽdam, longe tamen inferiore gradu conſtitutam q̃ ſit adoratio ſoli deo debita. Et quoniam homonymũ eſt & æquiuocum adorationis nomen:nunc latriam ſolum deſignans,nunc vero venerationẽ multo minorem,& creaturis recte exhibendam. cum de imaginum adoratione fit ſermo:explicet circũſpecte ſeipſum qui ita loquitur,ne det anſam errori. ¶Poſtremum,& hanc mouent argutiã ad- 7
uerſarij. Imagines ipſæ,cum ob artificis induſtriã aut diligẽtiam adornatæ ſunt inſigni decore,& pulchritudine exteriore:poſſunt facile intuentes inducere in prauam concupiſcẽtiam & deſideria carnis,aut cũ depinguntur nudæ,aut exquiſito ornatu decoratæ. Poſſent & laici ex imaginum obiectu in eam duci opinionem: q̃ nouis imaginibus plus inſit virtutis q̃ vetuſtis,& pulchris q̃ decente forma carentibus,& idcirco magis circa illas q̃ has affici. Igitur ad tollenda hæc & ſimilia animarũ pericula: ſatius foret omnem imaginũ vſum prorſus ſuſtolli, & ſolo ſpiritu,ſanctos venerari. ¶Reſponſio. Prouidendum eſt ſtudioſe ab ijs,qui præſunt moderationi eccleſiaſticæ: q̃ omnis abuſus qui circa imagines accidere poteſt,tollatur & ſuccidatur. ne quod ad rectum finem ordinatum eſt:vertatur in ſcandalum & offendiculũ. Vnde curãdum eſt ſummopere: q̃ in efformatione imaginũ, omnis abſit laſciuia & obſcœnitas. neq̃ quicq̃ aſſit illis:quod ad libidinem prouocare poſſit intuentes. Habitus etiam ipſe imaginum,ſimplex ſit & moderatus: religionẽ ſanctam ſpirans ac præferens,non mundi pompam. Et reliqua in illis effigiandis obſeruentur: quæ ad deuotionis affectum incitare poſſint contuentes,non ad malam concupiſcẽtiam. Demum q̃ laici & ſimplices in eam ducãtur opinionem,ob diuerſitatem formæ imaginum,quam proponit hæc obiectio:eorum id accidit culpa aut nimia ſimplicitate, nõ vitio imaginũ. Ab illa tamen ſtulta opinione & ridicula,per diligentem inſtructionem eorum qui curam habẽt animarum ipſorum,auocandi ſunt:& quomodo imagines venerari debeant,recte edocendi. Pręcipue vero admonendi ſunt frequenter: q̃ non affigantur nec inhæreant præſertim exteriori imaginum figuræ, ſed animum ſuum erigant ac attollant in cælum & ſanctos,per illas deſignatos.

Danielis.3.

¶Arbitrij libertatem,homini a deo eſſe datam: qua,in bonum aut malum agendum,liberam habet facultatem. Cap.XXIII.

IN totum genus humanũ Lutherani nõ parum etiam contumelioſi ſunt & iniurij: cũ idipſum quod in homine pręſtantiſſimũ eſt & digniſſimum,illi adimunt ac auferunt. vtpote arbitrij libertatẽ,qua vna,& plantis & animãtibus brutis homo longe præſtat: eminẽtiſſimãq̃ inter creaturas ſenſibiles habet dignitatẽ. Si enim de neceſſitate ineuitabili eueniunt omnia, quæ ad operationes ſpectant humanas:vti cum damnatiſſimo Viclefo ſentit Lutherus,quid diſcriminis inter iners ſaxum(quod ſuo pondere:deorſum natura decumbit)aut ignem naturali ſua conditione proxima calefaciẽtem corpora,& hominẽ ipſum cõſtitueris? Contra hanc igitur humanæ dignitati maxime derogãtem doctrinam,ſimul & diuinæ ordinationi iniuriã:hęc proponitur catholica veritas,inconcuſſe tenenda. Viclefus.

Libera volũtatis facultas,cuiq̃ hominum a deo eſt indulta:qua ad bonum amplectendum cum dei opitulamine, aut malum perpetrandum, redditur arbitrarius.

1 ¶Quæ primũ multiplici ſacræ ſcripturæ teſtimonio fulcitur, & munitur. Et ante omnia,illo domini verbo ad Cain,grauiter commotũ in fratrem ſuum Abel:q̃ ad eius munera reſpexiſſet dominus, & non ad ſua ipſius ſacrificia. Nonne(inquit dominus)ſi bene egeris:recipies? ſin autẽ male: ſtatim peccatum tuum in foribus aderit? Sed ſub te erit appetitus eius:& tu dominaberis illius. In quibus verbis, quid gemina illa cõditionis nota,partibus inter ſe oppoſitis annexa deſignat:niſi liberam bene & male agendi adeſſe homini poteſtatem,qua feratur ad vtrũlibet pro ſuo arbitratu? Quo etiam pacto ſubijcietur nobis appetitus ſenſitiuus,rectæ rationis freno coercitus:aut quomodo illius dominabimur,per volũtatis diuino obtemperãtis præcepto imperiũ:ſi ineuitabili neceſſitate ſic cun- Gene.4.
2 cta in nobis fiant quę a volũtate pendẽt,vt aliter fieri nõ poſſint? ¶Cõſimilis itidẽ loquẽdi ratio ac modus, per geminam cõditionem partibus inter ſe aduerſantibus appoſitã,in alijs ſcripturæ locis inuenitur:qui plane ipſam arbitrij noſtri libertatem cõuincit. Vt apud Eſaiam,capite primo:in his domini verbis. Si volueritis,& audieritis me:bona terræ comedetis. Q̃ ſi nolueritis,& me ad iracũdiam prouocaueritis:gladius deuorabit vos. Et apud Hieremiã,capite decimooctauo:in his etiam dei verbis. Si pœnitẽtiam egerit gens illa,a malo ſuo,quod locutus ſum aduerſus eam:agam & ego pœnitẽtiam ſuper malo,quod cogitaui vt facerem ei. Q̃ ſi fecerit malum in oculis meis,vt nõ audiat vocem meam:pœni- Eſaie.1. Hiere.18.

tẽtiam agam ſuper bono, quod locutus ſum vt facerẽ ei. Quomodo autẽ
hæc a domino proponerẽtur: ſi non adeſſet homini libertas arbitrij? Si-
Matth.6. mile quoq; prædictis eſt: & illud apud Mattheũ, Chriſti verbum. Si di-
miſeritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater veſter cæle-
lis, delicta veſtra. Si autem nõ dimiſeritis hominibus: nec pater veſter di
mittet vobis peccata veſtra. Ex quo planum eſt: in homine liberam eſſe
dimittendi & nõ dimittẽdi peccata, poteſtatem. ¶ Sed & illud, Eccleſia- 3
Eccli.15. ſtici decimoquinto capite cõſcriptum teſtimonium: apertiſſime cõuin-
cit in nobis arbitrij libertatem, quod eſt huiuſmodi. Deus ab initio con-
ſtituit hominem: & reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata:
& præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare: conſeruabunt te, & in
perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad
quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bo-
num & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. At quomodo poſſet ho-
mo porrigere manum ſuæ actionis ad quodcunq; voluerit: ſi impoſſibi-
litate a bono arceretur, vel neceſſitate adigeretur ad malum? Neq; diſſi-
mile prædictis eſt illud, quod in laudẽ viri iuſti ſcribitur Eccleſiaſtici tri-
Eccli.31. ceſimoprimo capite, præconium: in hunc modum. Qui potuit tranſgre
di, & nõ eſt tranſgreſſus: & facere mala, & nõ fecit. Habet igitur vir iu-
ſtus, immo & vnuſquiſq; hominũ, liberam facultatem mala perpetrandi
ſi velit: & ea fugiẽdi ſi libuerit. Quomodo ergo locũ in eo habebit: infle-
xibilis ad hæc aut illa, neceſſitas? ¶ Præterea. In ſacris literis multa dicun 4
Exodi.35. tur: ſponte, voluntarieq; aut facta aut facienda ab hominibus. Vt Exodi
triceſimoquinto ſcriptum eſt: q̃ cuncti filij Iſrael, volũtaria domino de-
dicauerũt. Et Iudicũ quinto capite: in cantico Delboræ & Barach. Qui
Iudicum.5. ſponte obtuliſtis de Iſrael, animas veſtras ad periculum: benedicite domi
no. Et paulo poſt, in eodem loco. Qui propria volũtate obtuliſtis vos di
ſcrimini: benedicite domino. In primo etiam libro paralipomenon, capi
te viceſimonono: Dauid rex populum Iſrael exhortans ad offerenda do
1.Parali.29. naria domino, pro futura tẽpli ędificatione, ait. Siquis ſponte offert: im-
pleat manum ſuã hodie, & offerat quod voluerit domino. Volũtarium
autem & ſpõtaneum: penitus excludunt adigentem nos ad opus neceſſi-
tatem. ¶ Sunt & alia in diuinis ſcripturis: eiuſdem generis teſtimonia. 5
Pſal.53. Quale eſt: quod pſalmo quinquageſimotertio ſcribitur. Voluntarie ſa-
crificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine: quoniã bonum eſt. Et
2.Macha.6. ſecũdi libri Machabæorũ capite ſexto, de Eleazaro viro generoſi & for-
tiſſimi animi dicit ſcriptura: q̃ voluntarie præibat ad ſupplicium, & de-
mum glorioſam ſubijt mortem. quam tamẽ potuiſſet euadere: ſi carnes
ſuillas, cõtra legis decretum, manducare voluiſſet. Beatus itidem Paulus:

ad Hebręos decimo capite ait. Voluntarie peccantibus nobis: iam nõ re- Hebræ.10.
linquitur pro peccatis hoſtia. Et ſanctus Petrus in primæ ſuæ epiſtolæ
quinto capite dicit. Paſcite qui in vobis eſt, gregem dei: prouidentes non 1.Petri.5.
coacte, ſed ſpontanee ſecũdum deum. neq; turpis lucri gratia: ſed volun-
6 tarie. At quomodo cohæret ineuitabilis neceſſitas: ipſi ſpontaneo? ¶ In-
ſuper in ſacra ſcriptura, nonnulla occurrunt dicta de hominũ operibus:
libertatem, & liberam poteſtatem citra aliquam neceſſitatem, deſignan-
tia. Vt eſt illud quod Tobiæ primo capite ſcribitur: de ipſo Tobia. De- Tobiæ.1.
dit illi deus gratiam: in conſpectu Salmanaſar regis. & dedit illi poteſta-
tem, quocunq; vellet ire: habens libertatem quęcũq; facere voluiſſet. Sed
quanam ratione aut modo, habuiſſet illam libertatẽ Tobias: ſi indeflexi-
bili neceſſitate cõſtrictus fuiſſet ad vnũ locum petẽdum, aut opus vnum
& nõ aliud faciendum? Perſimile eſt & illud, quod Hieremiæ triceſimo Hiere.37.
ſeptimo capite ſcribitur de eodem ſancto domini propheta: q̃ libere am
bulabat in medio populi. nullo ſcilicet impediẽte liberam illam, quo vel-
let: ambulandi poteſtatem. Erat igitur illa ambulandi facultas: ab omni
7 neceſſitate immunis. ¶ In ſacris etiam Pauli epiſtolis: conſimilia loquen
di genera interdum occurrunt. Vt cum in ſecunda ad Corinthios epiſto-
la, capite nono: ait apoſtolus. Vnuſquiſq; pro vt deſtinauit in corde ſuo: 2.Corin.9.
non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem: diligit deus.
In quibus verbis, neceſſitas ipſa ſecluditur ab illa liberali & gratuita con-
tributione: ad quã ibidẽ Corinthios hortatur apoſtolus. Hilaritas enim
animi in datione: neceſſariam ad id opus adactionem omnino propellit.
Eſt igitur in operationibus illis humanis: immunitas a neceſſitate, & libe
8 ra poteſtas eas faciendi aut pro nutu prætermittendi? ¶ Rurſus, euoluẽ-
ti ſacram paginam occurrunt interdum nonnulla loca, homini permit-
tentia optionem: id eſt facultatem acceptandi vnum ex pluribus oblatis,
quod libuerit. Quę ſane optio, ſiue eligendi poteſtas: perſpicue arguit li-
bertatem voluntatis, & ex ea proficiſcitur. Vt cum Deuteronomij trice
ſimo capite: dicit dominus per Moyſem ad populum Iſrael. Cõſidera q̃ Deutero.30.
hodie propoſuerim in cõſpectu tuo vitã & bonum: & e cõtrario mor-
tem & malum. Et poſtq̃ deinde explicuit, quid pro hoc, & quid pro illo
ſit ipſi populo redditurus: conſulit demum eligendam eſſe vitam. Qui
autem id fieri poſſet: ſi ſola neceſſitate truderetur homo ad operandum?
9 ¶ Cõſimile quiddã proponit Ioſue eidem populo: de obſeruãdo vnius
dei cultu vel deorum alienorum, offerens illi optionem in hũc modum:
vt viceſimumquartum libri Ioſue caput refert. Optio (inquit) vobis da- Ioſue.24.
tur: eligite hodie quod placet, cui ſeruire potiſſimũ debeatis. vtrum dijs,
quibus ſeruierũt patres veſtri in Meſopotamia. an dijs Amorręorum: in

quorum terra habitatis. Ego autem & domus mea: seruiemus domino.
2.Regũ.24. Similiter secundi libri Regũ, capite vicesimoquarto: scribitur Gad pro-
pheta dixisse in nomine domini, ad Dauid. Hæc dicit dominus. Trium
tibi datur optio: elige vnum quod volueris ex his, & faciam tibi. Deniq;
3.Regũ.3. tertij libri Regum, tertio capite: legitur dominus dixisse Salomoni. Po-
stula quod vis: vt dem tibi. Ille vero ex multis ibidem enumeratis, quo-
rum quodlibet postulare valuisset: elegit sapientiæ postulationẽ, qua po-
pulum sibi subiectum recte iudicaret, & inter bonum & malum probe
discerneret. Optio autem & electio, ijs conuenire non possunt: quæ sola
necessitate ineluctabili feruntur ad operãdum. ¶ Sed & sanctus patriar- 10
Gene.29. cha Ioseph, cum solicitaretur a domina sua Aegyptia, ad perpetrandum
cum ea adulterium: nõne si voluisset cõmittere illud flagitium, potuis-
set? Vtiq; id potuit. Non enim rem factu impossibilẽ illi proposuit mu-
lier: eius amore capta. Potuit etiam idem scelus non admittere: quando-
quidem id nequaq̃ admisit, sed constanter, honeste & studiose, idipsum
Gene.41. perpetrare recusauit. Vnde & grauem passus est calũniam & diuturnum
carcerem: sed postea diuino disponente consilio, in dominationem super
totam terram Aegypti cõmutatum. Erat igitur in ipso libertas arbitrij:
quare & in vnoquoq; hominũ illa debet admitti. ¶ Cõsimili etiam vten 11
Danielis.13. dum est argumento: de casta Susanna. Quæ cum a duobus senibus, qui
cõstituti erant iudices populi: solicitaretur ad turpia, ingemiscẽs ait An-
gustiæ sunt mihi vndiq;: & quid eligã ignoro. Si enim hoc egero: mors
mihi est. si autem non egero: non effugiam manus vestras. Et protinus
Ibidem. diuino admonita, cõfortataq;, & adiuta spiritu: subiunxit. Sed melius est
mihi incidere in manus vestras: q̃ derelinquere legẽ dei mei. generosoq;
animo recusauit facinus: ad quod perpetrãdum, ingenti ariete impellieba-
tur. Nonne hic conspicitur castissimæ huius matronæ cõsultatio, & ele-
ctio, atq; optio vnius partis: altera reiecta, quam tamen potuisset capes-
sere, si voluisset? Erat igitur ipsa: voluntate libera. ¶ Adde, q; in sacris li- 12
teris proponuntur interdum exhortationes ad bonum, & consilia: relin-
quẽdo tamen libero hominis arbitrio potestatẽ, ea prosequendi aut præ-
Lucæ.9. termittendi. Vt cum Lucæ nono capite: dicit dominus. Siquis vult post
me venire: abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Et
Matth.19. Matthæi decimonono capite. Si vis ad vitã ingredi: serua mandata. De-
Psalmo.33. niq; psalmo tricesimotertio: diuinus psaltes ait. Quis est homo qui vult
vitã: diligit dies videre bonos? Prohibe linguã tuam a malo: & labia tua
ne loquãtur dolũ. Quo quidẽ loquendi schemate designat scriptura: re-
lictum esse & situm in hominis potestate, vt amplectatur ea quæ in præ-
dictis verbis proponũtur: si voluerit. & si noluerit: eadẽ nõ capessat, sed

omittat facere. Sunt & frequẽtes in diuina pagina prohibitiones a malo:
vt psalmo tricesimoprimo. Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus nõ Psalmo.31.
est intellectus. Et psalmo nonagesimoquarto. Hodie si vocẽ eius audie- Psalmo.94.
ritis: nolite obdurare corda vestra. Inanes autẽ & irritæ essent huiusmo-
di exhortationes, aut prohibitiones, præceptiones & consilia: si adẽpta fo
13 ret homini libertas volũtatis. ¶ Ad hæc. Crebræ inueniũtur etiã in scri-
ptura diuina pollicitationes præmiorũ: quibus prouocentur homines ad
recte viuẽdum. necnon cõminationes æternorum suppliciorum: quibus
deterreantur audientes, a malorũ operum perpetratione. Ponuntur & in
ea frequẽter cõmendationes bonorum virorum: qui propter egregia sua
opera dignis efferũtur laudibus. Similiter increpationes malorũ hominũ
ac vituperationes: qui ob sua scelera dãtur vitio, meritoq; culpãtur. Quẽ-
admodũ ex sacrorũ eloquiorũ lectione: omnibus aperte constat. Omnia
autẽ hæc, nequicq̃ & inaniter fierẽt: si nõ esset nobis libera ad vtrũq;, bo-
num scilicet & malũ, volũtas. Siquidẽ de ijs quæ natura aut insuperabili
necessitate cõtingũt: nec præmiũ quis meretur nec pœnã, nec laudẽ itidẽ
nec vituperiũ. vt neq; ignis venit cõmendãdus q; calefaciat hominẽ: nec
lapis, q; deorsum cadat. ¶ Huic accedit. q; si homo nullã obtinet volũta
tis libertatẽ: nõ deberetur illi a deo pro bonis operibus vllũ præmiũ, neq;
pro prauis actibus suis vlla pœna. quoniam inuincibili illa necessitate ad-
actus: non posset nõ facere bonũ, aut ab eo iã incœpto desistere: si bonus
esset. Eadẽ quoq; cõpulsus necessitate: nõ posset qui malus est, nõ operari
malũ, & in eo ad finẽ vsq; vitę nõ persistere. Iniustus igitur esset deus, red
dẽs bonis pręmia, qui nihil essent meriti: & malis supplicia, quæ nullo pa
cto promeruissent. Quinimmo mala ipsa quæ perpetrantur ab homini-
bus, nõ essent illis imputãda: sed soli deo, qui dedisset illis naturã nõ liberã
ad bonũ: sed indeuitabili ad malũ necessitati, omnino subiectã. Esset igi-
tur deus: malorũ omniũ author. quod certe blasphemũ est dicere: & im-
piũ. Quomodo enim: a summa bonitate prodibũt peccata? ¶ Hæc autẽ
& similia incõmoda, præclare colligit Damascenus cõtra eos: qui dicunt
astrorũ lationẽ & motũ ingerere nobis necessitatẽ inuincibilẽ & absolu-
tam, agendi cuncta quæ facimus. cũ in secũdi libri sui de fide orthodoxa,
capite septimo: sic inquit. Nos liberæ potestatis a cõditore facti: domini Damascenus.
nostrarum actionũ sumus. Si enim ex astrorũ latione cũcta facimus: ex
necessitate ea operamur quę facimus. Atqui quod ex necessitate fit: neq;
virtus neq; vitiũ est. Si autẽ neq; virtutẽ neq; vitiũ possidemus: neq; lau-
dibus & coronis, neq; vituperationibus & punitionibus sumus digni. In-
uenietur autẽ & deus iniustus: his bona, illis vero tribulationes tribuens.
Sed neq; gubernabit, neq; suarũ ipsius creaturarũ prouidentiã geret deus:

ſi ſecũdum neceſſitatem ducuntur omnia,atq; feruntur. Sed & in nobis
ratiocinandi poteſtas:vana erit.Nam ſi nullius actionis domini ſumus:
vane conſultamus.Rationalis autem poteſtas: omnino cõſilij gratia,no
bis indulta eſt. Vnde & omne rationale:liberæ poteſtatis ac arbitrij eſt.
hæc ibi.Quæ omnia,æque militant contra eos:qui ſubijciunt hominum
actus ineuitabili neceſſitati,vndecunq; illam pendere dicant. ſiue ab ipſis
aſtrorum lationibus:vt autumarunt illi,contra quos ſuperioribus verbis
agit Damaſcenus.ſiue a fato quodam inexorabili: vt poſuerunt ethnici
quidam.ſiue a futurorum abſoluta quadam neceſſitate, quæ contingen-
tiam non admittat: vt falſo putarunt nonnulli, de diuina præſcientia ac
prouidẽtia male ſentientes. ¶Idem quoq; probatiſſimus author,in eiuſ- 14
Damaſcenus dem ſecũdi libri capite viceſimoquinto agens de libero arbitrio:ait.Re-
linquitur igitur,hominẽ ipſum agẽtem & facientem:principiũ eſſe pro-
priorum operum,& poteſtate,arbitrioq; liberum.Sin autẽ nullius prin-
cipium actionis eſt homo:ſuperflue id habet vt conſultet.Nam ad quid
vtitur conſilio: ſi nullius ſit actionis dominus? Omne enim conſilium:
actionis alicuius gratia eſt. Atqui optimũ & honorabiliſſimũ eorũ quæ
in homine ſunt,aſſerere ſuperfluum: abſurdiſſimũ profecto fuerit.hæc
ibi. Videmus igitur toti ſacræ ſcripturæ & catholicis doctoribus (quos
hic amplius citare:ſuperuacaneum foret)aduerſari impiam hãc aſſertio-
nem,quæ ſuſtollit homini arbitrij libertatem. ¶Sed & toti philoſophię 15
morali:eadem repugnare etiam dinoſcitur. Nempe Ariſtoteles in tertij
Ariſtoteles. libri Ethicorum capite tertio, de cõſultatione determinationem pertra-
ctans:perhibet eam neq; neceſſariorum eſſe, q̃ illa aliter euenire nõ poſ-
ſint.neq; impoſſibilium: q̃ haudquaq̃ hæc poſſint accidere.ſed contin-
gentium & futurorum, quæ accidere quidem poſſunt: ſed incertum eſt
quo pacto ſunt euentura.Ipſius autem verba:ſunt hæc.Cõſultamus au-
tem de ijs rebus agendis:quæ in noſtra ſunt poteſtate. Et paucis interie-
ctis ſubnectit.Hominũ autem quiſq; de ijs conſultat:quę agi per ipſum
poſſunt. Et rurſum paulo poſt. Conſultatio autem in ijs verſatur,quæ
plærũq; quidem fieri poſſunt:incerta tamen ſunt, quonam euenient pa-
cto,& in quibus eſt indeterminatio.hæc ibi. At ſi ineuitabilis neceſſitas
indicta eſt humanis operibus,vt aliter euenire nõ poſſint:neq; incertum
eſt quicq̃ neq; indeterminatũ in illis,quo modo euenire debeãt, ſed om-
nino definitum.Neq; igitur conſilio neq; electioni in illis eſt locus:con-
tra Ariſtotelis ſententiã,& totam philoſophiæ moralis determinationẽ.
¶In quinto vero eiuſdẽ tertij libri Ethicorũ capite: idem philoſophus 16
oſtendit hominẽ eſſe principium,cauſamq; effectricẽ, & authorẽ ſuorũ
actuũ ad mores ſpectantiũ,illoſq; in ipſius agentis poteſtate eſſe cõſtitu-

tos.vt ipſos faciat ſi velit:& ſi nolit,prætermittat,ſiue boni ſint actus il-
li:ſiue mali. Poſt quam deductionẽ:hanc ſubnectit dictorum cõproba-
tionem.Hæc ita eſſe:teſtes ſunt & priuatim ſinguli homines, & ipſi le- Ariſtoteles.
gumlatores.Nam eos quidem qui praua faciunt(ſi modo non vi,nec ob
ignorationem eam cuius ipſi nõ fuerint cauſa:illa agant)caſtigant,ac pu
niunt.ijs autem qui honeſta agunt:honores inſtituunt,vt homines par-
tim hortẽtur:partim prohibeant.Atqui ad ea agenda quæ nec in noſtra
ſunt poteſtate,nec noſtra ſpõte efficiũtur:nemo prorſus hortatur.quip
pe cum vanum ſit,perſuaſum eſſe cuipiam:non calere aut nõ dolere,aut
non eſurire,aut quiduis aliud tale.nã nihilo minus hæc ipſa patietur.hæc
Ariſtoteles.quæ dilucide produnt:hominẽ eſſe dominũ ſuorum actuũ,
17 & libertate arbitrij potiri. ¶Et reuera tacentibus linguis,quotidiana ex-
perientia hoc ipſum quod aſtruere molimur: re ipſa ſatis prodit. Vide-
mus enim ſicui ab amico porrigatur poculũ vt bibat:in ipſo ſitum eſſe,
aut ſumere porrectũ poculum,aut recuſare. Et cum quis ab alio inuita-
tur ad eũdum aliquo:collocatum eſſe quotidie cernimus in illius qui ro-
gatur arbitrio,aut ambulare cum illo,aut denegare ei comitatum,& per-
manere in quiete.Quinimmo & bruta animalia:veſtigium quoddã hu-
manæ libertatis gerunt,impreſſum in appetitu ſenſitiuo.quo oblatũ ſibi
cibum interdum quidem ſumunt:cum ſcilicet eſuriunt. interdum vero
reſpuunt:vtputa quãdo ſaturata ſunt.Et nunc huc nũc illuc(prout mo-
uentur a ſuo appetitu)progreſſione lenta,aut curſu feruntur. Quocirca
qui libertatẽ arbitrij adimũt homini, ipſumq; ſubigũt duræ cuidã & in-
exorabili neceſſitati:deijciunt hominẽ infra brutorum conditionem, nõ
ſubiectorũ huic immutabili inflexibilitati.ipſumq; brutis dignitate cõſti
tuunt inferiorẽ:qui tamẽ a deo cõſtitutus eſt,vt cæteris omnibus animã- Gene.i.
tibus dominetur.Sed quid illo abſurdius aut indignius dari queat:vel ir-
18 rationabilius? ¶Cæterũ quid multis moramur:& ſermonem in lõgum
protrahimus? cũ aſſertio hęc peſtifera,ponẽs neceſſitate indeuincibili ho
mines ad bene aut male agẽdũ cõſtringi,nec libero pręditos eſſe arbitrio:
longo ante tẽpore dãnata ſit in ſacroſancto cõcilio Conſtãtienſi. quãdo Conciliũ Con
in octaua eius ſeſſione condẽnati ſunt quinq; & quadraginta articuli Io- ſtantienſe.
annis Viclefi:perditiſſimi hęretici.inter quos:viceſimuſſeptimus,eſt hu-
iuſmodi. Omnia:de neceſſitate abſoluta veniunt.Ex quo cõſequens eſt Viclefus.
protinus:hominẽ eſſe deſtitutũ libertate arbitrij. Tũc profecto & in Vi
clefo,dãnatus eſt Lutherus:impius eius cõſectator,& pariter dãnati ſunt
omnes:qui cũ Luthero,impietati Viclefianę cõſentiũt.Inſuper negare li
berũ hominis arbitriũ:error fuit Manichęi,& philoſophorũ dicẽtiũ om-
nia regi fato, inflexibiliq; neceſſitatis lege. Fuit & error Bardeſanitarũ:

Bardesanes. a quodam,cui nomen erat Bardesanes,denominatorũ(vt testantur Augustinus & Eusebius Cęsariensis)& hominem fato subijcientium. Cæterum nunc adducendæ sunt & dissoluendæ aduersariorũ obiectiones.

Hiere.10. ¶Primũ quidem afferunt illud Hieremiæ decimo capite verbum. Scio 1
domine,quia non est hominis,via eius:nec viri est vt ambulet,& dirigat gressus suos. Quo sane dicto vult designare(inquiunt)propheta,ꝙ non est in potestate hominis cõstitutum:ꝙ ambulet per viam mandatorum domini,& dirigat opera sua in bonum. Non est igitur in homine libertas bene agendi:vel perperam. ¶Responsio. Non assignant aduersarij in hac obiectione, integram & rectam verbi illius prophetici intelligentiam:quoniam prætermittunt in sua expositione vnam cõditionem necessariam,& ex mente prophetę adijciendam. vtpote hanc. si per dei gratiam nõ adiuuetur homo:& per eius auxilium. vt hic habeatur verus &
Nicolaus Lyranus. integer eorum verborũ sensus:teste Nicolao Lyrano. Non est in potestate hominis, recte ambulare in via iustitiæ : nisi per te domine dirigatur. Nunq̃ autem deus homini deest,aut suum denegat auxilium: istam directionem ab eo debite petenti. Idcirco orãdum est assidue:cum pro-
Psalmo.5. pheta in psalmo. Dirige domine deus meus: in cõspectu tuo viam meã. Qꝛ siquis negligens fuerit & incurius ad petẽdum istud directionis auxilium,aut non recte illud petiuerit : imputet suæ negligentiæ & culpæ, si non rite incedat in via domini , & non id ascribat absolutæ necessitati ad malum. ¶Secundo,sic instant. Apud Ioannem:Christus discipulis 2
Ioannis.15. suis dixisse legitur. *Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite:sic nec vos,nisi in me manseritis:quia sine me,nihil potestis facere.* Ex quo verbo planum est : hominẽ nihil boni agere posse,quodꝙ sit deo acceptum, nisi diuino sit adiutus auxilio . Atqui tale auxilium diuinum,non subest arbitrio hominis aut volũtati:vt pro suo nutu illud habeat. Igitur neꝙ effectus illud consequens(scilicet bona actio & meritoria)est positus in hominis potestate. ¶Respõsio. Non subest diuinum quidem auxilium arbitrio hominis:tanq̃ habẽtis authoritatem super illud & dominatum, aut facultatem quibusuis pro suo nutu distribuendi . sed ea ratione dicitur humanæ subesse facultati , siue voluntati : quia semper diuinum opitulamen præsto est homini ad bene operandum, quandiu libertate potitur , & hic vitam agit . Et quia potest homo si vult, illud a deo expetere. & vbi recte id postulauerit : haud dubie obtinebit . secundum illud beati Iacobi verbum : in sua epistola canonica.
Iacobi.1. *Siquis indiget sapientia , postulet a deo qui dat omnibus affluenter , & non improperat:& dabitur ei.* Quod enim ibidem de sapiẽtia postulanda dicitur : consimiliter & de alijs dei charismatibus,donisꝙ gratiarum,

intelligitur,ꝙ ea postulemus a deo (si illis indigeamus) firma fide, & pia mente:& nobis ab eo dabuntur. Sin autem paratum nobis semper diuinum auxilium oscitanter negligimus,eoꝙ ad recte operandum vti prætermittimus,& exinde oberramus a via iustitiæ & veritatis:nunquid huiusmodi error in via morum,ascribẽdus est duræ cuidam necessitati, aut destitutioni liberi arbitrij ? Nequaq̃: sed soli inertiæ nostræ & pigritiæ,
3 qui oblatam nobis vltro diuinam opem nõ amplectimur. ¶Tertio,ita insistunt. Beatus Paulus in epistolæ suæ ad Romanos capite nono,dicit Roma.9.
ꝙ non est volentis,nec currẽtis:sed dei miserentis. Et ꝙ deus cui vult miseretur:& quem vult indurat . Adducitꝙ illud domini verbũ:ad Moysem. Miserebor cui voluero:& clemens ero in quem mihi placuerit. Ex quibus colligit: ex volũtate dei pendere nostram salutem,aut damnationem. At voluntati dei resistere potest nemo: vt ibidem etiam dicit apo- Ibidem.
stolus. Ergo adẽpta prorsus est homini libertas voluntatis,qua bene agat aut male:sed sola necessitate impellitur ad opus,illi a deo indicta. ¶Responsio. Eo in loco apostolus loquitur potissimũ de voluntate prædestinationis aut reprobationis diuinę:qua electos prẽordinat ad vitam,& reprobos præuidet æterno addicendos supplicio . Quæ quidẽ prædestinatio aut reprobatio (præsertim negatiua : qua reprobos non ordinat ipse deus ad gloriã)non ex humanis actibus:sed ex mera & sola pendet diuina volũtate,& abysso iudiciorum dei. Verũtamen ea nullam ingerit necessitatem operibus nostris : neꝙ adimit nobis, quæcunꝙ velimus libere agendi facultatẽ. cum & electi & reprobi hic libere agant omnia:nec eis diuina ad bene agẽdum desint præsidia. Nempe non solũ petentibus sua largitur munera deus:sed etiã interiore impulsu & inspiratione nos assidue admonet,vt vltro se nobis offerentem ipsum suscipiamus,intra cordis nostri domicilium:& munera nobis,gratuita sua bonitate oblata,nõ refutemus. Ecce(inquit)sto ad ostium:& pulso. Siquis audierit vocem Apoca.3.
meam,& aperuerit mihi ianuam: intrabo ad illum,& cœnabo cum illo, & ille mecum . Nostræ igitur id attribuendum est culpæ: ꝙ pulsanti ad ostium cordis nostri deo,ianuam nõ aperiamus. Interior autẽ huiusmo-
4 di dei pulsatio:nec bonis nec malis deest,dum hic viuunt. ¶Quarto,sic insurgunt. Vocat deus interiore quodam impulsu, & plærũqꝙ exteriore: quos vult,ad pœnitentiam & ad viam iustitiæ,& quodã modo eos ad se trahit. Huiusmodi autem diuinę vocationi,aut tractui supernæ virtutis: nõ potest humana vis resistere. Quomodo enim exigua hominis facultas & infirma:immẽsę dei potestati obluctari queat? Per huiusmodi igitur vocationem,necessario adiguntur homines ad bene agẽdum:nec aliter possunt sic vocati & tracti agere. Et ita destituti sunt vsu liberi arbi-

trij:& facultate. ¶Responsio. Vocat & trahit deus ad se homines,non vim inferendo voluntati,nec eam cogendo:sed ipsam hortando,incitando ad bonum. Quam hortationem & tractum sequi possunt qui vocantur,si velint:obediendo deo vocanti & trahenti.aut aspernari eam & reijcere:si voluerint,obsepiendo aures cordis & obnitẽdo diuino tractui. Siquidẽ id exprobrat Christus Iudæis, ꝙ vocãtem ipsum audire noluerint:hoc modo. Hierusalẽ,Hierusalẽ,quæ occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te missi sunt:quotiens volui congregare filios tuos,sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas suas:& noluisti? Et fortissimus dei athleta Stephanus, idipsum etiam Iudæis improperat : cum ait. Dura ceruice & incircuncisi cordibus,vos semper restitistis spiritui sancto: sicut & patres vestri. Deniq; apostolus ad Thessalonicenses scribens:ita eos admonet. Spiritum nolite extinguere. Ex quibus locis scripturæ & consimilibus,clarum est:vocationem dei & tractionem, neutiq̃ repugnare libertati voluntatis,neq; eam impedire. ¶Quinto,hac nos premunt argutia. Christus apud Ioannem sexto capite dicit. Nemo potest venire ad me:nisi pater meus qui misit me,traxerit eum. At non est in nostra potestate situm: ꝙ trahamur a deo patre. Quos enim vult,trahit:& quos vult,dimittit non tractos. Ergo non est in nostra facultate:ꝙ veniamus ad Christum,per fidem & bonorum operum exercitium. Q̃z si traxerit nos pater cælestis:non possumus trahentem non sequi,quia fortior nobis est & valentior viribus. Est igitur nobis indicta bene & male agendi necessitas:& sublata in vtrãq; partẽ libera voluntatis potestas. ¶Responsio. Non est illud recipiendum:ꝙ non sit in nostra collocatum potestate,ꝙ trahamur a deo. Quippe si nos ipsos præparamus diuinæ gratiæ recipiendæ:id faciẽdo quod in nobis est,per donorũ naturalium prę-sidium,animũq; ad deũ cõuertendo:per huiusmodi præuiã dispositionẽ (quam quisq;,qui sibi deesse non vult:facere potest)reddimur idonei & apti,vt trahamur a deo. qui suapte natura,& immensa bonitate : ad hoc ipsum vt nos trahat,est propẽsissimus. Potest itaq; quisq;(si vult)procurare:ꝙ a deo trahatur. Potest etiã qui trahitur,cõtranitendo huic diuinæ attractioni, nõ sequi eam. quoniã ea ipsa,viriũ nixu non fit,nec violẽtia: sed interiore quodã & spirituali impulsu, incitante volũtatem ad bonũ: sed nõ ingerente illi aliquã vim, aut violẽtam necessitatem. Vnde æterna dei sapientia,prouerbiorũ primo capite,acerba increpatione eos insectatur,qui eam trahentẽ sequi noluerint. in hunc modũ. Quia vocaui & renuistis:extendi manum meam,& nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meũ:& increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo:& subsannabo,cũ vobis id quod timebatis,aduenerit.

Matth.23.

Actuum.7.

1.Thessa.5.

Ioannis.6.

Prouerb.1.

Hæc ibi,& reliqua:in eandem subsequẽtia sententiã. Quæ dilucide prõdũt:plerosq; deũ trahentẽ extendentẽq; manum suã aspernari,recusareq;
6 tractũ eius. ¶Sexto,hanc texũt ratiocinationem. Prædestinatio dei, qua electos ad gloriam cęlestẽ assumendos præordinauit:infallibilis est & indemutabilis.eo quidem pacto:ꝙ prædestinati omnes,salutẽ cõsequentur æternã,& nemo eorum detrudetur in barathrũ damnationis. Deo enim (vt ait ecclesiasticus)anteq̃ crearẽtur:omnia sunt agnita. Et casta Susanna:in sua oratione vere clamauit ad dominũ. Deus ęterne,qui absco̅ditorum es cognitor:qui omnia nosti,anteq̃ fiãt. Huiusmodi igitur dei prę-scientia,quã ab æterno habuit,cũ circa omnia futura,tum circa electos in hæreditatẽ æternæ salutis ascisce̅dos:eam imponit rebus necessitatem,vt aliter q̃ præuisæ sint,euenire nõ possint. & prædestinati nõ queãt in peccatũ decumbere:in quo ad finẽ vsq; vitæ persistant,& moriantur. Quare illis imposita est quædam necessitas recte viuendi,& adempta libertas declinandi ad malum. ¶Respõsio. Illud sine hæsitatione confitendum: ꝙ præsciẽtia dei & prædestinatio,omnino apud ipsum certa est & infallibilis,& quæcũq; ab ipso præcognita sunt & præordinata: ita vt præuisa sunt,euenient. Veruntamen & illud adijciendum est,cũ magna cautione: ꝙ neq; præscientia dei præiudicat rerũ inferiorũ contingentiæ, neq; prædestinatio derogat libertati volũtatis. Nempe quemadmodum præuidit deus finem ipsum & exitum prædestinatorũ,scilicet æternã salutem : ita & ab æterno pręcognouit media,quibus ad eum perueniãt finem. vtpote bona opera & meritoria:quę spõte sua facturi erant,& in quibus ipso quidem adiutore,ad finem vsq; sint perseueraturi. Idcirco quãuis aliquis se prædestinatũ esse,certo cognosceret : nõ tamẽ deberet cessare ab operibus iustitiæ,& bonorũ operum exercitio:quibus sua prędestinatio rata foret & stabilita. Quod & beatus Petrus,in secunda sua epistola canonica faciẽdum admonet:dicens. Quapropter fratres magis satagite:vt per bona opera,certam vestram vocationem & electionem faciatis. Et Paulus vas electionis,q̃uis diuina reuelatione cognosceret se esse scriptum in libro vitæ(sicut ex his eius verbis,in secunda ad Timothęũ epistola:innotescit. liberauit me dominus ab omni opere malo:& saluum faciet in regnum suũ cæleste) attamen a castigatione sui corporis & bonorũ operũ exercitio nõ idcirco destitit. quẽadmodum in prima ad Corinthios epistola:de se scribit. Castigo (inquit) corpus meũ & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Quid ergo facere debent alij,etiã libro vitæ inscripti: de hoc ipso tamen incerti & nescij? Nonne quotidiana laborare instantia,vt fructu bonorũ operum suã confirment electionẽ:& illud exhibeant medium,quo talem finẽ conse-

Eccli.23.

Danielis.13.

2.Petri.1.

2.Timo.4.

1.Corinth.9.

quantur? ¶Septimo, & hac nos vrgẽt obiectione. Reproborũ dãnatio: 7
a deo præuisa est & præcognita, etiã ante mũdi cõstitutionẽ, & sicut præ-
uisa est: ita procul dubio eueniet. Quicquid ergo egerint boni operis in
vita sua tales reprobi: nõ possunt mutare illã dei præcognitionẽ neq; rei
cognitæ euentũ, nec euadere damnationẽ æternã. Est igitur illis imposita
necessitas male agendi, & in malitia sua ad finẽ vsq; vitæ perseuerãdi: ne
fallatur dei præcognitio. Quare tales carẽt libertate arbitrij: & facultate
bene agendi. ¶Respõsio. Cõsimili modo sicut præcedẽs: hæc cauillatio
est dissoluenda. dicendũq;: ipsam reprobationem, nullã prorsus ingerere
necessitatem reprobis. sed eos manere omnino liberos ad bene aut praue
agendũ: haud minus q̃ sunt electi. Neq; eos dãnationi addicit illa dei re-
probatio, siue præcognitio mortis æternæ quã incurrent: sed perpetratio
spõtanea atq; volũtaria malorũ operũ, in quibus sine fructu pœnitentiæ
moriẽtur. Et hæc ipsa opera iniqua deus reprobãs non minus pręcogno
scit, tanq̃ media quædã quibus decidẽt in gehẽnam: q̃ æternã eorũ & in-
terminã damnationẽ. Sũt igitur ipsi, tota & præcipua causa suæ cõdem-
nationis: nõ deus reprobãs. & ipsi etiã sponte sua currunt in mortẽ æter
nam: nõ adacti a deo. Quinimmo deus ipse plurima illis præsidia salutis
ipsorũ nõ desinit subministrare: nũc interiores monitiones, nũc exterio-
res, nũc prosperitatẽ, nũc aduersitatẽ. vt hisce beneficijs & interdũ ærũ-
Ioannis.8. nis: resipiscãt a malo. Quẽadmodũ scribis & Pharisæis (quibus tamẽ di-
xerat: in peccatis vestris moriemini) nõ cessauit Christus beneficia doctri
næ & signorũ impẽdere. Verũ ipsi reprobi, quos patientia dei sic ad pœ-
nitẽtiã adducere studet: secundũ duritiã suã & impœnitens cor suũ, the-
Roma.3. sauizãt sibi irã (vt ait Paulus ad Romanos) in die irę & reuelationis Iesu
Christi. Itaq; reprobi omnes, libertatẽ quidẽ habẽt arbitrij: sed eã sponte
sua detorquẽt ad malũ. ¶Postremo, & hanc nectũt, opponũtq; rationẽ. 8
Gala.5. Apostolus ad Galatas scribẽs: ait. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ: & spi
ritus aduersus carnẽ. Hæc enim sibi inuicẽ aduersantur: vt nõ quæcunq;
Iob.41. vultis, illa faciatis. Et Iob de ipso leuiathan & satana loquẽs: ait. q̃ nõ est
potestas super terrã: quæ cõparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.
1.Corinth.10 Deniq; beatus Paulus ad Corinthios inquit. Fidelis est deus, qui nõ patie
tur vos tentari supra id quod potestis. sed faciet etiã cũ tentatione prouẽ-
tũ: vt possitis sustinere. Ex quibus colligitur (inquiũt) q̃ cõcupiscẽtia car
nis & infestatio dæmonis, tãta potest nobis insurgere: q̃ inuitos & recla
mãtes impellet ad malũ. Tam grauis itidẽ tẽtatio, nos valet impugnare:
q̃ illã (si permittat deus) nõ possimus sustinere. Quo admisso: nõne insu
perabili necessitate detrudimur ad malũ perpetrãdũ? & per hęc tria præ-
dicta: nõne tunc adimitur nobis libertas agendi? ¶Responsio. Cõcupi-

scẽtia carnis, pellicere quidem nos potest & incitare ad suas illecebras: sed
nõ cogere, nec inuitos compellere. Suggestio etiã dæmonis, inducere nos
illi consentiẽtes potest ad malum: sed nolentes & contranitentes, ad id nõ
potest adigere. Deniq; tentatio: siue a carne, siue a dęmone, siue a mundo
proficiscatur: suggerere nobis potest prauas operationes, sed pro viribus
obsistẽtes: nequaq̃ obtrudere valet in consensum mali. Omne enim pec-
catum (vt ait beatus Augustinus) vsqueadeo est voluntariũ: vt si nõ fue Augustinus.
rit voluntarium, nõ sit peccatũ. Et horum omniũ: hęc vna est ratio. quia
quantũcunq; grauis sit tẽtatio carnis, mundi, & dæmonis: eã etsi nõ pro-
pria virtute, tamen diuino auxilio (quod semper est paratum: volentibus
illud capessere) superare & euincere possumus. Si enim deus pro nobis: Roma.8.
quis contra nos? Hinc in oratione dominica assidue iubemur orare deũ,
patrem nostrũ. Et ne nos inducas in tentationẽ. id est non permittas nos Matthæi.6.
induci in cõsensum eius mali: quod per tentationẽ nobis suggeritur. neq;
sinas nos vinci ab ipsa tẽtatione: cũ nos adoritur. Cæterum siquis tenta-
tione graui carnis aut dæmonis agitatus, nõ fuerit sedulus nec solicitus ad
amplectendũ dei adiutoriũ: quo illam deuincat, & idcirco succumbat, aut
cedat tentationi: id nõ insuperabili ascribat necessitati, aut immunitati li-
bertatis arbitrij, sed suæ tantum ignauiæ: qua negligens fuit ad assumen-
da salutis arma, opemq; diuinã capessendam. Qua destitutus: nõ per coa-
ctionem aut violentiam, sed sciens ac volens, liberaq; volũtate: dedit ma-
nus victas tentationi.

¶Concilia euangelica & præcepta dei: multum inter se di-
stare. Cap. XXIIII.

Rapida quadam spiritus vertigine agi videtur Luthe-
rus: cum in libro suo de votis monasticis, prauorum
dogmatum refertissimo, dicit omnia quæ in euange-
lio continentur: vniuersaliter esse præcepta, & nulla
cõsilia. immo quæ ab alijs consilia dicuntur: vere esse
præcepta, & ad illa: omnes indiscriminatim obstrin-
gi. Nam cum in alijs prauis suis assertionibus laxet habenas voluptati-
bus & cõcupiscentijs carnis: repudians obligationẽ ad ieiunia, & delectũ
ciborum, permittẽs unptias sacerdotibus & religiosis. vota itidem mona
stica in perpetuũ vitæ tempus condemnans: omnemq; disciplinam eccle-
siasticam molli ac remissa quadam laxitate soluẽs & eneruãs, in hoc vno
asserto, opposita prorsus gradiens via, & raptus inconstãtiæ ac instabili-
tatis vento: vsqueadeo cõstringit habenas Christianæ obseruãtiæ, & tam
arctam augustamq; facit viã quæ ducit ad vitam æternã: vt nullum pror-
sus constituat discrimen inter præcepta diuina, & consilia euangelica, sed

astruat cõsilia omnia, esse præcepta: omnesq; fidei Christiane charactere insignitos, ad ipsorum cõsiliorum obseruationẽ sine vllo discrimine aut discerniculo cõstringi. Contra hanc itaq; perniciosam doctrinã, inijcientẽ laqueos & pedicas cõscientijs timoratis, ad eas vano terrore cõcutiendas: hæc opponitur veritas catholica, ab omnibus indubitato tenenda.

Inter præcepta dei & consilia euangelica, lata est discrepantia. neq; omnia quæ in euangelijs continentur: vt præcepta debent haberi.

¶ Quæ primũ dilucide comprobatur: ex propria cõditione, naturaq; tũ 1
præceptorũ, tum consiliorũ. Siquidem præcepta ipsa, annexã secum habent vim obligatoriã: qua seruãtibus ea designatur præmiũ: & præuaricãtibus illa, constituitur a deo debeturq; pœna, pro illa trãsgressione. Cõsilia vero, nõ habent sibi coniunctã illam obligãdi arctitudinẽ: quoniam neminẽ constringunt vinculo obligatorio, ad eorũ obseruantiã. sed relinquũtur voluntati & arbitrio volentiũ ea amplecti: ea quidẽ lege, vt capessentibus ea adaugeant præmiũ coram deo. sed prætermittentibus illa: nõ adijciant pœnã neq; offensam. Neq; enim reprehendendus est quispiam, aut puniendus a deo: q; cõsilia euangelica non sit amplexatus. Est igitur inter præcepta dei & cõsilia euangelica: latũ discrimen. ¶ Quod & ipse 2
diuinus apostolus plane insinuat: cũ in primæ epistolæ ad Corinthios ca
1. Corinth. 7 pite septimo, dicit. De virginibus autẽ: præceptũ domini nõ habeo. consiliũ autẽ do: tanq; misericordiã cõsecutus. Vbi virginitatis obseruantiã, testatur a domino non esse præceptam: eandem tamen ab ipso suaderi & consuli, vt a fidelibus (qui id a deo acceperũt donum: vt possint contine
re) custodiatur illibata, atq; illabefacta. Tale autẽ consiliũ de seruanda cõ-
Matth. 19. tinẽtia, etiam a Christo traditur in euãgelio: cũ loquitur de eunuchis, qui se castrant propter regnum dei. Nõ igitur consilia, sunt præcepta: nec ea duo eandem subeunt rationem, sed magno abinuicẽ discrimine distant.

¶ Præterea. de obseruando perpetuo cælibatu loquens dominus noster 3
in euãgelio: submittit id ipsum arbitrio volentiũ amplecti id vitæ institu-
Matth. 19. tum, dicẽs. Qui potest capere: capiat. Quod verbũ, per modum consilij dictũ, siquis intelligat præceptorie prolatũ, cõtendatq; dominũ eo verbo præcepisse singulis obseruantiã cõtinentiæ: diuini illius mãdati transgressores essent omnes tã viri q̃ fœminę, qui se alligarẽt vinculo cõiugali. Et nõ posset vir quispiã ducere vxorẽ, nec mulier nubere viro: nisi cũ transgressione diuini præcepti. Sed quid illo dederis absurdius? ¶ Adde q; san 4
ctũ & honorabile matrimonij sacramentum: in euangelio multifariã est
Ioannis. 2. approbatũ. quoniam & dominus noster inuitatus ad nuptias, dignatus est eas sua præsentia decorare: & primitijs suorum signorũ (conuersione scilicet aquæ in vinũ) benigniter easdem illustrare. Pulsatus itidem quæ-

stione importuna scribarũ & pharisæorum: indissolubilitatẽ eiusdem sa
cramenti his verbis expressit. Quod deus cõiunxit: homo non separet. Matth. 19.
In ipso autẽ matrimonij statu, non obseruatur perpetuæ continẽtiæ consiliũ: a Christo etiã in euangelio (vt dictũ iam est) expressum. Non ergo consilia eo cõstringunt hominẽ vinculo, quo præcepta: sed citra culpam ac dei offensam possunt prætermitti. Nõ sunt igitur eiusdem rationis ac conditionis: consilia & præcepta. Cæterũ q̃uis hæ tres rationes nõ videãtur militare contra Lutherũ secundum suã opinionẽ: qua ponit cõtinentiam a domino & eius apostolo Paulo non suaderi aut cõsuli sed potius dissuaderi, & ita ipsam non esse de consilio: sicut nec de præcepto. Militãt tamen e directo secundum veritatẽ: contra eundẽ. Nam ita se habet rei veritas, q; continẽtia ipsa a Christo & Paulo consulitur: & est de numero consiliorũ euangelicorũ. neq; ab ea deterrẽtur homines per verba euangelij & epistolarũ Pauli: sed potius ad eã amplectendam inducũtur. Atqui Lutherus astruit: omnia consilia esse præcepta. Cogitur igitur ad-
5 mittere, continentiã contineri sub præcepto. ¶ Insuper, in euãgelio Chri
stus adolescenti diuiti, & inquirenti quid faciendo vitã æternã consequeretur: demum respondit. Si vis perfectus esse: vade & vende omnia quæ Matthæi. 19.
habes, & da pauperibus, & sequere me. Quod quidem consiliũ assequendæ perfectionis, siquis cũ Luthero contendat esse dei præceptum: illius certe præcepti trãsgressores essent omnes fideles, quãtunuis pio in deum animo affecti: qui possessiones haberẽt in seculo & diuitias, domos, prædia, vineas & segetes. quãdoquidem omnes sine discrimine obligarẽtur ad obseruandã paupertatis illius euangelicæ arctitudinẽ: tanq; præceptã a Christo. Hoc autẽ asserere, non modo erroneũ est: sed & absurdum &
6 scãdalosum. ¶ Adde, q; in euãgelio legimus Christũ dixisse. Facite vobis Lucæ. 16.
amicos de mãmona iniquitatis: vt cũ defeceritis, recipiãt vos in ęterna tabernacula. Et rursũ alio in loco. Verũtamen quod superest, date elemosy Lucæ. 11.
nã: & ecce omnia mũda sunt vobis. Et in alijs plerisq; locis: ad elemosynę erogationẽ salubriter nos Christus inuitat. At si vẽdere omnia quę habemus & dare pauperibus, vt Christũ sequamur, sit præceptũ & non cõsiliũ: æque omnes constringit, & vinculo alligat obligatorio. Eo igitur expleto præcepto: quid cuiq; supererit ad futurã elemosynam in pauperes erogandam? Erunt certe tunc omnes pauperes, cũ omnia vendiderint & erogauerint sua: magisq; indigẽtes vt aliorũ subleuentur stipe, q̃ alijs elargiantur subsidium vitæ. At quorũ tunc stipe subleuabuntur: qui pauperes erunt? cũ futura sit in omnibus, admissa aduersariorũ hypotesi, æqua paupertatis cõditio. Hęc sane, & multo absurdiora: hãc sequuntur asser-
7 tionẽ. ¶ Rursus, in euangelio legitur dominus dixisse. Nolite iurare neq; Matthæi. 5.

per cælum,neq; per terrã:neq; per aliud quodcunq; iuramentum. Quod
quidem verbũ,si tanq̃ præceptũ sit semper & vbiq; districte obseruãdũ:
Psalmo.14. quomodo diuinus psaltes eũ perhibet in tabernaculo domini habitaturũ,
qui iurat proximo suo & nõ decipit? An & transgressores diuini mãda-
ti:locum obtinẽt in monte sancto dei? Quo pacto etiã,alio in loco dicit
Psalmo.62. idem psalmographus. Rex vero lætabitur in deo,laudabũtur omnes qui
iurant in eo? cũ ob diuini pręcepti præuaricationẽ,nemo debeat laudibus
affici:sed potius vituperari. Nõ est igitur illud Christi verbũ:loco præce
pti habendum. ¶ Huic accedit,q; si dicatur omne iuramentũ sine aliqua 8
exceptione esse prohibitum a deo,per prædictã sententiam euangelicam:
nõ licebit tunc iudici exigere iuramentũ ab aliquo in iudicio,vt dicat ve-
ritatẽ de ijs super quibus interrogabitur. Neq; etiã poterit is a quo iudex
exposcit tale iuramentũ:illud præstare. Insuper non poterit quispiã rece
ptus in aliquã societatẽ ecclesiasticã aut ciuilem,præstare iuramẽtum: q;
seruabit laudabiles consuetudines,iura ac leges illius cõmunitatis. Quin-
immo nec principes Christiani poterũt inita fœdera pacis,& contractus
mutuos super re honesta & vtili:firmare iuramento. Hæc autẽ omnia,
Matthæi.5. nõ modo erronea sunt:sed & absurdissima. ¶ Ad hęc. In euãgelio apud 9
Ioannis.18. Matthæũ dicit Christus. Siquis te percusserit in vnam maxillam: præbe
ei & alteram. Quod si pro diuino præcepto est tenendũ:illius certe trãs-
gressor fuisset Christus, cũ percussus a seruo pontificis non alteram exhi
buit illi maxillã percutiendã:sed moderate illũ de iniusta percussione re-
prehendit. Fuisset & beatus Paulus eiusdem præuaricator mandati:cum
Actuum.23. percussus in faciẽ iussu Ananiæ principis sacerdotũ, non alterã porrexit
maxillã cędendam:sed illũ acriter de iniqua illa iussione increpauit. Quis
autẽ sanæ mentis & pię:dixerit Christum & Paulum fuisse tunc peccato
obnoxios? ¶ Demũ apud Lucã sexto capite hęc scribũtur Christi verba. 10
Lucæ.6. Ab eo qui aufert tibi vestimentũ:etiã tunicã noli prohibere. Quæ si in-
telligantur esse præceptoria, & nos constringere obligatione præcepti:
quantis tunc vitijs aperietur fenestra, & dabitur ansa rapinis, violentiæ,
& iniquitatibus? Fierent enim (si ad vnguẽ,vt sonat litera:illud obserue-
tur, tanq̃ dei præceptũ) tunc raptores ipsi audaciores ad aliena rapienda:
cum duplum ex violenta ablatione vnius vestis, se perciperent consequi
vestimentũ. Et cui nõ resisteretur,iniquitas semper incresceret: impuni-
tate scelerũ adaugente peccandi audaciã. Et ita demum rapinis & iniusta
alieni ablatione:turbarentur omnia. Quis autẽ putauerit:Christũ voluis-
se hanc ianuã vitijs aperire? ¶ Apud eũdem etiã euangelistam & eodem 11
Lucæ.6. in loco:habẽtur & hæc Christi verba. Qui aufert quæ tua sunt:ne repe-
tas. Quæ si intelligantur per modum præceptionis dicta: non esset cuiq̃

licitũ,in iudicio & via iuris repetere bona sibi ablata, ab eo qui iniuste ea-
dem abstulit:siue furto,siue rapina,aut alio modo. Igitur quicunq; diem
dicerent iniusto ablatori, & vocarent eũ coram iudice ad sua repetenda:
peccatum incurrerẽt,ob transgressionẽ illius mandati. Quare perperam
cõstituerẽtur in republica Christiana iudices,& prætores ad audiendas ta
lium causarum actiones,dirimendasq; lites: & ad reddendum cuiq; quod
suũ est. Quo admisso:omnis perit iustitia & æquitas apud homines. Sed
quid absurdius dari poterit: q̃ ex diuino præcepto tot sequi incõmoda?
12 ¶ Rursum. Apud beatũ Lucam in eodẽ loco:etiã & hæc scribũtur Chri
sti verba. Mutuũ date:nihil inde sperantes. Quorũ prior pars,si intelliga Lucæ.6.
tur esse obligatoria,tanq̃ diuinum præceptũ:quicũq; recusarent dare mu
tuum petenti,delinquerent: vt mandati dei præuaricatores. Hoc autẽ &
absurdum est:& a vero alienũ. Nempe si is a quo petitur mutuum:certo
cognoscit ipsũ petentẽ male vsurũ mutuo quod petit, aut nõ redditurũ,
cum habuerit facultatẽ:quis illum censuerit perperã agere, si quod ab eo
petitur mutuũ recusauerit:ne præbeat alteri materiã delinquendi, & ex-
13 plendi prauas voluptates suas,& corruẽdi in deterius? ¶ Postremum. Si
illud verbũ Christi apud Matthæum. Ego autẽ dico vobis,non resistere Matth.5.
malo:semper habendum est vt præceptũ,& nunq̃ vt consilium:tunc nõ
esset licitũ cuiq̃ resistere calumniãti,& alteri inferenti iniuriã, siue verbo,
siue facto:etiã cũ moderamine inculpatę tutelæ. Nõ posset etiã tũc prin-
ceps repellere armis alium principem: iniuste inuadentẽ regnum suum.
Quinimmo nec Christiani recte possent bello propellere turchas: qui
coacto agmine conarẽtur inuadere fines & terras Christianorũ. Et ita de-
mũ omnia bella essent illicita:atq; a deo prohibita. Atqui iusta sui ipsius
defensio, & moderata iniurię repulsio:nõ modo iuris est naturalis,sed &
diuini. potissimũ quando prætermissio illius defensionis, esset maiorum
malorũ incẽtiuum:& præstaret improbis deteriora perpetrandi audaciã.
Nõ igitur quæcunq; in euãgelio proponũtur:habenda sunt vt præcepta.
¶ Nunc autẽ,ad proponendas aduersariorum obiectiones:procedendũ.
1 Qui primum hãc mouent cauillationẽ. Quæ in euangelijs dicuntur esse
consilia: explicantur per verbum imperatiui modi, quod ex sua ratione
imperium & iussionẽ designat. vt nolite iurare omnino: nolite resistere Matth.5.
malo,vade & vende omnia quæ habes. & similia. Igitur ex ipso explicã- Matth.19.
di modo:ea omnia insinuantur esse præcepta. ¶ Responsio. Verbũ im-
peratiui modi:non semper designat præceptionẽ & imperationem. Sed
interdum exhortationẽ. vt benedicite angeli domini domino: & in ple- Danielis.3.
risq; alijs scripturæ locis. Interdum:consiliũ maioris boni. Vt si vis perfe Matth.19.
ctus esse: vade & vende omnia quæ habes, & in alijs multis locis: supra

Psalmo.50. adductis. Interdum etiã deprecationẽ & orationẽ. vt miserere mei deus: & in plurimis alijs scripturę locis. Quis enim recte dixerit hominẽ orãtẽ imperare deo: vt eius misereatur? Itaq; multiplex est in varijs locis, imperatiui verbi acceptio: vt etiã norunt grammatici. Neq; ex eo schemate exprimendi cõsilia: colligi potest ea esse præcepta. ¶ Secundo sic instãt. 2
Eadem omnino forma & modo loquendi exprimũtur in euãgelio præcepta: & ea quæ ab alijs dicuntur consilia. vt ex ipso explicandi & hæc & illa, modo: nõ posset quis internoscere discrimen & distinctionem inter ea. quẽadmodũ ex ipso contextu euangelicę lectionis: aperte constat. Sũt igitur illa omnia, habenda tanq; præcepta: secũdum ipsius Christi sententiam. Nam si distinguere illa abinuicẽ voluisset: palam dixisset hæc esse
1. Corinth. 7. præcepta, & illa esse consilia. quẽadmodum apostolus de matrimonio & virginitate loquens: clare ea distinxit, dicẽs. præceptũ domini nõ habeo: consiliũ autẽ do. ¶ Responsio. In aliquibus cõsilijs euãgelicis, expressa satis est consilij nota quæ annectitur, & insinuat ea esse cõsilia, & nõ præce
Matthæi. 19. pta. vt in eo apud Matthæũ loco. Si vis perfectus esse: vade & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Similiter & in eo Christi
Ibidem. verbo: de cælibatu. Non omnes capiunt verbũ istud: sed quibus datũ est. Qui potest capere: capiat. Esto tamen, q̃ huiusmodi nota distinctionis non apponatur passim omnibus cõsilijs: quoniã reliquit Christus illam distinctionẽ consiliorũ a præceptis, clarius postea exprimẽdam per apostolos & eorũ successores, magisterio spiritus sancti: nunquid idcirco eadẽ omnino sunt præcepta & cõsilia, sine aliquo inter ea discrimine? Certe id vnũ sufficit inter ea discerniculum: q̃ præcepta dei, omnes obligant ad sui obseruationẽ. & obseruata, præmiũ: neglecta vero, pœnã hominibus promerẽtur. Cõsilia vero, suapte natura nõ sunt obligatoria: & obseruata, adaugent præmiũ. At si nõ obseruentur: nullum inducunt reatum nec pœnã. ¶ Tertio, ita insurgunt. Quę ab alijs consilia dicuntur: edocẽtur a 3
Christo in euãgelio, haud minus q̃ præcepta, & ab ipso vocãtur manda-
Ioannis. 14. ta: cũ ait Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Continentur etiã ea quæ cõsilia vocantur, in euangelio: ad cuius obseruationẽ astringuntur omnes. Igitur talia: sunt vere præcepta. ¶ Responsio. Quę dicuntur cõsilia ab orthodoxis patribus, & etiã sunt: docentur quidem a Christo in euangelio vt cõsilia, & sub illa tantum ratione: non autẽ tanq; præcepta. neq; vnq; in toto euangelij cõtextu: illa vocãtur a Christo prę-cepta, siue mandata. quæ duo: idem prorsus sunt. Vnde in adducto euangelij loco, Christus nomine mãdatorum: sola intelligit præcepta, & non cõsilia. Continẽtur itidem ipsa cõsilia in euãgelio: vt cõsilia quidem, nõ autẽ vt præcepta. Et ad euãgelij obseruationẽ obligantur omnes fideles:

quantum ad ea quæ in ipso continentur vt præcepta. non autem quantũ ad omnia & singula: particulatim in euangelio comprehensa. quoniam non ad ea cõstringuntur agenda: quæ in ipso collocantur & habẽtur tan
4 tummodo vt consilia, & secundum eam rationem. ¶ Quarto, sic instãt. Facientibus ea quæ vulgo consilia dicũtur, Christus in euangelio promisit præmiũ: sicut & præceptorum diuinorum obseruatoribus. E diuerso & pœnam cõminatus est dominus ijs, qui euãgelica consilia neglexerint: quemadmodum & mandatorum dei transgressoribus. Idem igitur penitus est iudicium, eademq; censura, de præceptis & consilijs euangelicis: suntq; omnia consilia dei, præcepta. ¶ Respõsio. Admittendũ est, quod primo loco hic assumitur ab aduersarijs: prę̃mia scilicet repromitti a deo ijs, qui consilia euãgelica custodierint. Sicut vendenti omnia quæ habet, Matth. 5.
dantiq; pauperibus, & sequenti se: pollicitus est Christus, q̃ habebit thesaurum in cęlo. Et relinquenti patrem aut matrem, vxorem aut filios, do Ibidem.
mum aut agros propter nomen suum: promisit in euangelio ipse bonorum omnium retributor, q̃ centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Refutandum est tamen: quod in præsenti obiectione, secũdo proponitur loco. quoniam non facientibus ea quæ tanquam consilia proponit Christus: nullam penitus comminatur pœnam. Quippe (vt semel & iterum, iam dictum est) consiliorum prætermissio: non infert cuiq̃, alicuius culpæ reatum. cum non velit deus hominem: sub obligatione, ad illa
5 constringi. ¶ Quinto, hanc nobis intorquent obiectionem. Si ea quæ vulgo consilia dicuntur euangelica, aliquibus hominibus comprobãtur esse præcepta: eadem omnino ratione, & omnibus erũt præcepta. Atqui ijs qui professionem subierunt monasticam: perpetua continentia & abdicatio rerum temporalium sunt præcepta, & ad ea duo tenenda cõstringuntur religiosi. Omnibus igitur hominibus, cuiusuis status & cõditionis: erunt præcepta. Eadem autẽ duo: sunt cõsilia euangelica. Ipsa igitur cõsilia: sunt præcepta. ¶ Respõsio. Nõ oportet id tribuere aduersarijs: quod primo proponunt hic loco. Nam vni hominum conditioni, peculiare aliquid competit: quod non omnibus æque conuenit. Q̃z autem religiosis, duo illa (quæ nominantur) consilia, sint præcepta: non prouenit ex ipsorum natura consiliorum, sed quoniam ad ea duo obseruanda: se voto constrinxerunt. Votorum autem æditorum adimpletio: cadit sub præcepto. quemadmodum siquis obligauerit se voto, ad aliquod ieiunium voluntarium atq; arbitrarium, vt feriæ sextæ singula quaq; hebdomada: diuino iam præcepto obstringitur ad illius obseruationem, propter voti æditionem circa illud factam. Non omnes autem homines obstrinxerunt se voto: ad perpetuã continentiam aut paupertatem mona-

nicam, vt dilucidum est omnibus. Quocirca nõ omnes, consimili ratione qua religiosi, diuino tenentur mandato ad illa duo custodienda: sed multis id liberum relinquitur, vt faciant ea vel omittant. ¶Postremo, 6
hac nos ratione premunt & vrgent. Idem omnino vetatur secũdo decalogi præcepto: & hac dominica sententia. Nolite iurare omnino. vtpote vanum iuramentum, siue irreligiosa & inanis iuratio. Atqui illud secundum domini præceptum, cõstringit omnes vinculo obligatorio: & præceptoria authoritate. Igitur & illa Christi sententia: consimiliter omnes obligat. Et illa eadem sententia, simpliciter iuramentum prohibens: enumeratur ab alijs inter consilia euangelica. Igitur ipsa consilia: sunt præcepta. ¶Responsio. Non est quoquo modo recipiendum: quod hic primum assumitur. Nam secundum domini præceptum, scilicet. Non assumes nomen domini dei tui: in vanum. prohibet vanam & irreligiosam nominis diuini nominationem: in testimonium aut assertionem cuiuspiam rei. siue iuramento fiat illa dei nominatio: siue alio quouis modo. Ea vero Christi verba. Nolite iurare omnino. quæ & repetuntur a beato Iacobo, in quinto capite suæ epistolę canonicæ: quatenus consiliũ continent, & consilij explicant rationem, suadent ab omni abstinẽdum esse iuramẽto: vt remotiores simus & distantiores a periurio. Qui enim nullo pacto iurat: eo ipso tutior est a periurio. quemadmodum qui non loquitur: a mẽdacio semotior est & elõgatior. Vnde constat, ipsum secundum præceptum non eandem omnino sententiam continere: sicut verba Christi supra dicta apud Matthæum, secũdum iam datam intelligentiã. ¶Porro vt manifestius innotescat falsitas assertionis illius erroneæ, damnantis simpliciter & omnino omne iuramentum, in quocũq; etiam casu necessitatis: quam cum cæteris suis prauis dogmatibus disseminant Lutherani, id vnum hic in calce præsentis responsionis operęprecium fuerit adijcere. cp huiusmodi improba assertio: fuit error Catharorum, Valdensium, & pseudoapostolorum: qui damnatur a Clemente quinto, in extrauaganti. gloriosam. Fuit & error Ioãnis Viclefi: condemnatus in concilio Cõstantiensi, sessione octaua. Reprobatur etiam idem pestilens error: ab Innocentio tertio, in epistolis decretalibus, titulo de iureiurando. cap. etsi Christus. quod multa præclara & annotatu dignissima circa hãc iuramenti materiam: complectitur. Improbatur deniq; eadem pestifera doctrina, in concilio Toletano octauo: cap. secundo. vbi etiam licita perhibentur esse iuramenta pro contractibus: in rebus humanis. At vero ad cautelam ex opposito adhibendam, cp non facile ac leuiter fiat iuramentum, & citra necessitatẽ ac rationabilem causam & legitimam: videatur secunda epistola Cornelij papæ & martyris, idipsum edocens.

Exodi.20.
Matth.5.
Exodi.20.
Matth.5.
Iacobi.5.
Hæretici asserentes omne iuramentum esse illicitũ.

¶Fidem sine operibus, ad salutem humanam non sufficere: sed opera bona rectæ fidei coniuncta, etiã requiri. Cap. XXV.

Nter multos ramos virulentos, enascentes ex pestifera radice, euangelicæ (vt vocãt) & Christianæ libertatis: quam horrisona tuba personat Lutherus, hæreticę impietatis hac tempestate dirus buccinator: & hic vnus est admodum noxius, quo asserit fidem solã sine operibus, ipsis adultis ad salutẽ sufficere. quinimmo quantumuis vitiosa & mala quis perpetrarit opera: furtum, homicidiũ, adulteriũ, & cætera id genus, quibus dei mandata fuerit præuaricatus: si syncæram & firmã habuerit fidem in deum, tametsi illorũ prauorum operum nõ ducatur pœnitudine, nec de illis pœnitentiã egerit: perhibet illum Lutherus, virtute & efficacia fidei illius saluum fore, regniq; cælestis futurũ consortẽ. Quæ certe assertio, nõ modo toti sacræ scripturæ, & catholicorum patrum omnium aduersatur sententiæ: sed & perniciosa est toti humano generi, atq; supra modum exitialis. cp homines reddat remissos & elanguidos ad studium bonorum operum: dissolutosq; & inertes ad bene operandum. cũ eos hac falsa & vana lactat ac imbuit fiducia: cp exercitiũ bonæ operationis haudquaq̃ requiratur, & sit necessariũ ad æternam salutem. Ad succidendum itaq;, acuta sanę doctrinæ securi, hũc ramum pestilentem & venenosum: hæc proponitur catholica veritas.

Ad salutem animæ consequendam, nequaq̃ fides sine operibus sufficit: sed simul cum fide recta, & bona opera in adultis sunt necessaria.

1 ¶Quæ, multiplici diuinæ scripturæ testimonio: sic cõprobatur. Primũ quidẽ, quia diuinus psaltes in psalmo decimoquarto: huic interrogationi a se factæ. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? hanc subnectit continuo responsionẽ. Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiã. Vbi operationẽ iustitiæ designat esse viam necessariam & accõmodam: ad habendum regnum cælorum. Sunt igitur opera iusta: ad illud obtinẽdum necessaria. Quod & ex calce eiusdem psalmi constat: vbi enumeratis prius aliquot virtutũ operibus, demũ concludit sermonẽ suum propheta, dicens. Qui facit hæc: nõ mouebitur in æternum. Qui facit, inquit: non, qui credit. Idem quoq; psalmographus, in fine sexagesimi primi psalmi: ad deum, æquissimum pro meritis retributorem verba dirigens, ait. Tu reddes vnicuiq;: iuxta opera sua. Cui verbo cõsonat & hæc Ecclesiastici sentẽtia: decimosexto capite descripta. Omnis misericordia faciet locũ vnicuiq;: secundum meritum operum suorũ. Exposcit igitur deus a nobis: opera bona. cum secũdum illorum quantitatẽ & qualitatem sit iustis retributurus præmiũ, sicut &

Psalmo.14.
Psalmo.61.
Eccli.16.

iuxta prauorũ operum rationẽ ac modum: reddet ijs qui in malo ad finẽ
vſq; vitæ perſtiterint, pœnã. ¶ Præterea. Eccleſiaſtes ad aſſiduitatẽ boni 2
Eccles.9. operis, quemq; fidelium ſolicite exhortatur: in hũc modum. Quodcũq;
facere poteſt manus tua: inſtanter operare. quia nec opus nec ratio, nec ſa
pientia nec ſcientia, erunt apud inferos: quo tu properas. Idem etiam fa-
Eccli.14. cit Eccleſiaſticus: cum ait in decimoquarto capite. Ante obitum tuum
operare iuſtitiam: quoniam nõ eſt apud inferos inuenire cibum. Et con-
ſimilibus huiuſmodi exhortationibus ſcatent pſalmi ſacratiſſimi, liber
Prouerbiorum, Sapientiæ, & cæteri id genus libri ſacri: potiſſimum ten-
dentes ad recte inſtituendos hominum mores. Atqui omnes iſtæ ſaluta-
res exhortationes, inutiles eſſent & irritæ, nulliuſq; fructus & cõmodi: ſi
non obſtringerentur homines ad bonorum operum exhibitionẽ, ſed ſo-
la fide & non coniuncta operibus, ſaluarentur. ¶ Inſuper. Per Eſaiã pro- 3
Eſaiæ.1. phetam dominus ad recte operandum, omnes his verbis inducit. Quie-
ſcite agere peruerſe: diſcite bene facere. Quærite iudicium, ſubuenite op-
Hiere.7. preſſo: iudicate pupillo, defendite viduam. Et per Hieremiã. Bonas faci-
te vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Et pau
lo poſt, in eodem loco. Ambulate in omni via quam mandaui vobis: vt
bene ſit vobis. Quid autẽ eſt ambulare in via domini: niſi mandata eius
obſeruare, & opere complere? Per Ezechielem itidem denunciat domi-
Ezech.18. nus: q; vir ſi iuſtus fuerit, & fecerit iudicium & iuſtitiam: vita viuet. Et
impius ſi ab iniquitate ſua fuerit conuerſus, fecerit q; iudicium & iuſtitiã:
vita viuet & non morietur. Quid autem hæc dei verba deſignãt? nonne
bona opera agi debere, vt quis ſaluus fiat? Et vt paucis agam: omnes libri
prophetici, his ſententijs ad bona opera exhortatorijs ſunt refertiſſimi.
Fruſtra autem & nequicq; fierent huiuſmodi ſalutiferæ exhortationes: ſi
bonis operibus non eſſet nobis opus. ¶ Sed nunc ad noui teſtamenti ſcri 4
pturam tranſeamus, & euangelica proferamus teſtimonia: ad elidendam
aduerſariorum frontem. Inter quæ, non inefficax eſt illud Chriſti ver-
Matth.7. bum: apud Mattheum. Non omnis qui dicit mihi: domine, domine: in-
trabit in regnum cælorum. ſed qui facit voluntatem patris mei: hic in-
troibit in regnum cælorum. At vero qui rectam & integram habent fi-
dei confeſſionem, & credunt in Chriſtum: hi ſunt qui dicunt ei, domine,
domine: eumq; vocant dominum, per ſuæ fidei profeſſionem. Non om-
nibus igitur illis, adaperientur atria cęli: vt illuc introeant. ſed ijs tantum:
qui per bonorũ operum executionem fidei coniunctã, faciunt volunta-
tem dei patris: mandata ipſius ſtudioſe obſeruando. Et eandem omnino
ſententiã exprimit ipſe legifer noſter, & magiſter optimus: cum ait apud
Lucæ.6. Lucam. Quid autem vocatis me domine, domine: & non facitis quæ di-

co? Quibus verbis deſignat, inanem & inutilem eſſe fidem in deum: ſi
5 nõ ſit bonis operibus cõiuncta. ¶ Rurſus. Apud Matthæũ ſcribitur do
minus noſter dixiſſe. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum: exci Matth.7.
detur & in ignem mittetur. Vbi per arborem intelligitur homo: planta-
tus in agro mundi huius, vt fructum iuſtitiæ & bonorum operum pro-
ferat. Qui ſi ſterileſcat per ignauiam aut iniquitatem, nec vllos tales affe
rat fructus: excidetur per mortem, & mittetur in ignem gehẽnæ. Quam
etiam ſententiam, in ſua ad populum prædicatione, ſanctiſſimus domini
præco: apud Mattheum & Lucam, ante protuliſſe legitur. Ex qua planũ Matth.3.
eſt, dominum cõminari æternam damnationem ijs: qui negligunt bona Lucæ.3.
opera exercere. Et cõſimilem Chriſtus expreſſit ſententiam in præclaro
illo ſermone, facto ſuis diſcipulis poſt vltimã cœnam: per parabolam de
palmite qui non manet in vite, & areſcit. idcirco exciditur & colligitur: Ioannis.15.
6 atq; in ignẽ mittitur cõburẽdus. ¶ Adde, q; in extremo iudicio, quod
apud Mattheum viceſimoquinto capite aperte deſcribitur: iuſti inuita- Matth. 5.
buntur ad percipiendum æternæ beatitudinis regnum. non quidem, quia
ſolum crediderũt: ſed quoniam opera miſericordiæ exercuerunt in pau-
peres, & in illis Chriſtum ſubleuarunt, pauerunt, & potu refecerunt. Et
iniuſti maledictione æterna percellentur, detrudenturq; in ignem æter-
num: non quidem quia non crediderunt, ſed quoniam viſcera miſericor
diæ non habuerunt in pauperes: nec illis ſubminiſtrarunt neceſſariam vi-
tæ alimoniam, nec amictum, nec cętera id genus. Vnde clarum eſt: deum
a nobis etiã opera expoſcere. Quod & ex eo etiam deprehenditur: quo- Matth.28.
niam in cælum aſcenſurus dixit diſcipulis ſuis. Euntes docete omnes gen
tes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: docentes
eos ſeruare omnia, quæcunq; mandaui vobis. Ecce non dixit hic Chri-
ſtus: docentes eos credere tantum, ſed ſeruare omnia. quod haud dubie:
7 ad bonorum operum ſpectat actionem. ¶ Ad hæc. Adoleſcenti, a do-
mino inquirenti, quid agendo vitam æternam poſſideret: reſpondit ipſe,
euangelicæ diſciplinæ magiſter. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Matth.19.
Et legiſperito recenſenti mandata decalogi, a deo per Moyſem data: re-
ſpondit Chriſtus. Hoc fac: & viues. Obſeruatio autem mandatorum
dei: quomodo ſine bonorum operum exhibitione fiet? Quomodo de-
clinabimus a malo, & faciemus bonum (quæ duo: per præcepta ſua deus Pſalmo.33.
fieri ac compleri voluit) ſi nõ operabimur? Nõne verbum facere: ex ſua
genuina, propria, ac germana ſignificatione: deſignat operari? Eo itaque
verbo reſponſorio, hoc fac: & viues, exhortatus eſt legiſperitum Chri-
ſtus: q; opere compleret mandata dei, quæ ſingulatim enumerauerat, &
ita conſequeretur vitam æternã. Sunt igitur opera ad ſalutem neceſſaria.

¶Huic accedit:quod Christus apud Lucam dicit de seruo malo. Seruus 8
Lucæ.12. (inquit)qui cognouit voluntatẽ domini sui,& nõ se præparauit,& non
fecit secũdum voluntatẽ eius:vapulabit multis. At vero is est seruus sciẽs
voluntatem domini sui,& nõ faciens eã:qui charactere sacro fidei est in-
signitus,& nouit quæ sunt agenda:attamen illa nõ exequitur,nec accom-
modat operi. Igitur qui talis est:ex eo euangelij loco comperitur & dino
scitur esse obnoxius æternæ dãnationi. Quod & ex eo beati Iacobi ver-
Iacobi.4. bo in sua epistola canonica:etiam conuincitur. Scienti bonũ facere, & nõ
facienti:peccatũ est illi. Non ergo sola fides ad salutem sufficit:cum præ-
termittens bonũ operari quod cognoscit, peccatum cõmittat. ¶Sed ex 9
epistolis apostolicis:manifeste etiam elucidatur proposita veritas. & pri-
Roma.2. mum ex eo apostoli verbo: ad Romanos. Nõ auditores legis,iusti sunt
apud deum:sed factores legis iustificabũtur. Vbi auditores legis dicũtur:
qui credunt in deum,& discunt ex lege,quænam sunt agenda & quæ fu-
gienda. Idipsum autẽ,iustificationem nõ affert homini:nisi faciat ea quæ
audiuit ex lege. Est igitur vltra fidem & legis notionẽ,necessaria executio
operum:secundum ipsius legis præscriptum,exercendorũ. Quod & bea
Iacobi.1. tus Iacobus perspicue declarat: cum ait in sua epistola canonica. Estote
factores verbi:& nõ auditores tantum,fallentes vosmetipsos. Et paucis
interiectis: subnectit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis,
& permanserit in ea:non auditor obliuiosus factus,sed factor operis:hic
beatus in facto suo erit. Hæc ille. ¶In prima itidem epistola ad Corin- 10
1.Corinth.13 thios:scribit apostolus. Si habuero omnem fidem,ita vt montes transfe-
ram,charitatem autem non habuero:nihil sum. Ex quo facile colligitur
fidem vniuersalẽ & omnium credẽdorum:haudquaq̃ ad salutẽ sufficere.
quãdoquidem huiusmodi fides:a charitate seiugari potest, & sine ea ob-
tineri. Sine charitate vero:non potest cuiq̃ salus æterna prouenire. Vnde
1.Corinth.16 & in eadem epistola:Corinthios sic admonet apostolus. State in fide:vi-
riliter agite,& cõfortamini. Omnia autem vestra:in charitate fiant. Vbi
rursus post fidei mentionẽ:admonet eos habendæ charitatis. cp & fides,
sine charitate possit cuiq̃ adesse:& nõ sit ipsa per se sufficiẽs,ad obtinen-
dã homini salutẽ æternã. ¶In secunda quoq; ad Corinthios epistola:scri 11
2.Corinth.5. bit idem apostolus. Omnes nos manifestari oportet,ante tribunal Chri-
sti:vt referat vnusquisq; propria corporis,prout gessit:siue bonum, siue
malũ. In quibus verbis manifeste perhibet:retributionẽ nobis esse facien
dam a deo secũdum opera nostra,quæ hic agimus. vtpote vel præmium
pro bonis operibus:vel supplicium pro malis. Quocirca ad assequẽdam
æternæ salutis mercedem:consequens est,necessaria esse bona opera. Vn-
de & ad illa sedulo exercenda: ipse apostolus ad Galatas scribens, solici-

te nos exhortatur dicens. Dum tempus habemus: operemur bonum ad Gala.6.
omnes. Quid autem conferret hæc adhortatio: si opera nõ sunt necessa-
12 ria? ¶Eandem præterea sententiã cõfirmat apertissime beatus Iacobus:
in secundo suæ epistolæ canonicæ capite,dicens. Vis autem scire o homo Iaco 2.
inanis:quoniã fides sine operibus mortua est? Et paulo post. Videtis quo-
niã ex operibus iustificatur homo:& nõ ex fide tantũ. Et paucis interie-
ctis:subnectit. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine Ibidem.
operibus mortua est. Quid cõtra hæc apostolica verba: hiscere poterunt
aduersarij? aut quid tergiuersationis & subterfugij adinuenire? Ecce fidẽ
sine operibus mortuam esse:semel & iterum, beatus Iacobus cõtestatur.
Quomodo ergo huiusmodi fides, vitæ spiritualis expers: poterit animã
viuificare,& iustificationẽ illi conferre:qua particeps euadat æternę vitę,
13 beatitudinisq; perpetuæ? ¶Nec verbis solũ,sed & gemino exẽplo: idem
apostolus in loco supra dicto eandem cõprobat veritatẽ,dicẽs. Abraham Iaco.2.
pater noster,nõne ex operibus iustificatus est:offerens Isaac filium suum Gene.22.
super altare? Vides quoniã fides cooperabatur operibus illius: & ex ope-
ribus fides consummata est. Et paulo post:subiungit. Similiter & Raab Iaco.2.
meretrix,nonne ex operibus iustificata est:suscipiens nuncios,& alia via Iosue.2.
eijciens? Quibus exẽplis ostendit apostolus:solã fidem non fuisse totã &
omnimodam causam iustificationis Abrahæ,& Raab meretricis. verũ
etiã bona amborũ opera,fuisse cooperata plurimum: ad illam iustificãdi
gratiã. vt vtriusq; fides consũmata fuerit & ad cõplementũ perfectionis
14 adducta:per superaddita ipsorũ opera. ¶In sacra etiam apocalypsi,cæ-
litus hęc vox delata scribitur ad beatũ Ioannẽ apostolum:sanctæ illius re
uelationis cõscium & scriptorẽ. Beati mortui:qui in domino moriũtur. Apoca.12.
Amodo iam dicit spiritus:vt requiescãt a laboribus suis. Opera enim il-
lorũ sequuntur illos. Opera inquã:quæ in hac vita exercuerunt,qui in do
mino quieuerunt:vt secundũ illa recipiãt mercedẽ suam & præmiũ. Sic
sane & illorũ,de quibus dicit propheta in psalmo. mors peccatorũ pessi- Psalmo.33.
ma. cũ vita defuncti fuerint:opera,eos sequuntur. vt iuxta illorũ qualita-
tem & modum:accipiãt a domino retributionem. Ex eo igitur apocaly-
psis loco,recte colligas, opera bona a nobis in hac vita fieri debere: quæ
in altera vita nos feliciter comitentur,deũq; a nobis istiusmodi opera exi-
gere atq; exposcere: secundum quorũ rationẽ & mensurã,retribuat no-
15 bis præmium. ¶Neq; illud solum ex scriptura colligitur: cp vltra fidem
bona opera sint adultis necessaria ad salutem. sed & hoc insuper: cp talia
opera sint meritoria nobis apud deum,iustũ retributorẽ. Quod tamen
obstinate etiã inficiãtur Lutherani: negantes omne prorsus meritum ho
minum ad deũ,& sola dei gratia ac misericordia nos salutem consecutu-

ros,& brauium æternæ gloriæ:dictitantes. Qui ſane multiplici ſcriptu-
ræ teſtimonio:facile confutari queunt.Et primum eo ipſo:quod Gene-
Gene.22. ſis viceſimo ſecundo capite legitur dominus dixiſſe ad Abraham. Per
memetipſum iuraui,dicit dominus: quia feciſti hanc rem,& non peper-
ciſti filio tuo vnigenito,propter me:benedicam tibi, & multiplicabo ſe-
men tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt littore maris. Ecce
amplam mercedem a deo promiſſam Abrahæ: ob immolationẽ filij ſui
Iſaac. ¶Sed & pius ille rex,& plurimum commẽdandus Ezechias, cum 16
graui morbo afflictatus audiuit denunciatione prophetica ſibi mortem
imminere:conuerſus ad deuotam lachrymiſq; coniunctam orationem,
Eſaiæ.38. ait ad dominũ.Obſecro domine,memento quæſo: quomodo ambulaue
rim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum eſt in ocu
Ibidem. lis tuis:fecerim.Neq; ingrata fuit ea deprecatio diuinæ maieſtati. Nẽpe
per eam,impetrauit ſanitatem integram: & prorogationem ſuæ vitæ in
quindecim annos. In qua tamen oratione proponit inſignis pietate rex
ille,ſua merita & bona ante actæ vitæ opera:quorum cõtemplatione po
ſtulat diuinæ gratiæ benignitatem ſibi impẽdi. ¶Inſuper. Eccleſiaſticus 17
poſtq̃ in decimoſexto capite propoſuit,q; deus hominem ſecũdum ope-
ra ſua iudicat:mox ſubiungit(quod & in huius capitis principio iam ad-
Eccli.16. ductum eſt:& hic repetere non piget)hoc verbum.Omnis miſericordia
faciet locum vnicuiq;: ſecundum meritum operum ſuorum. Vbi ſacer
libri illius author, meritum expreſſe nominat: quod tamen nomen,tan-
topere abhorrẽt Lutherani. Beatus itidem Paulus:in poſtremo ſuæ epi-
Hebræ.13. ſtolæ ad Hebræos capite,ait.Beneficentiæ & communionis nolite obli-
uiſci:talibus enim hoſtijs promeretur deus. Hic rurſum meriti fit men-
tio:cum dicuntur benefici & communionem ſuorum bonorum in alios
exercentes,deum promereri talibus elemoſynarum ſacrificijs. Nõne er-
go aperte ſcripturam negant:qui meritum omne hominis ad deum, ſu-
ſtollere annituntur? ¶In euangelio vero, bona hominũ opera eſſe mer- 18
Matth.20. cedis æternæ meritoria: deſignat illa parabola euangelica de operarijs in
vinea patriſſamilias:diuerſis horis ad laborandum ex pactione denarij di
urni accitis.de quibus dixit demum dominus vineę,ſuo procuratori.Vo
ca operarios:& redde illis mercedem.quam ſcilicet cõuentione facta illis
cum mitterẽtur ad operandum, pollicitus fuerat & cõſtituerat.Ad hæc,
Marci nono cap.deſcripta Chriſti verba ad diſcipulos: eandẽ plane veri-
Marci.9. tatẽ atteſtãtur,quæ ſunt huiuſmodi. Quiſquis potũ dederit vobis calicẽ
aquę frigidæ in nomine meo,quia Chriſti eſtis:amen dico vobis,nõ per-
det mercedem ſuã. Quæ etiã ſententia cõſimilibus pene verbis habetur
apud Matthæũ in decimo capite. Quomodo igitur nullum eſt hominis

19 meritũ? ¶In illa quoq; parabola apud Lucã de homine nobili, qui abijt Lucæ.19.
in regionem longinquã pro regno ſibi accipiendo,& diſtribuit decẽ ſer-
uis ſuis decem mnas,ad negociandũ donec rediret: manifeſtũ inſinuatur
argumẽtum humani meriti ad deum.Siquidẽ ſeruus ille,qui ex mna do
mini ſui decem mnas acquiſierat: conſtitutus eſt a domino ſuo, iam re-
greſſo poſt acceptũ regnũ,princeps ſuper decẽ ciuitates. Alius vero ſer-
uus,qui per mnam a domino ſuo receptam cõparauerat quinq; mnas:in
retributionem ſuſcepti laboris accepit poteſtatem & dominatum ſuper
quinq; ciuitates.Sed vnde in hoc euangelico paradigmate,illius præmiũ
duplam habet proportionẽ ad præmium huius: niſi quoniam in eadem
habitudine meritum illius reſpondet huius merito? Manifeſtum eſt itaq;
ſecundũ iuſtitiæ diſtributiuę leges,id ab æquiſſimo iudice accurate obſer
uari:q; pro meritorũ quantitate & qualitate diſtribuatur iuſtis ſua mer-
ces. Qui autẽ id fiat:ſi nullum prorſus ſit hominis meritũ apud deum?
20 ¶Huic accedit & illud Chriſti verbum ad diſcipulos ſuos: poſt vltimã
cœnam.In domo patris mei: mãſiones multę ſunt.Vbi per multas man Ioan.14.
ſiones in domo cęleſti,perhibent ſacri authores intelligi diuerſitates prę-
miorum:quæ electis a deo dãtur in regno cælorum, pro operum bono-
rum conditione & qualitate.Diuerſitates autem illæ præmiorum, vnde
enaſcuntur & proueniunt: niſi ex varietate & diuerſa ratione meritorũ?
vt qui plus cæteris meriti fuerint:maius ſecundũ æquam iuſtitiæ lancem
aſſequantur in cælo præmium. & qui minus habent meritorum:minus
etiam obtineãt & præmij. Sunt igitur hominum apud deum merita:ex
quibus conſurgunt cæleſtium mãſionum felicia præmia. Hinc diuinus
pſaltes in perſona viri iuſti,diuina bonitate & æquitate ſubnixi: cõteſta-
tur ſe cõſecuturum retributionem mercedis a deo,ſecundũ operum ſuo-
rum ſyncæritatẽ,cum ait.Et retribuet mihi dominus ſecundũ iuſtitiam Pſalmo.17.
21 meam:& ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. ¶In
epiſtolis itidem beati Pauli:non pauca inueniuntur meritorum hominis
ad deum teſtimonia. Quale eſt illud: in prima ad Corinthios epiſtola.
Vnuſquiſq; propriã mercedem accipiet:ſecundum ſuum laborẽ.Simili- 1.Corin.3.
ter & id eiuſdẽ apoſtoli verbum:in ſecũda ad Corinthios epiſtola. Qui 2.Corin.9.
parce ſeminat:parce & metet.Et qui ſeminat in benedictionibus:de be-
nedictionibus & metet.Rurſus & in poſtremo epiſtolę ad Galatas capi-
te.Quæ ſeminauerit homo:hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in car Galatas.6.
ne ſua:de carne metet & corruptionẽ. Qui autem ſeminat in ſpiritu:de
ſpiritu metet vitam æternam.Quid autẽ hæc omnia deſignãt? certe bo-
22 na hominum opera,eſſe apud deum meritoria præmij cæleſtis. ¶In ſe-
cunda quoq; epiſtola ad Timothęũ:ſcribit idem apoſtolus. Scio cui cre- 2.Timo.1.

didi,& certus ſum: quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare,in illũ diem.
2.Timo.4. Et in poſtremo eiuſdem epiſtolæ capite:ait idem de ſeipſo. Ego iam de-
libor:& tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonum certamen certaui,cur-
ſum cõſummaui:fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iu-
ſtitiæ:quam reddet mihi dominus in illa die,iuſtus iudex.Non ſolũ au-
tem mihi:ſed & ijs qui diligunt aduẽtum eius. In quibus verbis apoſto-
lus,cum reddẽdam ſibi dicit coronam iuſtitiæ a domino: deſignat aper-
te ſe coronam illam fuiſſe meritum,per bona huius vitę opera.& pro il-
la reddẽdum ſibi eſſe præmium:ſecũdum diuinæ iuſtitiæ rectitudinem.
Sunt & complura alia in eam rem teſtimonia: de quibus nũc ſuperſede-
mus. ¶Cæterum hic cauillari fortaſſe poſſent aduerſarij:ſe aſſertionem 23
ſuam(qua dicunt:ſolam fidem ſufficere ad ſalutem) intelligere,nõ de fi-
de informi & ſeiuncta a charitate:de qua loquitur beatus Iacobus.ſed de
fide viua & coniuncta charitati,quam dicunt formatam:& quæ a beato
Galatas.5. Paulo in epiſtola ad Galatas,vocatur fides per dilectionem operãs. Hæc
enim non ſine operibus eſt: ſed ſemper operationes bonas habet indiui-
duas comites.propter quem comitatum mutuamq; connexionem: ipſa
vim habet iuſtificandi primariam atq; omnimodam, ſecũdum aduerſa-
riorum ſententiã,& ſola quidem hominẽ iuſtificat:vt aiunt.Q; ſi hanc
tergiuerſationem & huiuſmodi quærant ſubterfugium: premendi ſunt
acrius,& inſtantius vrgendi diuinarum literarum telis & iaculis. quæ li-
quido oſtendant,non ſolam illam fidem viuam(quã ponunt bonis ope-
ribus & charitati coniunctã)iuſtificare hominẽ:vt aſſerunt.Nempe do
minus noſter,de beata maria Magdalena prius peccatrice:ſed tunc ablu-
Lucæ.7. ta & iuſtificata,dixit.Remittũtur ei peccata multa: quoniã dilexit mul-
tum.Vbi cauſa iuſtificationis atq; remiſſionis peccatorum:aſſignatur di
lectio & charitas Marię Magdalenæ,in deum.Ipſa autem charitas,aliud
omnino eſt & diuerſum a fide viua: tametſi ſit illi annexa & ſocia.Non
ſola igitur fides illa viua: iuſtificat. ¶Præterea,beatus Iacobus in quin- 24
Iacobi.5. to ſuæ epiſtolæ canonicę capite:dicit.Fratres mei,ſiquis ex vobis errauе-
rit a veritate, & conuerterit quis eum:ſcire debet,quoniam qui conuerti
fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ:ſaluabit animã eius a morte,& ope
rit multitudinem peccatorum.Ex quibus idipſum colligitur,q; conuer-
tens alium ab errore fidei aut morum:iuſtificat ipſum,tanq; cauſa inſtru
mentaria & adminiſtratoria.Nam ſaluat animam illius a morte:vt dicit
hic beatus Iacobus, & operit multitudinẽ peccatorum illius qui conuer-
titur: ne conſpiciantur a ſuperno iudice ad puniendum ea. Saluare vero
animã alicuius a morte,& operire multitudinem peccatorum eius:nõne
eſt ipſum aliquo modo iuſtificare? Ille autem conuertens errantem,non

eſt ipſa fides viua:quam ſolam ponunt aduerſarij iuſtificantem.Nõ igi-
25 tur illa ſola fides viua:iuſtificat. ¶Inſuper,Petrus apoſtolus in prima ſua 1.Petri.4.
epiſtola canonica dicit:q; charitas operit multitudinẽ peccatorum. abo-
lens ſcilicet ea,& contegens:ne a deo videantur ad inferendam pœnam.
Ex quo protinus cõſequens eſt,ipſam charitatem iuſtificare hominẽ:&
non ſolam fidem viuam.Quinimmo cum charitas ipſa ſit dignior,ma- 1.Corinth.13.
ior & perfectior q̃ ſit fides:ſecũdum ſentẽtiam apoſtoli.& fides ipſa vi-
ua,a charitate id accipiat & mutuetur virtutis & efficacię:q; animã iuſti-
ficet.quandoquidẽ ſi intelligatur fides, a charitate ſeparata: nullo pacto
iuſtificãdi vim haberet. cõſectarium eſt, ipſam charitatem magis iuſti-
ficare:q̃ fidem.Nam propter quod,vnũquodq; tale:& illud magis. Nõ
igitur ſola fides,quantũlibet viua & charitati adiuncta:hominem iuſtifi
26 cat. ¶Deniq;,ſecũdum beati Pauli verbum ad Romanos:ſpe ſalui facti Roma.8.
ſumus. quare habet & ſpes ſuo modo vim iuſtificatricem: ſicut ſaluan-
di efficaciam.cum ſit ipſa iuſtificatio:via quædam ad ſalutẽ. Atqui ſpes
ipſa,non eſt fides illa viua:quam tantopere extollunt aduerſarij,& cui ſo
li tribuunt iuſtificandi partes.cum ab apoſtolo ſpes ipſa dirimatur & di-
ſtinguatur a fide:ſicut & a charitate. Qui igitur id fiat: vt ſola fides vi- 1.Corinth.13.
ua,iuſtificandi ſortiatur energiam? Ad eiuſdem quoq; rei ſtabilimẽtum
magnopere conducit:quod apocalypſis vltimo capite ſcribitur,hoc mo-
do.Qui iuſtus eſt:iuſtificetur adhuc,per bonorum ſcilicet operum exer Apoca.22.
citium,adaugendo partã prius iuſtitiam:& accremẽtum illi ſuperadden-
do.Bona igitur opera:etiam hoc pacto iuſtificant hominem. vt morti-
ficatio carnis:quã ſæpenumero ſuadet apoſtolus agendam.erogatio ele- Coloſ.3.
moſynæ in pauperes: quæ dicitur in libro Tobiæ purgare peccata,& li- Galatas.5.
berare animã a morte:& ita iuſtificare.Deuota itidẽ oratio:ex pio men- Tobię.4.& 12
tis affectu ad deum proficiſcẽs. Huiuſmodi autem bona opera iuſtifica-
toria,non ſunt ipſa fides:ſed ſalutares ſunt fructus,ex ipſa fide viua ena-
27 ſcentes.Non igitur ea ſola:iuſtificat. ¶Poſtremũ.hanc erroneam aduer
ſariorum poſitionem,qua aſſeuerant ſolam fidem ſine operibus ad ſalu-
tem ſufficere:beatus Auguſtinus acerrime cõfutat in vno ſuorum libro- Auguſtinus
rum,de fide & operibus conſcripto: potiſſimũ in decimoquarto libri il- in libro de fi-
lius capite.in quo multiplici ſacræ ſcripturæ teſtimonio demõſtrat:q; fi- de & operi-
des ſola ad ſalutem nõ ſufficit ſine operibus.Et in viceſimoſecũdo:eiuſ- bus.
dem libri capite.in quo præſertim declarat, etiam per ſanctarum litera-
rum authoritates: q; ſine operibus bonis deum cognoſcere non ſufficit.
Vnde non futile ſumitur argumẽtum:hanc hæreſim,contra quam nunc
ſtamus in acie & conflictamus,ponẽtem ſolam fidem ſine operibus ſuf-
ficere: circa beati Auguſtini tempora fuiſſe exortam,& pullulaſſe. Ad

quam extirpandam:prædictum librum conſcribere inductus fuit & impulſus. Quid ergo annituntur nunc Lutherani,ſopitos illos cineres,difflatamq; fauillam excitare in flammam:& multis ante actis temporibus dãnatum errorem reuocare in auras, atq; ab inferis ad hominum perniciem,eũdem reſuſcitare? ¶Verum ad obiectiones aduerſariorum proponendas:nunc accingamur oportet. In quibus tamen adducendis:erimus contractiores.quoniã in capite huius operis decimoquinto:vbi de ſacramentis eccleſiaſticis facta eſt pertractatio,q; conferant gratiã.& potiſſimum in diſſolutione quatuor primarum obiectionum prædicti capitis: adhibita eſt reſponſio,ad hos quatuor ſcripturæ locos. Iuſtus ex fide viuet. Qui non crediderit:condemnabitur. Corde creditur ad iuſtitiã. Credidit Abraham deo:& reputatum eſt ei ad iuſtitiam. a Luthero in obiectionibus illis primis adductos:ad cõprobandum,q; ſola fides ſine ſacramentis eccleſiaſticis,ſufficit ad ſalutem. Et quoniam reſpõſiones ibidem adhibitæ quatuor illis primis aduerſariorum cauillationibus,& explanationes illarum quatuor authoritatũ ſacræ ſcripturæ,inibi aſſignatæ: etiã æque militant cõtra erroneam aſſertionem, in præſenti capite diſcuſſam & confutatam: quæ perhibet ſolam fidem ſine operibus,ad ſalutem ſufficere:idcirco non ſunt hic repetendæ illæ aduerſariorũ obiectiones contra nos, quæ innituntur illis quatuor ſacrarũ literarum teſtimonijs. Sed illis prætermiſſis,tanq; ſupra ſatis agitatis & dilutis: ad alias progrediendum eſt obiectiones,quæ alijs nituntur ſcripturæ locis.

Abacuc.2. Marci.16. Roma.10. Gene.15.

¶Primum itaq; obiectant nobis aduerſarij,illud Chriſti verbum: Marci vltimo capite cõſcriptum. Qui crediderit & baptizatus fuerit:ſaluus erit. Et illud apud Ioãnem:tertio capite. Qui credit in filium dei:nõ iudicatur. Et iterum in eodem loco. Qui credit in filium dei:habet vitam æternam. Deniq; Ioannis ſexto capite. Qui verbum meum audit,& credit ei qui miſit me:habet vitam æternam. In his(inquiunt)& alijs conſimilibus ſcripturæ authoritatibus tota cauſa ſalutis habẽdæ,aſſignatur fides in deum:neq; de operibus vlla fit mentio. Sufficit igitur ſola fides:ſine operibus. ¶Reſponſio. In locis ſupra dictis,credere:non ſolam deſignat fidem credendorum,ſed etiam rectam operationem ſecũdum dei mandata. Teſte ſiquidem beato Auguſtino,credere in deum:ſecundum vſum ſacræ ſcripturæ,includit adhærere deo per charitatem. Et ita verbum illud importat & ſignificat fidem ipſam charitate formatã:de qua loquitur apoſtolus,ſcribens ad Galatas. In Chriſto Ieſu,neq; circunciſio quicq; valet,neq; præputium:ſed fides quæ per charitatem operatur. Vbi ſanctus apoſtolus nõ dicit ſufficere quãcunq; fidem:ſed eam ſolam,quæ per dilectionẽ operatur. Et illa,nõ excludit bona opera,ſicut fides quam

Marci.16. Ioannis.3. Ioannis.6. Auguſtinus. Galatas.5.

2 ponunt aduerſarij ſufficere:ſed ea includit. ¶Secundo ſic inſtant. Chriſtus ab eis quos ſanaturus erat:exegit fidem,nõ opera:cum ait. Creditis: quia hoc poſſum facere vobis? & ſecũdum fidem veſtram fiat vobis. Et poſtq; ſanauit languidos aut corpore aut animo: conteſtatus eſt,eos fide ſua ſaluos factos eſſe. Dixit enim Mariæ Magdalenæ:iam iuſtificatæ & emundatæ a peccatis. Fides tua ſaluam te fecit. Vade in pace. Et mulieri, longo tempore fluxum ſanguinis perpeſſæ,& ſolo attactu fimbriæ veſtimenti dominici ſanatæ:etiam dixit. Confide filia:fides tua te ſaluam fecit. Nec adiecit aliquam operum cõmendationem. Non ſunt igitur illa: neceſſaria. ¶Reſponſio. Requiſiuit dominus fidem ab ijs,quibus beneficium ſanitatis erat impenſurus:quoniã ipſa neceſſaria erat ad illud obtinendum. Cõmendauit & fidei virtutem,in ijs quos ſanauerat:quoniam illa multum contulerat ipſis,ad impetrandam ſanitatis gratiam. Sed nũquid dominus noſter excluſionis particulam appoſuit in verbis ſuis: vt dixerit ſolam fidem eos ſaluos feciſſe? Nonne & opera pœnitentiæ commendauit & recenſuit:a muliere peccatrice ſibi exhibita? Certe quicunq; ab eo ſanati ſunt:ſimul cum fide etiam opera pietatis & ſanctę religionis exhibuerunt. vt mulier Chananęa:in oratione ſua perſeuerans fuit & humilis. Mulier a profluuio ſanguinis curata: acceſſit retro,& tetigit fimbriã veſtimẽti ipſius Chriſti. Cęci & leproſi:pio & ſedulo clamore opem ipſius implorarũt. Et ita in illis nunq; fidem inuenire queas:a pijs operibus ſeparatam. vt exinde intelligamus:deum cum fide in nobis etiã opera expoſcere. ¶Tertio,ſic inſurgunt. Apoſtolus in tertio ſuę epiſtolę ad Romanos capite:ait. Arbitramur iuſtificari hominẽ per fidem:ſine operibus legis. Et in ſecũdo epiſtolæ ad Galatas capite,inquit. Scientes q; nõ iuſtificatur homo ex operibus legis:niſi per fidem Ieſu Chriſti,& nos in Chriſto Ieſu credimus: vt iuſtificemur ex fide Chriſti,& non ex operibus legis. Propter quod:ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Quid apertius(inquiunt)hoc apoſtoli teſtimonio: iuſtificationis efficaciam nõ operibus legis,ſed tantũmodo fidei attribuente? Si apoſtolicam igitur doctrinã ſequi volumus:fidem ſine operibus ſufficere putandum eſt. ¶Reſponſio. Nonnulli in adductis ſententijs apoſtolum loqui cenſent de operibus legis Moſaicę:quãtum ad ritus & cærimonias eius. quæ ſane opera,coruſcante iam luce legis euãgelicę:ad iuſtificationem eorum qui conuertebantur ad Chriſtum, nihil conferebant,ipſis ſcientibus exortum nouę lucis. & in vim Moſaicę legis,& per eius efficaciam. immo potius incommodabant & officiebant. quãdoquidem mox antiquanda erant & abolenda:tanq; figuræ:iam illucẽte veritate. Et per ſolã in Chriſtum fidem:accedẽdum tunc erat ad ipſum. potiſſimum ijs qui ex gen-

Matth.9. Lucæ.7. Matth.9. Lucæ.7. Matth.15. Matth.9. Lucæ.17. Lucæ.19. Roma.3. Galatas.2.

tilitate conuertebãtur ad Christum, & amplectebantur euangelium. Et
hæc responsio: vera quidem est & recta, & satis rei propositæ accommo
da. Sed & altera potest assignari, non minus apta: immo quæ magis vi-
deatur accedere ad ipsam apostoli mentem ac sensum. hęc scilicet. q̃ ibi-
dem fit sermo etiam de operibus legis decalogi, & de iustificatione, non
quacunq̃ aut quolibet tempore habẽda: sed de prima iustificatione. quæ
obtinetur: cum quis primum cõuertitur ex paganismo aut iudaismo ad
Christum, aut ex statu peccati originalis & aliorum superadditorum: ad
statum primæ gratiæ, per baptismi lauacrum recipiendæ. Ad hanc enim
primariam iustificationem, non requiruntur exteriora bona opera legis
decalogi præcedẽtia: sed sufficit sola fides integra in deum, quæ amorem
dei includit cum baptismi susceptione. Sed ad iustificationem subsequẽ-
tem signaculum fidei susceptum & characterem baptismalem: in adultis
non sufficit sola illa fides, & baptismi susceptio: immo requiruntur ope-
ra diuinæ legis superaddenda, & necessaria ad salutem. vt siquis illa exe-
qui neglexerit: nequaq̃ particeps fiet regni cælestis. Porro hanc secũdam
responsionem insinuat & assignat beatus Augustinus: in sui libri de fide
Augustinus. & moribus (cuius: supra meminimus) capite decimoquarto, dicẽs. Cum
Roma.3. dicit apostolus: arbitrari se, iustificari hominem per fidem, sine operibus
legis: non hoc agit, vt percepta ac professa fide, opera iustitiæ contẽnan-
tur. sed vt sciat se quisq̃ per fidem posse iustificari: etiã si legis opera non
præcesserint. Sequũtur enim iustificatum: non præcedunt iustificãdum.
hæc ille. Quare huic responsioni, secundo loco datæ: potius est adhæren-
dum. ¶ Quarto, hanc texunt ratiocinationem. Christus in oratione sua 4
Ioan.17. ad patrẽ, quæ describitur Ioannis decimoseptimo capite: ait inter cętera.
Hæc est autẽ vita ęterna: vt cognoscant te solũ deum verum, & quẽ mi-
sisti Iesum Christũ. Huiusmodi autem (inquiũt) cognitio dei patris &
Christi filij eius, in hac via nostrę peregrinationis: ad solam spectat fidẽ.
Ergo sola fides sine operum cõsortio, sufficit ad salutem æternam: & ad
perpetuæ vitæ in cælis participationem. ¶ Responsio. Non est recipien
dum: quod secundo loco hic assumunt aduersarij. quoniam ad integram
& veram dei cognitionem hic habẽdam: vltra fidem requiritur etiã ob-
1.Regum.2. seruatio mandatorum eius. Nempe de filijs Heli, sacerdotibus, credenti-
bus quidẽ in deum sed praue viuentibus: dicit scriptura, q̃ erant filij Be-
lial, nescientes dominũ: neq̃ officium sacerdotum ad populum. Et bea-
Titum.1. tus Paulus de habentibus fidẽ, sed peruersam agentibus vitã: ait. Qui di-
cunt se nosse deum: factis autẽ negant. Idipsum etiam luculenter osten-
dit beatus Augustinus per scripturarũ testimonia: in sui libri de fide &
Augustinus. moribus capite vicesimo secũdo, dicẽs. Nequaq̃ ergo mens incauta falla-

tur, vt se existimet deum cognouisse: si eum fide mortua, hoc est sine bo *Iacobi.2.*
nis operibus confiteatur, more dęmonum. & ideo se iam non dubitet ad
vitam æternam esse venturam: quia dominus dicit. Hæc est autem vita *Ioannis.17.*
æterna: vt cognoscant te vnum verum deum, & quẽ misisti Iesum Chri
stum. Venire quippe debet etiam illud in mẽtem: quod scriptum est. In *1.Ioannis.2.*
hoc cognoscimus eum (scilicet deum) si mãdata eius seruauerimus. Qui *Ibidem.*
dicit, quia cognouit eum, & mandata eius non seruat: mendax est, & in
hoc veritas non est. Hæc Augustinus ibidem: & reliqua, cõtinuo subse-
quentia contextu. quæ pręclare ostendũt, quid sit in deum recta fide cre-
dere: & magnopere conducunt ad confirmationẽ eorum, quæ in respon
sione ad primam obiectionem huius capitis, etiam secũdum mẽtem bea-
ti Augustini, dicta sunt. ¶ Quinto, hac nos adoriuntur cauillatione. Ad 5
Romanos scribens apostolus ait. Iustificati ergo ex fide: pacem habea- *Roma.5.*
mus ad deum. Et ad Ephesios. Gratia estis saluati per fidem: & hoc non *Ephe.2.*
ex vobis. In actibus etiam apostolorum ait beatus Petrus: de cõuersis ex
gentilitate ad Christum. Et qui nouit corda deus: testimoniũ perhibuit, *Actuum.15.*
dans illis spiritum sanctum sicut & nobis: fide purificans corda eorum.
In his (inquiunt) & consimilibus scripturæ authoritatibus, fides assigna-
tur causa iustificationis, saluationis ac purificationis animarũ: & nõ ope
ra. Tota igitur iustificationis efficacia & vis: a fide pendet, & nõ ab ope-
ribus. ¶ Responsio. Ex assumptis tribus istis scripturæ locis: perperam
inferunt suam conclusionem in hoc loco aduersarij. Nam vnaquæq̃ ea-
rum trium sententiarum: sine exclusione, in scriptura sacra proponitur.
Colligunt autẽ inde suam conclusionẽ Lutherani: ac si vnaquæq̃ trium
prædictarum authoritatum, esset cum nota exclusionis, prolata. perinde
atq̃ Paulus dixisset. Iustificati ergo: solum ex fide. Et gratia estis saluati:
solum per fidem. Et perinde atq̃ dixisset beatus Petrus. Fide tãtum: pu-
rificans corda eorum. Quæ sane tres propositiones ita per exclusionem
constrictæ: a veritate sunt alienæ. Non enim fides sola, in ijs qui ab erro-
re ad veritatem in lege euangelica conuertebãtur: sufficiebat ad iustifica-
tionem & salutem. sed insuper requirebatur susceptio lauacri regenera-
tionis: & baptismi. Quod quidẽ sacramentum illuminationis & salutis,
non est ipsa fides: sed signum visibile gratiæ purgatricis animæ a pecca-
tis, præsupponens ipsam fidem, tanq̃ basim & fundamẽtum suscipiendi
huiusce sacramenti in adultis: & reliquorum deinceps sacramentorum.
¶ Neq̃ suffragatur aduersarijs: quod Marci quinto capite legitur Chri- *Marci.5.*
stus dixisse archisynagogo, cuius filiã erat suscitaturus. Noli timere: tan-
tũmodo crede. Nam id verbum, illi dictum est homini: cui tantum de-
erat fides firma & solida, atq̃ iam aderant bona opera. Sic autem dispo-

ſito ſola fides eſt neceſſaria,non quidem ſine operibus:ſed cum operibus
Hebræ.ii. ante habitis. ¶Poſtremum,hoc nos cauillo infeſtant aduerſarij. Ad He 6
bræos ſcribens apoſtolus teſtatur: ꝙ ſine fide impoſſibile eſt quenq̃ pla-
cere deo. Ex quo apoſtoli verbo,planum eſt ipſam fidem eſſe neceſſariã
ad ſalutem:tanq̃ baſim & ſubſterniculum cæterarum virtutum, ad ean-
dem conducentium aſſequendam ſalutem. De operibus autem, in tota
ſcriptura nihil tale dictum inuenias:ꝙ ſine ipſis impoſſibile ſit quẽpiam
placere deo. cum paruulos inueniamus, ſola fide cum ſacramẽto regene-
rationis purificatos:ſine bonorum operum executione ſaluos fieri. Suffi
cit igitur ipſa fides:ſine operibus. ¶Reſponſio. Et dialecticę ratiocina-
tricis, & philoſophiæ naturalis, & deniq; ſacræ theologiæ ſe produnt
imperitos aduerſarij,in hoc cauillo:cum ex eo ꝙ fidem eſſe neceſſariam
monſtrant ad ſalutem conſequendam, conficere volunt eandem eſſe &
ſufficientem. quaſi omnis cauſa neceſſaria: etiam ſit ſufficiẽs,quod vtiq;
a vero eſt alienum. Siquidem corpus ipſum,cauſa eſt neceſſaria compo-
ſitionis ipſius hominis:itidem & anima. neutra tamen,per ſe,ſolitarie &
ſeparatim ſumpta: ſufficiens eſt cauſa humanæ cõſtitutionis. Sic ſane &
fides ipſa,ad obtinendam animæ ſalutem eſt neceſſaria:& opera itidem,
ad idem requirũtur & expetuntur. Neutrum tamen horum:ſingulatim
eſt ſufficiens. Cum nec fides ſine operibus in ipſis adultis,nec opera ſine
fide proſint ad vitam:ſed vtrũq; alteri coniunctum,ac coalitum eſſe de-
beat. Eſt & illud refutandum:quod hic aſſumunt aduerſarij. nuſq̃ ſcili-
cet id in ſcriptura reperiri: ꝙ ſine operibus bonis impoſſibile ſit quem-
piam placere deo. Id ipſum enim, cum ex multis ſacræ paginæ locis,
ſupra adductis in rationum huius capitis deductione: poteſt colligi.
Matth.19. tum ex iſto:vel apertiſſime. Si vis ad vitam ingredi:ſerua mandata. Ex
quo protinus conficias, ꝙ ſi quis mandata dei non ſeruat per bonorum
operum ſtudium: non ingredietur vitam æternam,neq; deo placere po-
terit. ¶Cæterum nunc tempus eſt,vt vela complicemus: nauemq; per- 7
menſo ſuo itinere,ſubducamus in portum. Contenti certe fuimus, ſuc-
cincta compẽdiariaq; pertractatione:in pręſenti opuſculo materias pro-
poſitas diſcuſſiſſe & agitaſſe. ꝙ eas omnes nouerimus,diffuſius ac latius,
quinimmo exactius & accuratius,iampridẽ eſſe pertractatas:a viris eru-
ditiſſimis,& zelo diuini honoris feruentiſſimis: Reuerendo in Chriſto
patre,Ioanne Fiſcherio,Roffenſi epiſcopo. Ioanne Eckio, Ioanne Co-
chleo,Ioanne Fabro,ac alijs doctrina præſtãtiſſimis viris: qui ſe murum
oppoſuerunt pro domo domini, contra improbos hęreticorum noſtræ
tempeſtatis inſultus. Sed & paulo ante noſtrum hoc ſeculum,veneran-
dus pater Thomas vvalden:Carmelitani ordinis iubar egregium,erudi-

tioneq; clariſſimus,in ſuis operibus luculentis:vno de ſacramentis inſcri-
pto,& altero de ſacramentalibus: eaſdem materias contra Viclefum,Lu-
theri in hæreſibus patrem & magiſtrũ,præclare & copioſe pertractauit:
& in Viclefo,Lutherũ etiã eliſit. Nos itidem ſuperioribus annis pleraſq;
harum materiarum,quinq; & viginti articulis hic comprehẽſarũ,latiore
cãpo & laxioribus habenis agitauimus:in libro de veneratione ſanctorũ,
in antiluthero noſtro,& propugnaculo eccleſiæ. vtpote de cõſtitutioni-
bus eccleſiaſticis: & authoritate eccleſiæ obligatoria ad quippiam,cũ ad-
iectione pœnæ. de ieiunijs & delectu ciborum, de cælibatu eccleſiaſtico-
rum,& votis monaſticis:de laicis non communicandis ſub vtraq; ſpecie,
de ſacrificio miſſæ, de purgatorio & ſuffragijs pro defunctis, de morte
Chriſti pie lugenda:de veneratione ſanctorũ,& vſu ſacrarum imaginũ,
de præceptis & cõſilijs,deniq; de fide & operibus. quemadmodum euol-
uenti ea tria opera noſtra: cõſtabit apertius. Quocirca ne cogeremur ea-
dem ſæpius repetere,& quaſi actum agere:cõſtrictius & preſſius ſtudui-
mus in hac elucubratione, eadem determinare ac ediſſerere. ea quidẽ in-
tentione & propoſito permoti:vt ex horum lectione, ſibi caueãt omnes
ſummopere a tendiculis hæreticorum, ne illis illaqueentur:ipſiq; deo per
fidem & bona opera firmius adhæreant. Cui ſit honor,laus & gloria: in
ſecula ſeculorum. Amen.

¶Compendij veritatum ad fidem pertinentium, & contra ve-
ſanas Lutheranorũ aſſertiones diſcuſſarũ:adiutore deo,finis.
Quod quidem in lucem emiſſum eſt,& pręlo excuſum:apud
Lutetiam Pariſiorum,in officina Simonis Colinęi:ad inſigne
ſolis aurei,e regione collegij Bellouacenſis,conſiſtente:vbi &
hoc opus,venale comperitur. Anno ſalutis humanę viceſimo
nono,ſupra milleſimum & quingenteſimum: die vero quar-
ta menſis Septembris.

¶INDEX ALPHABETICVS MATERIARVM, QVAE in hoc opere pertractantur: per duplicem numerum digestus. Priorem quidem: signantem folium, in quo quælibet materia per hũc indicẽ proposita, continetur: qui & in primæ cuiusq; folij paginæ summitate quærendus est. Posteriorem vero: in margine inferiori vniuscuiusq; paginæ signatum, & demonstrantem eum paginæ locum: in quo materia quæuis per indicem assignata, particulatim determinatur. Q; si post numerum folij primo positũ loco, signantur duo numeri, nota copulationis cõnexi: id significat eam materiam quæ proponitur, in vtroq; illorum numerorum marginalium loco declarari. Sin vero post numerum marginis secundo annotatum loco, cõtinuo subiungitur particula, & deinceps. ea ipsa designat materiã quæ ibidẽ assignatur: in reliquis etiam locis numerorum marginalium, naturali ordine illum vnum signatum continue sequentium, enodari.

A.

Abraham patriarcham, non ex fide sola: sed & ex operibus iustificatum esse. 83. 4.
Abstinẽtiam ciborum: in veteri lege, tum ex dei præcepto, tum ex spõtanea deuotione, sæpius esse obseruatam. 39. 1. & deinceps.
Abstinentiam eandem: in euãgelio & alijs noui testamenti libris, etiam esse cõmendatam. 39. 5. & deinceps.
Abnegationem sui ipsius: sine abdicatione rerum temporalium fieri posse. 71. 4.
Achimelech sacerdos, panes propositionis tradens ipsi Dauid: cælibatum sacerdotũ nouæ legis præsignauit. 45. 13.
Actum coniugalem nunq; sine peccato fieri posse: erroneũ est, sacræq; scripturæ contrarium. 84. 7.
Accedit verbum ad elemẽtum: & fit sacramentũ. de quo sacramẽto secundum Augustinum intelligitur. 83. 6.
Adorationis nomẽ: vario modo in scriptura sumi. 127. 6.
Aduocati & mediatores nostri apud deũ: sunt sancti in cælo gloriosi. 121. 6.
Aduocata & mediatrix nostra: est virgo Maria. 121. 6.
Alogiani siue Alogi: hæretici. 17. 6.
Ananias & Saphira eius vxor: fecerunt votum paupertatis. 49. 9.
Angelus in apocalypsi: a sancto Ioanne se adorari rationabiliter prohibuit. 121. 4.
Anima hominis, sola & sine corpore: igne purgatorio iuste expiatur. 110. 7.
Animæ purgatorio detentæ: electorum numero sunt ascribendæ. 108. 2.
Apocalypsis librũ: a beato Ioanne apostolo & euangelista esse conscriptum & cõpositum. 17. 1. & deinceps.
Apostoli cõposuerunt symbolum: quod eorũ nomine intitulatur & inscribit. 23. 11.
Apostoli etiã cõposuerunt canones: ab ipsis denominatos & nuncupatos. 24. 12.
Apostoli interdum sumpserunt suorum dictorum testimonia aliũde: q̃ ex sacra scriptura. 34. 2. & 4.
Apostolorũ canones: prohibent sacerdotes post sui cõsecrationẽ ducere vxores. 43. 6.
Apostoli a Christo vocati: fecerunt votum paupertatis. 49. 11
Apostoli virtutem sanandi ægrotos, & etiã inferendi malis afflictionem corporalem: a deo habuerunt. 58. 5.
Apostolorum tempore post Christi ascensionem: ecclesia habuit facultates temporales. 67. 7. & deinceps.
Apostolorũ traditione constitutum esse: q̃ in missa fiat commemoratio pro defunctis. 92. 20.
Aquam vino cõmiscendã esse in sacro missæ calice. 23. 9.
Argumento ministrorum tabernaculi veteris legis, apte cõcludi: q̃ minores ordines ecclesiæ fuerint instituti a principio legis euangelicæ. 86. 10.
Auferenti vestimentum: non semper dandam esse & tunicam. 135. 10.
Auxilium dei, ad bona agenda nobis necessarium: nequaq̃ derogat libertati humanæ voluntatis. 131. 1. & deinceps.

B.

Baptismum conferre gratiam, animæ purgatricẽ: ex veteris testamẽti scriptura deducitur. 73. 1. & deinceps.
Baptismum etiam eandem habere vim: ex euãgelio & epistolis apostolicis aperte colligitur. 73. 4. & deinceps.
Baptismi figura: fuit diluuium sub Noe factum. 73. 7
Baptismum saluos facere homines: beatus Petrus attestatur. 82. 2
Baptismi efficacia ad conferendam gratiã: ex sacris cõcilijs & summorum pontificũ decretis comprobatur. 74. 14
Baptismi eadem virtus: ex symbolo Niceno concluditur 75. 15
Baptizatos omnes esse sacerdotes, sine sexus & ætatis, ac status discrimine: perperã a Luthero astruitur. 75. 1. & deinceps.
Baptismo sancti Ioannis adiuncta peccatorum cõfessio: designauit, in noua lege illã sacerdoti fieri debere. 97. 3
Bardesanitæ hæretici: opera humana fato subiecerunt. 131. 18
Basiliensis concilij decretũ: de cõmunione laicorum sub vna specie. 54. 11
Beata virgo Maria: fecit votum perpetuæ castitatis. 49. 10
Beatam virginẽ, in passione filij sui: ingenti dolore fuisse afflictam, 111. 8. & 9.
Beatam eandem virginẽ, & angelos dei cũ omnibus sanctis: ex scripturæ testimonio orare pro nobis. 117. 18. & deinceps.
Beatus Petrus pro sua modestia: vetuit, se adorari a Cornelio Centurione. 121. 5
Beati mortui qui in domino moriuntur: quomodo ad detentos igne purgatorio etiam applicatur. 109. 5
Beatitudinẽ æternam haberi nõ posse per fidem sine operibus: veteris legis pagina multipliciter attestatur. 138. 1. & deinceps.
Beatitudinẽ eandem non acquiri sola fide operibus vacua: ex euangelio dilucide cõprobatur. 138. 4. & deinceps.
Beatitudinẽ prędictam cõparari non posse, solius fidei sine operib⁹ præsidio: ex epistolis apostolicis colligit. 139. 9. & deinceps.
Begardorũ & Beguinatũ error: circa ieiuniorũ & delect⁹ ciborũ obseruationẽ. 42. 6
Bella nõ esse in totũ dãnanda. 136. 13.
Benignitatẽ Christi non desinunt imitari: qui hæreticos via iuris persequũtur & puniunt. 64. 1
Bona tẽporalia possidẽt ecclesiastici: cũ obligatione ea dispẽsandi in pios vsus. 70. 22
Bona opera: in scriptura dicuntur hominẽ iustificare. 142. 26
Bruta animalia: quandã in se libertatis humani arbitrij gerũt imaginem. 131. 17

C.

Cabala: apud Hebræos quid designat. 26. 4
Calixtus papa: sacris ordinibus initiatos ducere vxores vetuit. 43. 7.
Canonicorũ sacræ scripturæ librorũ censurã: ad ecclesiã pertinere. 13. 1. & deinceps.
Castitatis votum: non esse de re, nobis impossibili. 52. 5
Chananeæ exemplo: sanctos a nobis orandos esse. 115. 6. & 7.
Chrismate sacro: spiritus sancti gratiã designari. 80. 4.
Christus & apostoli: aliquid possederunt in communi. 67. 6
Christũ in vltima cœna iustituisse sacramẽtũ eucharistiæ: in sacrificiũ propriũ & singulare nouæ legis. 88. 1. & deinceps.
Christũ apostolis præcepisse oblationẽ eucharistiæ: & illos ecclesiæ eundem ritum tradidisse. 89. 5.
Christũ etiã nũc in gloria: esse visibilẽ. 7. 3
Cõmunionẽ laicis sub vna specie dandam esse: ex multis iuris canonici locis colligitur. 53. 4. & deinceps.
Cõcilij gñalis ĩfallibilitas: ĩ quo cõsistit. 12. 7
Concilium Ariminense & Constantinianũ: iure sunt damnata. 11. 3
Concilia diuersa: diuitias ecclesię approbantia. 69. 19
Cõditionis particula, partibus oppositis in scriptura adiecta: libertatẽ voluntatis humanę demonstrat. 128. 1. & 2.
Confessionẽ sacramẽtalem peccatorum, sacerdoti esse faciendã: ex veteri & nouo testamẽto clare deducit. 96. 1. & deinceps.
Cõfessio eadẽ: ob multas causas necessaria est & vtilis 102. 4.
Cõfirmatiõis sacramẽtũ: ex Christi institutione, cũ vnctione fieri debet. 23. 10
Cõfirmationis sacramẽtũ cõferre gratiã: ex libro actuũ apostolorũ aperte colligitur. 79. 1. & deinceps.
Confirmationis sacramentũ negantes hæretici: iam olim damnati. 80. 6
Cõsilia seruãtib⁹, in euãgelio præmia designari: nõ autẽ pœnã omittẽtib⁹ ea. 136. 2
Consilia euãgelica voto firmata: transeunt in præcepta. 137. 5
Constantiensis concilij decretum: de communione laicorũ sub vna specie. 54. 10
Cõstãtinus magn⁹, signũ sanctæ crucis sibi celit⁹ ostẽsum: mirifice est venerat⁹. 123. 4
Cõtritionẽ de peccatis cõmissis: esse necessariam ad salutem. 95. 1. & deinceps.
Cõtinentiam sacerdotũ nouæ legis: ex veteri lege a sacris authoribus deduci. 42. 1
Cõtinẽtiã eãdẽ: ex pria Pauli ad Corinthios epistola, a sanctis etiã patrib⁹ colligi. 43. 3
Corde creditur ad iustitiam: apud Paulum quomodo intelligitur. 82. 3
Credere in deũ: quid secundum totã suam rationem designat. 142. 1
Cypriani testimonio, Christũ in cœna instituisse sacramẽtũ eucharistiæ: in sacrificiũ secũdum ordinem Melchisedech. 89. 3

D

Damasceni & Dionysij testioniũ: q̃ sãcti sũt a nobis orãdi. 115. 4. & 5

Damasceni, Augustini & aliorũ sanctorum patrum testimoniũ: de vtilitate venerationis imaginum. 125. 18. & deinceps.
Deflendam esse Christi mortem: ex epistolis Pauli deducitur. 112. 12
Delectum ciborũ: & veteris & nouæ legis authoritate multipliciter approbari. 39. 1 & deinceps.
Delectũ ciborũ: a sacris doctoribus & summorum pontificum decretis, etiam confirmari. 40. 9. & deinceps.
Determinata a sacris cõcilijs circa materiã fidei: ecclesia ante illam determinationem semper inconcussa tenuit. 5. 4
Diem paschæ: dominica die celebrandum esse. 33. 11.
Diem dominicũ, in primitiua ecclesia, pro sabbato vt hebdomadatim celebretur: esse institutum. 33. 12
Dies festos aliquot: ob rationabilẽ causam in veteri lege, de nouo ab hominibus fuisse institutos. 28. 9. & deinceps.
Die sancto parasceues sacerdos celebrãs i altari: sub vna tãtũ specie cõmunicat. 54. 12
Dies quadragesimales sunt decimæ dierum totius anni: ex testimonio beati Gregorij. 28. 11
Dignos pœnitẽtię fructꝰ agere: q̃d sit. 101. 10
Dionysij & Damasceni testimonio, ecclesia aliquid statuere potest sub obligatione: nõ expressum in scriptura. 32. 3. & deinceps.
Dionysij Areopagitæ testimoniũ: q̃ minores ordines fuerunt in vsu, a principio legis euangelicæ. 85. 4
Discussionẽ proprię conscientiæ pro cõtritione: cũ discretione fieri debere. 102. 2
Disputationẽ cũ hæreticis nõ esse subeundam: nisi graui vrgente necessitate. 65. 5
Diuitias, viris ecclesiasticis esse licitas ex nouo testamento clare deducitur. 67. 6 & deinceps.
Diuitiæ viris ecclesiasticis de se nõ sunt venenũ: sed propter earũ abusum. 72. 9
Diuitiarũ contẽptũ & derelictionẽ: a Christo ĩ euãgelio cõsuli, nõ præcipi. 135. 5. & 6
Diuini iuris esse satisfactionẽ pœnitẽtialẽ: quæ pro peccatis exoluitur. 100. 5.
Donatio Constantini primi, facta ecclesię: præclare commendatur. 68. 15. & 16
Dolorem aliquẽ bonũ, & aliquem malũ assignari: in actionibus humanis. 114. 6.

E.

Ecclesiastici librũ, inter morales sacrę scripturæ libros annumeratũ: vt canonicum esse habendum. 16. 1
Ecclesiam ponere inuisibilem: diuinæ scripturæ repugnat. 6. 6. & deinceps.
Ecclesiam posse obligare ad nonnulla extra scripturam: exẽplo apostolorũ ostenditur. 32. 1
Ecclesiam, ad finem vsq̃ mundi: esse in suo vigore permansuram. 33. 9
Ecclesia habet potestatem mutandi vnam consuetudinem in aliam: circa ritus sacramentorũ & mores fidelium. 56. 6
Ecclesiam per excõmunicationis cẽsuram, neq̃ crudeliter in aliquem agere: neq̃ officia charitatis negligere. 59. 1. & 2
Ecclesiæ vniuersalis ritu & obseruatione: veneratio sanctis a nobis debet impendi. 116. 12. & deinceps.
Egritudine corporis aut animi detentos cũ sanauit Christus: nõ solũ fidem ab eis exegit, sed & bona opera. 143. 2
Elemosynã & ieiunium cũ oratione: opera esse satisfactoria pro peccatis, in deũ perpetratis. 100. 7. & deinceps.
Elemosynã purgare peccata: quomodo intelligendum est. 100. 8
Epistola ad Hebræos: a beato Paulo apostolo est cõposita. 18. 1. & deinceps.
Epistola secũda canonica quæ beato Petro ascribitur: est ipsius Petri apostoli, vt authoris. 20. 1. & deinceps.
Epistolæ duæ posteriores canonicæ, Ioãnis titulo prænotatæ: sunt sancti Ioannis apostoli & euangelistæ. 20. 5
Epistola canonica quę Iacobi nomine inscribitur: est ipsius beati Iacobi apostoli, & ab eo conscripta. 20. 5
Eucharistiæ sacramentum: a ieiunis esse sumendum. 24. 13
Eucharistiæ nomine, quid in decretis pontificalibus & ecclesiasticis: plerunque designatur. 54. 6
Eucharistiæ sacramentũ in missa consecratum, esse sacrificium: ex testimonio veteris & noui testamẽti colligitur. 89. 6. & 7
Eucharistiam in missa oblatã: & memoriã esse sacrificij in cruce oblati, & vere etiam sacrificium. 93. 2
Excõmunicandi potestas ecclesiæ data: cõuincit eam posse condere leges cũ expressione pœnæ. 27. 6
Excõmunicandi morem: ex veteri testamẽto deduci. 57. 1. & deinceps.
Excõmunicationis ferendæ potestatem, & vsum: ex nouo etiam testamento colligi. 58. 4. & deinceps.
Excõmunicationis sententiã, ob grauia quæ infert incommoda: merito esse formidandam. 59. 9. & deinceps.
Excõmunicatio, nõ solum externã, sed etiã ĩternã cõmunionẽ tollit ab homine. 60. 4
Excõmunicatio, quomodo medicinalis dicitur & disciplinans. 61. 6
Exemplis ex euãgelio sumptis: cõprobatur satisfactio. 101. 13
Exemplo insigniũ virorum & mulierũ, veteris testamenti: sanctos a nobis orandos esse. 117. 8. & 9.
Exhortationes ad bonũ & cõsilia: cõprobãt in homine liberã esse voluntatẽ. 129. 12
Extremæ vnctionis sacramẽtum: conferre

gratiam. 80. 1. & deinceps.
Ezechiã regẽ Iuda, per cõtritionẽ serpentis ænei: nõ derogasse venerationi imaginum. 126. 2

F.

Foeditatem peccatorũ perpetratorũ: in vera contritione attendendã esse. 95. 1. & deinceps.
Feria sexta cuiusq̃ hebdomadæ: a carnibus abstinendum esse. 39. 11
Festos dies ab ecclesia posse institui: exẽplo veteris legis ostenditur. 29. 12
Fidem tẽpore passionis Christi: in sola beata virgine Maria nõ mansisse. 4. 2
Fidem nõ solum animo tenendam esse: sed & operibus prodendam. 7. 5
Fidem, neglecto baptismo cũ suscipi possit: minime conferre salutẽ animæ. 82. 2
Fidem sine baptismo & alijs ecclesiæ sacramentis: nõ sufficere homini ad salutẽ. 83. 5
Fidem homini adulto esse necessariã ad salutem: nõ tamen sufficientẽ. 144. 6
Fidei articulũ quo cõfitemur remissionem peccatorum: etiam de ijs intelligi peccatis, quæ post baptismũ fiunt. 77. 2
Fidem viuam & charitati coniunctam: non solam & primas habere iustificãdi partes. 141. 23. & deinceps.
Fide iustificari hominem, non ex operibus: quomodo apud Paulũ intelligitur. 143. 3
Fideles per imaginũ venerationẽ nõ impediuntur: quin adorent deũ in spiritu & veritate. 126. 3
Fideles in sacris imaginibus honorãdis: ab idolatris multum discrepare. 126. 4. & 5.
Flendam esse Christi mortẽ, pieq̃ lugendã: ex veteri & nouo testamento deducitur. 110. 2. & deinceps.
Fletũ mulierũ se subsequẽtiũ, Christus cum duceret ad mortẽ: quare prohibuit. 112. 1
Forma absoluendi, qua vtit̃ sacerdos in pœnitentem: cõuincit sacramentũ pœnitentiæ conferre gratiam. 78. 3
Forma verborũ sacræ scripturæ, cum in testimonium adducitur: non est inuertenda nec mutanda. 81. 1
Forma loquendi eadem: non semper exprimuntur in euangelio, dei præcepta & cõsilia euangelica. 136. 2
Fortunatꝰ hęreticꝰ: a beato Augustino ĩ publica disputatione fuit cõfutatus. 66. 6
Funere præsente, preces fieri a sacerdotibꝰ pro salute defuncti: a principio ecclesię ordinatum est. 106. 3

G.

Gaudere de Christi passione & dolere, recte possumus: ob diuersas rationes. 113. 2. & 3
Gaudere & tristari: quomodo & quãdo sunt opposita. 113. 4
Generaliũ cõciliorũ indeuiabilitas: ex euangelio recte & plane colligitur. 8. 2
Gñalibꝰ cõcilijs spiritũ sanctũ pręsidere. 8. 3
Generaliũ cõciliorũ forma: ex actibus apostolorũ aperte deducit. 8. 5. & deinceps.
Gladiꝰ qui pertrãsiuit animã sacræ virginis Mariæ: quis & qualis fuerit. 111. 7
Gloriatio in cruce dñi: non impedit luctũ de morte & passione eiusdem. 114. 5
Gloriã meã alteri nõ dabo: apud Esaiã dei verbũ, quomodo intelligitur. 119. 1
Gratiã cõferri per vnctionis extremę sacramentũ, beatus Iacobus attestatur. 80. 1
Gratiæ illius præsignatiuã fuisse vnctionẽ: quã fecerũt apostoli oleo super infirmos, ante Christi passionem. 80. 2
Gratiam sancti spiritus: oleo sacro in scriptura diuina plerũq̃ designari. 81. 3
Gratiam sacramẽtorum: nõ in corpora, sed in animas humanas transfundi. 82. 3
Gratiam maiorẽ nequaq̃ conferri sumẽti eucharistiam sub vtraq̃ specie: q̃ suscipienti sub vna. 47. 7
Gratiam dei & bonitatẽ, dimissa culpa: nõ protinus etiam omnẽ remittere pœnã pro illa debitam. 99. 3. & 4
Gratia estis saluati per fidem: apud Paulũ quomodo intelligi debeat. 144. 5
Grauem in malos punitionẽ exerceri debere: Christus & Paulus declarant. 64. 1
Grauitatẽ malorũ prius cõmissorũ, in vera contritione esse considerandã. 95. 3. & 4
Grauitas peccatorũ mortalium nõ obstat: quin possit homo per dei auxiliũ pro illis satisfacere. 103. 7
Græci sacerdotes post primæ vxoris mortẽ (quã ante sacros ordines duxerãt virginem) permanẽt cælibes. 46. 2
Græcorũ exẽplo, nõ licet ecclesiæ occidentalis sacerdotibus: habere vxores. 46. 2.
Græci: purgatorium negant. 105. 10
Græcos ĩperatores: in sacras sanctorũ imagines quõdã magnã ĩpietatẽ exercuisse. 123. 6
Gregorij magni testimoniũ: de authoritate generaliũ conciliorum. 19. 8
Gregorij & Innocẽtij tertij testimonio: suffragia viuẽtiũ defũctis, pdesse. 107. 9. & 10
Gregorij multiplex testimoniũ: de venerationе imaginũ. 123. 7. & deinceps.
Guido de Perpiniano, scripsit præclaram summam de hæreticis: quorum narrat errores & confutat. 74. 14

H.

Haimonis præclarũ testimonium de cælibatu sacerdotũ: ex sacris literis deductum. 45. 13
Hæreticorũ mos est: sacrã scripturã depraua re, & ad alienũ sensum detorquere. 15. 3
Hæreticos esse puniendos: tam ex veteri q̃ nouo testamẽto aperte deducitur. 62. 1 & deinceps.
Hæretici, leprosis apte cõparantur. 62. 3
Hæretici plericq̃: damnauerunt nuptias in vniuersum. 47. 6
Hæreticorũ consortiũ, exẽplo beati Ioãnis

euangeliſtæ:eſt ſũmopere fugiendũ.63. 7
Hęreticos a fideliũ ſocietate eſſe ſeparãdos: multiplici iuris canonici teſtimonio comprobatur. 63. 8
Hæreticos a principib9 Chriſtianis eſſe gladio coercendos:& ſeculari iudicio puniendos. 63. 11
Hæretici,vt mẽbra putrida,vt animarũ homicidæ,vt etiam rei læſæ maieſtatis: iuſte puniuntur. 64. 14.& deinceps.
Hæretici negantes purgatoriũ:nominatim exprimuntur. 105. 14
Hæreticos nõ eſſe puniẽdos:multorũ quondã fuit error,ab eccleſia dãnatus. 64. 13
Hęreticos eſſe puniẽdos:& euãgeliũ,& ĩ ſuis epiſtolis beat9 Paulus ſubinſinuãt. 65. 4
Hæreſis negantiũ cõfeſſionẽ ſacramentalẽ: iam olim dãnata eſt ab eccleſia. 78. 6
Hæreſis etiam negantium vnctionẽ extremam,condemnata eſt. 81. 6
Hæreſim aſſerentium fidem ſine operibus ſufficere ad ſalutẽ:tempore beati Auguſtini pullulaſſe. 142. 27
Herba quædã ſuo contactu ad Chriſti imaginem: virtutem habuit morborũ curatiuam. 124. 13
Hieremiã & Oniam,argumẽtum præſtare: q̃ ſancti pro nobis orent deum. 118. 21
Hieronymi contra Vigilantiũ,teſtimoniũ: q̃ ſancti in cęlis glorioſi, pro nobis orant deum. 118. 24
Hirene9,traditiões eccleſiæ q̃uis nõ ſcriptas in ſacris literis:perhibet obſeruãdas.24.12
Honor ſoli deo debitus: quo nomine vocatur. 120. 2

I.

IAcobus apoſtolus verbo & exẽplo docet:cum fide neceſſaria eſſe opera bona. 140. 12.& 13
Ieiunia ab eccleſia inſtituta: exacte eſſe ſeruanda. 37. 6
Ieiunia in noua lege:veteris legis exẽplo plerũq̃ eſſe inſtituta. 36. 1.& deinceps.
Ieiunium quatuor temporũ: a Calixto primo eſt ordinatum. 37. 3
Ieiunia eccleſiæ damnantiũ:hæreticorũ nomina. 39. 14
Ieiunium,a Chriſto & apoſtolis:& verbo & exẽplo eſt cõmendatũ. 37. 4.& deinceps.
Ieiuniũ quadrageſimæ:ſanctæ ſcripturę,ſacrorũ conciliorũ & ſummorũ põtificũ authoritate approbari. 37.7.& deinceps.
Ieiuniũ quadrageſimæ:ex inſtitutione apoſtolorum emanaſſe. 38. 8
Ieiunia, orationes & elemoſynas : non eſſe verũ nouæ legis & ꝓpriũ ſacrificiũ. 90. 8
Ignatij,Clementis,Anacleti & Ambroſij teſtimonio: minores ordines fuerũt a principio naſcentis eccleſiæ.85.5.& deinceps.
Imaginum ſacrarum venerationẽ:ab idolatria multum diſtare. 127. 5
Imitatores Chriſti & apoſtolorum,ſunt viri eccleſiaſtici:q̃uis habeãt diuitias71.5.&6
Imitari Chriſtũ & apoſtolos: nõ ĩn omnib9 ex obligatione cõſtringimur. 71. 5.& 6
Immolationem Chriſti in cruce:non poſſe aſſignari propriũ & peculiare legis nouæ ſacrificium. 90. 9
Impugnationem venerationis ſanctarum : imaginũ:paulo poſt tempora apoſtolorũ fuiſſe ſuſcitatam. 123. 5
Infirmis vnctionem extremã adhiberi debere : ſuadet & hortatur beatus Auguſtinus. 81. 4
Inſtitutionem cõfeſſionis ſacerdoti faciendæ:a Chriſto eſſe factam,& per apoſtolos eccleſiæ traditam. 98. 11
Intermedijs ſanctorum precibus:a deo eſſe impetrãda gratiarũ beneficia. 117. 17
Intuitum ſacrarum imaginum, efficaciorẽ eſſe ad quippiam ſignificandum:q̃ ſcripturam. 124. 10.& 11
Ioannes Viclefus, de confeſſione ſacramentali,faciẽda ſacerdoti:perperã ſentit.99.13
Ioannis Damaſceni teſtimonio: Chriſtum in vltima cœna inſtituiſſe ſacrificium, ſecundum ritum Melchiſedech. 89. 4
Iudicio extremo completo:nõ amplius futurum eſſe purgatorium. 109. 4
Iuramentum omne,ſimpliciter eſſe illicitũ: multorum fuit error. 6
Iuramentum,non eſſe in vniuerſum a Chriſto vetitum. 135. 7. & 8
Iuris canonici decreta & conciliorũ, aperte teſtãtur: in miſſa verum offerri deo ſacrificium. 91. 13.& 14
Iuſtus autem meus ex fide viuit:quomo intelligi debet. 81. 1

L.

LActiciniorũ vſum: in quadrageſima eſſe vetitum. 39. 10
Laica communio:quæ & qualis in iure dicitur. 53. 5
Laicis non eſſe faciendam peccatorum cõfeſſionem. 98. 9
Laudandos a nobis eſſe ſanctos: ex veteris & noui teſtamenti pagina deducitur. 118. 23.& 24.
Lazari reſuſcitati ſolutio,per apoſtolos fieri iuſſa:poteſtatẽ abſoluendi a peccatis,ſacerdotibus traditam indicat. 98. 8
Legum condendarum poteſtatem:eccleſia a deo habet. 27. 1.& deinceps.
Legis nouæ tempore:etiam vota recte deo fieri. 49. 7
Legis veteris principes, nonnulla de nouo inſtituiſſe: ſub interminatione grauis pœnæ. 28. 7
Lex continentiæ ſacerdotalis:ex multis locis tam veteris q̃ noui teſtamenti, aperte deducitur. 45.14
Legis antiquæ teſtimonio & exemplis: ſatiſfactionem pro peccatis eſſe deo exhibẽdam. 100. 5. & deinceps.

Leproſi in veteri lege iuſſi ſe oſtẽdere ſacerdotib9:deſignarũt cõfeſſionẽ peccatorũ in noua,ſacerdoti eſſe faciendam. 97. 2
Letanias ſanctorum deprecatorias:a nobis eſſe ſtudioſe frequẽtandas.117. 15.& 16
Leuitica tribus : cæteris tribubus fuit opulentior. 67. 4
Leuitico ſacerdoti ĩ veteri lege fiebat modo quodã cõfeſſio:p oblationẽ hoſtiarũ.96. 1
Libertas quam Lutherani prædicant : falſo Chriſtiana& euãgelica ab eis appellat.62.4
Librum Iudith: inter canonicos ſacræ ſcripturæ libros eſſe habendum. 16. 1
Libera eſſe vota fidelium:quomodo eſt intelligendum. 51. 2
Loculos habuiſſe Chriſtum:ex euãgelio cõſtat. 67. 6
Locũ,animarũ corporib9 exutarũ purgatoriũ,eſſe ponendũ:ex veteris teſtamẽti ſcriptura colligitur. 103. 1.& deinceps.
Locum eũdem poni debere: ex euangelio, & epiſtolis apoſtolicis clare deducit. 104. 4.& deinceps.
Luctus in afflictione proximorũ,ex affectu commiſerationis prodiens: in ſanctis viris commendatur. 112. 10.& 11
Lugẽdã a nobis eſſe Chriſti mortẽ:ex ſacra ſcriptura manifeſte cõuincit.112. 13.& 15
Luther9,ieiunia ab eccleſia inſtituta dãnãs: hæreſes multorum iam olim damnatas, reſuſcitat. 39. 14

M

MAchabęorũ libros ambos: inter canonicos ſacræ ſcripturæ libros,eſſe habendos. 16. 1
Malos bonis permixtos: etiam eſſe de eccleſia. 7. 6
Manicheorũ & aliorum hæreticorũ error: circa carniũ manducationem 42. 5
Martyres ſancti,ab eccleſia canticis laudatorijs præclare celebrantur: & ita a nobis ſunt celebrandi. 119. 28
Martyrum ſanctorum petitionem de vindicando eorum ſanguine: non eſſe ipſis a deo denegatam. 122. 7
Matrimoniũ cõtrahẽdi facultatẽ:quib9 cõcedit apoſtolus,in prima ad Corinthios epiſtola. 47. 4
Matrimoniũ:eſſe verum eccleſiæ ſacramẽtum. 76. 1.& deinceps.
Matrimonij ſacramentũ:conferre gratiam. 76. 4.& deinceps.
Matrimoniũ,in remedium carnalis concupiſcẽtiæ ordinatum:indiget dei gratia ad debitam ſui directionem. 77. 7
Matrimonij ſacramẽtũ conferre gratiã:ex beati Pauli dictis recte colligit.77.8.& 9
Melchiſedech ſacerdos,nõ Abrahæ cui occurrit:ſed deo obtulit panem & vinum,in ſacrificium. 55. 1
Meritoria eſſe hominum bona opera apud deum:ex euangelio multipliciter & plane deducitur. 140. 18.& deinceps.
Meritũ hominis ad deũ: ex epiſtolis Pauli etiam colligitur. 141. 21.& 22
Minores a maiorib9:debere in eccleſia directionẽ in fide & morib9,ſuſcipere.10. 13
Minores ordies:officio eccleſiaſtico neceſſarios eſſe,&magnũ illi decorẽ afferre.86.10
Minores ordines negantes hæretici:damnati ſunt. 86. 12.
Minores ordines:in veteri lege præſignati, & Chriſti exẽplo cõprobati fuere. 86. 9
Minores ordines:in noui teſtamẽti ſcriptura,quodã modo expreſſos eſſe. 88. 6
Miſſę ſacer canon clare teſtat:ſanctã euchariſtiã in ea conſecratã eſſe ſacrificiũ.90. 12
Monaſtica vota:nõ repugnant diuinis pręceptis. 52. 6
Monaſtica etiam vota:non impediunt officia charitatis. 52. 7
Monica,ſancti Auguſtini mater,morti propinqua: petiuit pro ſe orationes ad altare domini fieri. 107. 8
Multi viri ſancti ſummũ tenuerũt põtificatum:poſt amplã eccleſię dotationẽ.69. 17
Multa a Chriſto docentur in euangelio:quę nõ ſunt pręcepta,ſed tantũ cõſilia.136. 3
Multa ex obligatiõe ſeruari debere,quæ in ſcriptura nõ ſunt expreſſa:plurib9 Auguſtini ſentẽtijs cõprobat.32. 6.& deinceps
Multitudo tota prælatorũ ſimul collecta: a recto non poteſt aberrare. 10. 13
Mutui dationem : non ſemper cadere ſub præcepto. 136. 12

N

NAturalis eſſe iuris:q̃ pro peccatis ſatiſfaciat pœnitens deo,quem offendit. 100. 5
Nazaræorum votum:non arguit vota monaſtica eſſe debere ſolum temporaria, & ad tempus. 51. 1
Neceſſariã eſſe fidem ad ſalutẽ: nõ tamẽ eã ſolã eſſe ſufficiẽtẽ ad illã cõſequẽdã.83. 6
Negantes ſacramẽtum euchariſtiæ in miſſa eſſe ſacrificium:ſacerdotiũ Chriſti & totã etiam nouam legem deſtruunt. 90. 10
Negantes purgatorium hæretici: damnati ſunt. 105. 14
Negociationẽ viris eccleſiaſticis p apoſtolũ eſſe ꝓhibitã:nõ poſſeſſiões & diuitias.72. 7
Nihil addendum eſſe ad dei verba:quomodo intelligendum. 25. 1
Niſi manducaueritis carnem filij hominis. & cætera : quomodo in laicis habet veritatem,& integre completur. 55. 3
Nolite fieri ſerui hominum : quomodo intelligitur. 35. 5
Noli timere,tantũmodo crede : quomodo apud Marcum intelligitur. 144. 5
Nolite poſſidere aurũ,neq̃ argentum,neq̃ pecuniã in zonis veſtris : pro quo tẽpore fuit a Chriſto apoſtolis præceptũ. 70. 2
Nolite quaſi inimicum exiſtimare,ſed corripite vt fratrẽ : quomodo de excõmunicato recte dicitur & intelligitur. 60. 5

Nolite flere super me:cur a Christo dictũ est mulieribus. 113. 1
Nolite iurare omnino: quomodo debet intelligi. 137. 6
Nomẽ dei quo dicit de⁹ Abrahã, Isaac, & Iacob: quare i sacra scriptura frequẽtat. 116. 10
Nomina antiquorũ patrũ Abraham, Isaac & Iacob: cur sancti patres veteris legis in suis precibus expresserunt. 116. 11
Nomen meriti & promerendi, in sacra scriptura expresse inueniri: contra negantes merita hominum. 140. 17
Nomine clericorum & ministrorum ecclesiæ: intelligi etiam eos, qui minores ordines sunt sortiti. 85. 3. & 4
Nomina aliquorũ insigniũ virorũ: qui hac tẽpestate cõtra hęreticos scripserũt. 144. 7
Non omnia quæ Christus & apostoli dixerunt atq; fecerunt: in sacra scriptura esse conscripta. 21. 1. & deinceps.
Nõ quod intrat in os, coinquinat hominẽ: quomodo recte debet intelligi. 41. 3
Non est regnum dei: esca & potus, quomodo intelligitur. 41. 4
Noscere deum: quidnam in tota sua ratione designat. 143. 4
Noui testamẽti multiplici testimonio: ostẽditur confessio peccatorum esse facienda sacerdoti. 97. 4. & deinceps.
Nunquid tale est ieiunium quod elegi: cum reliquis sequentibus apud Esaiam: quomodo debet accipi. 41. 1

O

Obediẽtiã a subditis prestandã esse superiorib⁹: multiplici vtriusq; legis testionio cõprobat. 29. 1. & deiceps
Oblationẽ eucharistiæ in missa, dñicæ passioni superadditã: nõ esse supuacuã. 93. 3
Officia pastorũ ecclesiasticorum in gregem dominicum: conuincunt ecclesiam esse visibilem. 5. 2. & deinceps.
Officium ecclesiasticum declarat: lugendam esse Christi mortem. 110. 3
Omniũ apostolorũ in passione dñi lapsus: nõ arguit gñale cõciliũ posse errare. 12. 2
Omnib⁹ hominib⁹ libertatẽ adesse arbitrij: multis scripturæ testimonijs ostẽdit. 128. 3
Omnia de necessitate absoluta euenire hominibus: perperam asseruit Ioannes Viclefus 131. 18
Onesimus, aliquarũ beati Pauli epistolarũ, gerulus: minores ordines fuisse in principio ecclesiæ, conuincit. 84. 1
Operibus duobus sapientis: omnino opposita opera faciunt hæretici. 66. 5
Opera vltra fidem a nobis requiri: apocalypsis ostendit. 140. 14
Opera humana dicuntur in scriptura libere fieri: in argumentum libertatis arbitrij nostri. 129. 6. & 7
Opera bona hominum, esse meritoria apud deũ: exẽplis & sentẽtijs veteris testamenti ostenditur. 140. 15. & deinceps.
Oportet episcopũ esse vni⁹ vxoris virũ: quomodo apud Paulũ debet intelligi. 47. 5.
Optio eligendi vnum ex pluribus propositis: ostendit arbitrium humanæ voluntatis esse liberum. 129. 8. & 9
Oracula pphetarũ, quippiã ad mores pertinẽs cõtinẽtia: nõ minus pro nouæ legis tẽpore q̃ veteris, sunt accipienda. 36. 2
Orandum esse pro defunctis: lex charitatis, qua viuis cõiunguntur, ostendit. 106. 2
Orationes secretæ ac postremæ missarum: aperte confirmant missæ sacrificiũ. 90. 11
Ordinis sacramẽtum conferre gratiam rite suscipienti: ex sacris literis colligitur. 75. 2. & deinceps.
Ordinũ ecclesiasticorũ susceptionẽ, esse gratiæ collatricem: beatus Augustinus præclare demonstrat. 76. 5
Ordines sacros consecuti: nunq̃ a principio legis euãgelicę, ad nuptias postea sunt admissi. 43. 6
Ordines sacros circa prima ecclesię tempora sunt nõnulli adepti: qui adhuc in coniugio ante contracto manserunt. 43. 8
Ordines minores fuisse ab exordio ecclesię, ex canonibus apostolorum manifeste deducitur. 84. 2. & 3
Origenes, nõnulla enumerat in ecclesia obseruanda: quæ non sunt expressa in sacra scriptura. 24. 16

P

PArticularia concilia: a recto aberrare posse. 11. 2
Passio Christi salutifera non obstat: quin satisfactio pro peccatis sit pœnitenti necessaria. 102. 6
Patres sancti multa suorum dictorũ aliũde probãt: q̃ ex sacra scriptura. 34. 2. & 4
Patrociniũ sãctorũ a nobis esse implorãdũ: ex veteris & noui testamẽti scriptura multipliciter deducitur. 114. 1. & deinceps.
Pœnitentiæ sacramẽtum cõferre gratiam: ex euangelio & symbolo apostolorũ colligitur. 77. 1. & 1
Pœnitẽtiã esse secundã tabulã post naufragiũ: ex Hierony. quomodo intelligit. 78. 4
Pœnę a iure canonico cõstitutę in viros ecclesiasticos: qui icõtinẽter vixerint. 44. 12
Percutienti vnam maxillam: nõ semper alteram esse præbendam. 135. 9
Perpetuã continẽtiam: & Christus & Paulus suadent. 52. 4
Præcepta ecclesiæ: mandatorum dei determinant circunstantias. 30. 2
Præcepta ecclesię omnia, per vnũ dei mandatum in euangelio expressum: sunt a nobis ex obligatione obseruanda. 30. 3
Prędestinatio bonorũ & reprobatio malorum: non præiudicant libertati voluntatis humanæ. 133. 6. & 7
Prima iustificatio: quæ & qualis dicit. 143. 3
Primitiuæ ecclesiæ mos circa sacerdotũ cõiugia: nõ arguit, nũc eadẽ esse licita. 47. 7

Primitiuę ecclesię tẽpore: in aliquib⁹ ecclesijs laici cõicabãt sub vtraq; specie. 56. 5
Primitiuæ etiã ecclesiæ decursũ: mitius puniebantur hæretici q̃ nunc debeant puniri: ob rationabilem causam. 64. 2
Principes Christiani cõmẽdantur: qui olim hæreticorum fuerunt persecutores & exterminatores. 63. 12
Principũ terræ circa initiũ nouæ legis nõ implorabatur auxiliũ cõtra hęreticos: sicut nũc debet fieri, ob iustam causam. 65. 3
Promissionis diuinæ verbum: non in omni ecclesiæ sacramento, per sanctam scripturam est expressum. 83. 5.
Promissiones præmiorum & cõminationes pœnarum, in scripturis expressæ: liberum ostendũt esse hominis arbitriũ. 130. 13
Puritatẽ cõceptiõis sacrę virginis Marię: tota ecclesia catholica semper asseruit. 4. 3
Purgatoriũ esse ponendũ: ex apocalypsi & actib⁹ apostolorũ apte deducit. 105. 8. & 9
Purgatorio detẽtos ad statum & ordinem electorũ & in regnũ cęleste assumẽdorum pertinere. 108. 3. & 4
Purgatorio addictis: merita succurrũt aliena. 109. 6
Purgatorio detẽtos, per descẽsum Christi ad inferos: ab eo fuisse liberatos. 104. 2. & 9

Q

QVacũq; hora ingemuerit peccator, omniũ iniquitatum eius nõ recordabor: ex quo scripturæ loco trahitur. 107. 1
Quadragesimæ ieiuniũ: & veteris & noui testamẽti exẽplo approbatũ esse. 37. 7
Quadragesimæ ieiuniũ esse diuinitus institutũ: quomodo est intelligendum. 38. 9
Qualis esse debeat: sacrarum imaginũ effigiatio. 127. 7
Q̃uis sacra scriptura nõ meminerit expresse minorũ ordinũ, id tamẽ nõ arguit illos a principio ecclesiæ non fuisse. 88. 6
Q̃uis per cõtritionẽ deleantur peccata: adhuc tamen eorũ cõfessio est pœnitenti necessaria. 102. 4
Quare frequẽtius in canonibus apostolorũ & decretis cõciliorũ: nominãtur episcopi, presbyteri & diaconi: q̃ alij. 87. 4
Quare sanct⁹ Paul⁹ nõ edocet in suis epistolis: quib⁹ morib⁹ esse debent pręditi presbyteri, subdiaconi & cęteri clerici. 88. 5
Quare cũ hæreticis nõ sunt passim subeũdæ disputationes: a catholicis. 66. 5. & 6
Quare prohibuit deus populo Hebræorũ: efformationẽ sculptiliũ & imaginũ. 126. 1
Quare cõpẽdio & succincta pertractatiõe: materię huius operis sunt cõstrictę. 144. 7
Quas habeant significationes: verba imperatiui modi. 136. 1
Quid mysticũ signat: q̃ Christus bis discipulorum nauem tempestate agitatam, a periculo liberauit. 3. 1.
Quid vnicus cæreus, in officio tenebrarum cæteris extinctis manens accensus: indicat & significat. 4. 2
Quid est aliquem tradi satanæ: secundum sacram scripturam. 58. 5
Quid est odire animã suã, & odire patrem suũ & matrẽ: secũdũ euãgelij sentẽtiã. 71. 4
Quid austri & aquilonis nomine: in scriptura signatur. 108. 2
Quid discriminis est inter dei præcepta: & consilia euangelica. 134. 1
Quid est Christum induere: apud beatum Paulum. 74. 10
Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, salu⁹ erit: quomodo apud Marcũ debet itelligi. 82. 2
Quomodo diffinitur succincte: ecclesia militans. 5. 1
Quomodo propheta dixit se cõfessurũ peccata sua domino: si sacerdoti est facienda confessio. 102. 3
Quomodo intelligẽdũ est illud beati Pauli verbũ, soli deo honor & gloria. 120. 2
Quomodo charitas dicitur operire multitudinem peccatorum. 142. 25

R

RAtionabiles causæ: ob quas ecclesia ordinauit laicis esse dãdam cõmunionem sub vna specie. 56. 6
Rationibus diuersis: idem esse potest cibus & sacrificium. 93. 4
Rationib⁹ nõ inualidis cõprobationẽ afferri: q̃ sit ponẽdũ purgatoriũ. 105. 11. & 12
Rationes aliquot assignantur: ob quas, inter cęteras, mors Christi est a fidelibus pie lugenda. 110. 1
Reatu peccati deleto, necessariã adhuc pœnitenti esse satisfactionem: ex nouo testamento colligitur. 101. 10. & deinceps.
Recipientem sacramentum eucharistię sub vtraq; specie, nõ plus mereri ex virtute sacramenti: q̃ sumentẽ illud sub vna. 47. 7
Recordationẽ peccatorum prius perpetratorũ: testimonio Augustini & Clemẽtis, in cõtritione habendam esse. 96. 7. & 8
Redimi peccata elemosynis: quomodo possunt. 100. 7.
Redigere hominẽ in seruitutem prauam: vota rite facta non possunt. 51. 3
Regula in terris ecclesiæ directrix: est generale concilium. 10. 11
Religiosos viros & fœminas: non posse cõnubia contrahere. 50. 14
Religiosis quibusq; prohibetur: habere peculium. 50. 16
Reliquias sanctorũ a nobis esse venerãdas: ex Augustino affertur & Hieronymo pręclarum testimonium. 119. 30
Rei eidem, propter varias ratiões: recte cõpetit esse donum & sacrificium. 94. 6
Reipublicæ ciuilis exemplo, ecclesia potest condẽre leges. 273. & deinceps.
Rem eandem: ob diuersas rationes, vario

modo denominari posse. 93. 5
Remissa culpa:adhuc superesse pœnã temporalem, a pœnitẽte pro illius expiatione perferendam. 99. 1.& deinceps.
Remissione peccati facta:Christus interdũ nullam imposuit pœnam pœnitẽtibus, & rationabiliter. 110. 8
Renunciatio omniũ quæ possidentur:quomodo fieri debet. 71. 3
Replẽdi terrã pręceptũ,crescẽdiq; & multiplicãdi:ꝓ quo tẽpore a deo est datũ. 46. 3
Repetere sua in iudicio:non est in euangelio prohibitum. 135. 21
Rerum ecclesiasticarũ inuasores:a deo grauiter sunt puniti. 70. 21
Reseruari a deo pœnam post culpæ dimissionẽ,a pœnitẽte perferendã: exemplis & authoritate scripturæ mõstratur. 99. 4
Resistere malo interdum licet:via iuris debita. 136. 13
Reuocãs hoiem ab errore:dicit ex scriptura illũ instificare & liberare a morte. 141. 24
Ritus ecclesiæ vniuersalis comprobat:orãdum esse pro mortuis, ad impetrandum eis refrigerium. 107. 6.& 7
Rogationũ tribus diebus ante festũ ascensionis dominiꝛa carnibus abstinẽtiam esse seruandam. 40. 13

S

SAbbato cuiusq; hebdomadæꝛa carnibus esse abstinendum. 39. 12
Sacerdos & sacrificium dicitur Christus,bifariam. 91. 13
Sacerdotes veteris legis:habuerunt amplas possessiones. 66. 1.& deinceps.
Sacerdotes in noua lege:cõstitutos esse iudices & medicos pœnitẽtium,in foro cõscientiæ. 97. 6.& 7
Sacerdotiũ nouę legis, omnib⁹ Christianis cuiusuis sex⁹ & ętatis ac stat⁹ esse cõmune:Luther⁹ falso astruit.75. 1.& deiceps.
Sacrę scripturę sensum:ab ecclesia assignãdum esse. 14. 1.& deinceps.
Sacræ scripturæ nomẽ:bifariã sumi. 25. 1. & deinceps.
Sacris literis nihil addendum esse: quomodo intelligitur. 31. 1
Sacramentum secundum generalem rationem:quomodo diffinitur. 7. 4
Sacramentũ eucharistiæ, gratiã rite sumẽti conferre: ex euangelio Ioannis aperte deducitur. 78. 1.& deinceps.
Sacramẽti eiusdem simile efficaciã: ex epistolis beati Pauli etiã colligi. 79. 4.& 5
Sacramenti prædicti eandem virtutem,ex psalmis & Zacharia ꝓpheta : liquido itidem deduci. 69. 6.& deinceps.
Sacrificiũ missę in ecclesia deo offerri quotidiano cultu: pro salute viuorum & mortuorum. 92. 18. & 19
Sanctũ Stephanũ deflentiũ exemplo:mors Christi a nobis est lugenda. 112. 13
Sanctos æternæ gloriæ cõsortes pro nobis orare:ex ecclesiæ obseruatione & euangelio colligitur. 117. 15.& deinceps.
Salustij testimonium : pro imaginum erectione. 125. 17
Sapiẽtiæ librum: vt canonicum haberi debere in ecclesia. 16. 1
Satanæ traditus per peccatum : illi adhuc grauius tradi potest per excommunicationis sententiam. 60. 3
Satisfactio pro peccatis : ex nouo testamẽto deducitur. 101. 10.& deinceps.
Satisfactio ꝓ peccatis:iuris est diuini.110. 5
Satisfactio eadẽ:legi ęqtatis est cõsona.103.6
Septima synodus, venerationem sacrarum imaginũ approbauit. 124. 14.& 15
Seruire deo soli:quomodo iubemur per scripturam. 120. 3
Seruitutis nomen:multiplicem habet acceptionem. 120. 3
Si spiritu ducimini:non estis sub lege,quomodo apud beatũ Paulum recte est accipiendum. 31. 6
Siritius Papa & Innocentius primus: perpetuam indixerunt continẽtiam viris ecclesiasticis,sacros ordines sortitis. 44. 8
Soli apostoli cum Christo fuerũt in vltima cœna: quãdo sacramẽtum eucharistiæ instituit. 55. 2
Spes saluat homines:& iustificat. 142. 26
Statuas insignũ virorũ erigere ĩ ꝓpatulo:res pub. bene istitutę cõsueuerũt.125.16.& 17
Subdiaconatum in principio ecclesiæ non fuisse sacrum ordinẽ : quomodo recte est intelligendum. 87. 1.& 2
Subdiaconos & acolythos, post tẽpora apostolorum ab ecclesia fuisse constitutos: quomodo debet accipi. 87. 3
Synagogam & ecclesiam aliquandiu substitisse,anteq̃ sacri libri ad eas spectãtes , essent conscripti. 22. 6
Synodi septimæ celebratio: pro veneratione imaginum. 124. 15

T

TAciani & aliorum hęreticorum error: asserentium nuptias prorsus esse illicitas. 47. 6
Thelesphori & Gregorij primi decreta: de ciborum delectu, & abstinentia seruanda in quadragesima. 40. 10
Tempore sanctorum martyrum:ecclesiam habuisse bona temporalia,& possessiones. 68. 11.& deinceps.
Tempore primitiuæ ecclesiæ,cõfessionem secretam quæ fit sacerdoti:fuisse in vsu & frequentatam. 98. 10.& 11
Tempus male collocatũ videri non debet: quod examinationi conscientiæ impenditur. 101. 1
Tentationes carnis,mundi & dæmonis:libertatem humanę voluntati adimere non possunt. 134. 8

Testimonium Augustini: de cõciliorum generalium authoritate. 9. 7
Testimonium eiusdem sancti patris: de sacrificio missæ. 91. 15
Testamentum dei & sacrificium,de vno & eodem : scilicet eucharistia in missa oblata,recte dicuntur. 94. 7
Testimonio Augustini,non soli deo faciendam esse peccatorum confessionem:sed & sacerdoti ecclesiastico. 98. 12
Testimonio Damasceni & Aristotelis:ostẽditur homini adesse libertas voluntatis,& liberum arbitrium. 130. 13.& deinceps
Tobię librũ,inter canonicos sacrę scripturę libros haberi,& annumerari debere. 16. 1
Toletani quarti cõcilij decretũ:de lugenda Christi morte. 112. 14
Tomi duo cõciliorũ,vnũ conficiẽtes volumen:cõcilia ecclesiæ, summorũq; põtificũ decreta & epistolas continent. 78. 5
Thomas walden, sãctos esse orãdos a nobis & honorãdos:pręclare demõstrat. 119. 29
Tractiones dei & vocationes ad bonum: non derogant libertati humanæ voluntatis. 132. 4.& 5
Traditiones humanas quomodo reprobat dominus:& quales. 31. 5
Traditionẽ apostolorũ esse:ꝙ in sacro missę officio,ꝓ defũctis fiat cõmemoratio.106.4
Tres pueros hebræos nullum præstare argumẽtum:ꝙ non sint venerandæ sanctorum imagines. 127. 6
Tria vota monastica,triplicem mundi cõcupiscẽtiam sternunt. 50. 12
Tria eadẽ vota:ex euãgelio deducũt. 50. 13
Tria insuper eadẽ vota:iure canonico approbantur. 50. 14.& deinceps.
Tribũ leuiticã nihil debere possidere in terra ꝓmissionis:quomodo intelligit. 30. 1
Turpitudinẽ iniquitatũ ante cõmissarũ:in salutari cõtritione esse attendendã. 95. 5
Turpitudinẽ propositam aspernati Ioseph & Susanna:liberum arguunt esse hominis arbitrium. 129. 10.& 11

V

VBi spirit⁹ domini,ibi libertas:quomodo apud beatum Paulum intelligitur. 31. 6
Venerationẽ imaginũ:veteris legis argumẽto,& Christi exẽplo,cõprobari.122.1.& 2
Veteris legis sacerdotes vxoribus coniũcti: non derogant cęlibatui sacerdotum nouæ legis. 45.1
Veteris testamenti patres: nonnulla obseruanda solo verbo habuerunt, sine illorum in scriptura expressione. 26. 4
Veteri lege prefiguratũ esse: ꝙ laicis sit dãda cõmunio sub vnica specie. 53. 1
Veteris legis testimonio cõuincitur: ꝙ viri ecclesiastici possunt habere diuitias.66. 1 & deinceps.
Viclefi error, ꝙ ecclesia non potest habere possessiones:in concilio Constantiensi dãnatus est. 69. 20
Viclefi error:circa missę officium & sacrificium. 92. 17
Virgo si nupserit,non peccauit: quomodo apud Paulum intelligi debet. 46. 4
Virgo Maria in euãgelio,præclaris laudum titulis extollitur: & a cunctis honoranda prænunciatur. 118. 25.& 26
Virginitatem & continentiam perpetuam, non præcipi a Christo in euangelio : sed tantum consuli. 134.2.& deinceps.
Viuentium suffragia defunctis prodesse:ex veteri & nouo testamento dilucide probatur. 106. 1.& 2
Vna sub specie laicis dandã esse cõmunionẽ:ex nouo testamẽto plane colligit. 53. 2
Vnctionẽ sacrã chrismatis:esse de substãtia & essentia sacramẽti cõfirmationis.22. 10
Vnctionis nomine:in sacra scriptura,spiritus sãcti gratia plerũq; designatur. 80. 4
Vnctionis extremæ sacramentum: a Christo esse institutum. 80. 2.
Vnctionis extremæ sacramentum negãtes hæretici:iam olim a sacris cõcilijs & ecclesia sunt damnati. 81. 6.
Vna oblatione Christus cõsummauit in æternũ sanctificatos : quomodo apud Paulum intelligitur. 92. 1.
Vnicũ & propriũ nouæ legis sacrificiũ: est sacramentum eucharistiæ in missa consecratum. 90. 8.& 9.
Vniuersalis ecclesiæ perpetua sine errore syncæritas:ex veteri testamẽto deducitur. 1. 1.& deinceps.
Vniuersalis etiam ecclesiæ, iugis in fide & moribus rectitudo : ex nouæ legis pagina colligitur. 2. 7.& deinceps
Voluntarium & spontaneũ in operationibus nostris: arguũt humani arbitrij libertatem. 128. 4.& 5.
Voluntas dei: nõ ingerit necessitatẽ nostrę voluntati. 132. 3
Voto astringuntur sacris initiati,ad perpetuam continentiam. 44. 9.
Votũ illud cõtinentiæ sacerdotalis:non est simplex,sed solenne & publicũ. 44. 11
Vota recte fieri deo:& eidẽ facta , itegre & illabefacte obseruari debere . 48. 1. & deinceps.
Vota de re aliqua perpetuo obseruanda & non ad tẽpus: recte etiam deo fieri posse. 78. 5.& deinceps.
Voti æditionem: nõ minus ad nouam,q̃ ad veterem legem pertinere. 49. 7
Vota esse libera:quomodo & quando deus voluit. 51. 2
Vsum sacrarum imaginum:in principio ecclesiæ ex apostolorum traditione esse inductum. 123. 3

¶Indicis alphabetici,totius hui⁹ libri:finis.